


UNIV. OF  
TORONTO  
LIBRARY.







711  
YY

# QUELLENBUCH ZUR ALTEN GESCHICHTE

FÜR OBERE GYMNASIALKLASSEN.

II. ABTHEILUNG.

RÖMISCHE GESCHICHTE.

BEARBEITET VON

*dr. A. Weidner?*  
DR. A. WEIDNER,

DIRECTOR DES GYMNASIUMS ZU GIESSEN.

I. HEFT.

ZWEITE VERBESSERTE AUFLAGE.



LEIPZIG,  
DRUCK UND VERLAG VON B. G. TEUBNER.


1874.

1434  
5/1/91

Q

## Inhaltsverzeichnis des ersten Heftes.

	Seite
Vorrede des Livius . . . . .	1
<b>I. Rom unter der Herrschaft der Könige.</b>	
A. Romulus.	
1. Die Sage von der Gründung Roms . . . . .	3
2. Raub der Sabinerinnen . . . . .	7
3. Ende des Romulus . . . . .	14
B. Numa Pompilius.	
1. Wahl und Inauguration Numa's . . . . .	16
2. Ordnung des Cultus . . . . .	17
C. Tullus Hostilius. Zerstörung von Alba . . . . .	19
D. Ancus Marcius . . . . .	28
E. Tarquinius Priscus . . . . .	31
F. Verfassung des Servius Tullius . . . . .	33
G. Tarquinius Superbus.	
1. Regierung . . . . .	39
2. Sturz des Königthum's . . . . .	41
<b>II. Die Republik.</b>	
A. Kämpfe der jungen Republik gegen das Königthum.	
1. Begründung und Ordnung der Republik . . . . .	46
2. Die Verschwörung . . . . .	51
3. Krieg mit Porsina . . . . .	54
4. Der Latinerkrieg. Schlacht am Regillus . . . . .	60
B. Innere Kämpfe der Republik.	
1. Die I. Secessio der Plebs. Gründung des Volkstribunats . . . . .	63
2. Die Lex agraria des Sp. Cassius . . . . .	73
3. Das Decemvirat . . . . .	75
4. Die II. Secessio der Plebs. Sturz des Decemvirats . . . . .	88
5. Eroberung Rom's durch die Gallier . . . . .	95
6. Politische Gleichstellung der Plebs . . . . .	114
C. Aeussere Kämpfe der Republik.	
1. Die Samnitischen Kriege.	
a) Der erste Samnitische Krieg . . . . .	123
b) Abfall der Latiner und Campaner . . . . .	131
c) Der zweite Samnitische Krieg.	
a) Streit des Dictators L. Papirius Cursor und des magister equitum Q. Fabius Maximus Rullianus . . . . .	135
b) Niederlage der Römer in den Caudinischen Pässen . . . . .	143
c) Krieg mit Etrurien . . . . .	157
d) Der (dritte) Samnitisch-Etruskische Krieg . . . . .	162
2. Der Tarentinische Krieg. Pyrros . . . . .	171





## Vorrede des Livius.

Facturusne operae pretium sim, si a primordio urbis res 1  
 populi Romani perscripserim, nec satis scio, nec, si sciam, 2  
 dicere ausim, quippe qui cum veterem tum volgatam esse rem  
 videam, dum novi semper scriptores aut in rebus certius ali-  
 5 quid adlaturos se aut scribendi arte rudem vetustatem supera-  
 turos credunt. utcumque erit, iuvabit tamen rerum gestarum 3  
 memoriae principis terrarum populi pro virili parte et ipsum  
 consuluisse; et si in tanta scriptorum turba mea fama in ob-  
 scuro sit, nobilitate ac magnitudine eorum me, qui nomini  
 10 officient meo, consoler. res est praeterea et inmensi operis, 4  
 ut quae supra septingentesimum annum repetatur, et quae  
 ab exiguis profecta initiis eo creverit, ut iam magnitudine laboret  
 sua; et legentium plerisque haud dubito quin primae origines  
 proximaque originibus minus praebitura voluptatis sint, festi-  
 15 nantibus ad haec nova, quibus iam pridem praevalentis populi  
 vires se ipsae conficiunt. ego contra hoc quoque laboris prae- 5  
 mium petam, ut me a conspectu malorum, quae nostra tot per  
 annos vidit aetas, tantisper certe, dum priscam vetustatem mente

1. *operae pretium facere* = ein der Mühe und Arbeit werthes Unternehmen wagen, nicht umsonst Mühe aufwenden. Der Zweifel bezieht sich nicht so sehr auf das *res p. R. perscribere* als auf *a primordio urbis* — *perscribere*, weil die älteste Geschichte Roms schon so vielfach von Annalisten behandelt worden war (*novi semper scriptores*). — 2. *perscripserim*, Vergangenheit oder Zukunft? Warum *perscribere* u. nicht *scribere res p. R.* wie Sall. Cat. 2, cf. *ibid.* 4: *res gestas p. R. carptim, ut quaeque memoria digna videbantur, perscribere statui*. — 3. *rem* = *dicere operae se pretium facturos*. 4. *dum novi semper etc.* = unter den vielen Schriftstellern, welche

hoffen etc. — 7. *principis terrarum populi* = des weltbeherrschenden Volkes. — 9. *nobilitate*: Männer wie Fabius, Cato, Piso, Sulla, Lucullus, Caesar. — 10. *officient*, wie ein Haus, welches dem andern vorgebaut das Licht entzieht. Daher *in obscuro esse* = im Schatten stehen. — 10. *res*: 1. Stoff, 2. Staat, vgl. *res Romana*. Beide Begriffe fließen hier in einen zusammen, da der röm. Staat den Stoff des Werkes enthält. — 12. *magnitudine laborare*: Es war dies die Ansicht des Augustus u. Tiberius. — 13. *primae origines etc.* = die Urgeschichte u. Entwicklungsgeschichte. — 15. *haec nova* = die interessante Gegenwart. — 17. *nostra aetas*: Bei dem Triumph des Augustus über Cleopatra (29)

repeto, avertam, omnis expers curae, quae scribentis animum etsi non flectere a vero, sollicitum tamen efficere potest.

6 Quae ante conditam condendamve urbem poeticis magis  
 7 decora fabulis quam incorruptis rerum gestarum monumentis  
 traduntur, ea nec adfirmare nec refellere in animo est. datur 5  
 haec venia antiquitati, ut miscendo humana divinis primordia  
 urbium augustiora faciat. et si cui populo licere oportet con-  
 secrare origines suas et ad deos referre auctores, ea belli  
 gloria est populo Romano, ut, cum suum conditorisque sui pa-  
 rentem Martem potissimum ferat, tam et hoc gentes humanae 10  
 8 patiantur aequo animo quam imperium patiuntur. sed haec  
 et his similia utcumque animadversa aut existimata erunt, haud  
 9 in magno equidem ponam discrimine: ad illa mihi pro se quis-  
 que acriter intendat animum, quae vita, qui mores fuerint, per  
 quos viros quibusque artibus domi militiaeque et partum et 15  
 auctum imperium sit; labante deinde paulatim disciplina velut  
 desidentes primo mores sequatur animo, deinde ut magis magis-  
 que lapsi sint, tum ire coeperint praecipites, donec ad haec tem-  
 10 pora, quibus nec vitia nostra nec remedia pati possumus, per-  
 ventum est. hoc illud est praecipue cognitione rerum salubre 20  
 ac frugiferum, omnis te exempli documenta in inlustri posita

war Livius 30 Jahre alt. — 2. *sollicitum*: In der Behandlung der neuern Geschichte muss der Historiker fürchten, durch seine Darstellung vielfach anzustossen. Vgl. Hor. II, 1 an Asinius Polio (Heft II, 5): *periculosae plenum opus aleae tractas et incedis per ignes suppositos cineri doloso*. — 3. *ante conditam urbem*: die Zeit unmittelbar vor der Gründung, *condendam* die frühere Zeit bis zurück auf Aeneas. Im Gerundium ist nicht ein Plan, sondern die Bestimmung des Schicksals angedeutet. — 4. *decora* ausgeschmückt. — 5. *ea nec adfirmare nec refellere in animo est*: Beachte das gesunde Urtheil des Livius; ebenso urtheilt er über Wundererscheinungen. — 7. *si cui p.*, wenn überhaupt, nicht = wenn irgend einem Volke, wie müsste dann sich L. ausdrücken? — 8. *consecrare origines* = seinem Ursprung einen heiligen Charakter verleihen. — 12. *animadversa*, beachtet, bemerkt. — 13. *in magno* — *discrimine*, will ich nicht rechnen unter —, darauf will ich kein grosses Gewicht legen — 13. *ad*

*illa*: Liv. versteht also zwischen der äusseren und inneren Geschichte eines Volkes zu unterscheiden. — 15. *artibus domi militiaeque*. = politische u. kriegerische Thätigkeit, Mittel. — 16. *disciplina* = die alte Zucht u. Strenge in häuslichen, politischen u. militärischen Verhältnissen. — 17. *desidere* (sich senken) = *labare* anfangen zu fallen, *labi* sinken. — 18. *praecipites*: unaufhaltsam. — 18. *donec* — *perventum est* = bis herab auf unsere Zeit. — 19. *pati possumus*: Verweichlichte Kranke können weder das Uebel ertragen (i. e. ihr Körper hält nicht aus) noch sind sie im Stande durchgreifende Mittel auszuhalten (i. e. ihre Charakterstärke ist gelähmt). Livius scheint an die Pessimisten zu denken, welche sich in die Alleinherrschaft (= *remedium*) des Aug. nicht hineinfinden konnten. — 21. *exempli documenta etc.* dass man deutliche Beispiele (*doc.*) von jedem denkbaren wichtigen Ereigniss (*ex.*) wie an einem plastischen Kunstwerke (*inlustre mon.*, wir würden sagen: wie auf einem Gemälde) klar vor Augen

monumento intueri; inde tibi tuaeque rei publicae quod imitere  
 capias, inde foedum inceptu, foedum exitu, quod vites. ceterum 11  
 aut me amor negotii suscepti fallit, aut nulla unquam res  
 publica nec maior nec sanctior nec bonis exemplis ditior fuit,  
 5 nec in quam civitatem tam serae avaritia luxuriaque imigra-  
 verint, nec ubi tantus ac tam diu paupertati ac parsimoniae  
 honos fuerit: adeo quanto rerum minus, tanto minus cupidi-  
 tatis erat. nuper divitiae avaritiam et abundantes volup- 12  
 tates desiderium per luxum atque libidinem pereundi perden-  
 10 que omnia invexere. sed querellae, ne tum quidem gratae  
 futurae, cum forsitan necessariae erunt, ab initio certe tantae  
 ordiendae rei absint: cum bonis potius omnibus votisque et 13  
 precationibus deorum dearumque, si, ut poetis, nobis quoque  
 mos esset, libentius inciperemus, ut orsis tantum operis suc-  
 15 cessus prosperos darent.

## I. Rom unter der Herrschaft der Könige.

### A. Romulus.

#### 1. Die Sage von der Gründung der Stadt.

(Liv. I, 3—7).

Proca deinde regnat. is Numitorem atque Amulium pro- 10  
 20 creat; Numitori, qui stirpis maximus erat, regnum vetustum  
 Silviae gentis legat. plus tamen vis potuit quam voluntas pa-  
 tris aut verecundia aetatis. pluso fratre Amulius regnat. addit 11  
 sceleri scelus: stirpem fratris virilem interimit, fratris filiae  
 Reae Silviae per speciem honoris, cum Vestalem eam legisset,  
 25 perpetua virginitate spem partus adimit.

sieht; d. h. das abstracte Denken erhält in der Geschichte einen concreten Inhalt. — 2. *quod vites*: der Inhalt ist *foedum etc.* = *inde quod vites sc. foedum inceptu, foedum exitu.* — 8. *nuper* = in der neueren Zeit, etwa von Sulla an, vgl. Sall. Cat. c. 11 sq. *ex divitiis iuventutem luxuria atque avaritia cum superbia invasere.* — 9. *pereundi perdendique*: in den Bürgerkriegen. — 14. *orsis* wahrscheinlich von *orsum*, wie *coeptis* u. *ausis*; Cic. in p. Pomp. 11 sagt *is est exorsus orationis meae.*

19. *Proca deinde regnat*: In der Reihe des Albanischen Königsgeschlechts der Silvier, deren Stammvater Aeneas (Ascanius) war. — 21. *legat* erinnert an eine testamentarische Bestimmung. — 23. *sceleri scelus*, er häuft ein Verbrechen zum andern, vgl. *manus manum lavat, legio legioni subvenit.* — 24. *Reae Silviae*, nach *Ῥέα Ἰδαία* latinisirt; vgl. Silvii = *Ἰδαίου*. Der Cultus der Vesta hat sich auf dem mons Albanus bis in die späteste Zeit erhalten, vgl. zu Juv. IV, 61. — 24. *Vestalem legere*:

1 IV. Sed debebatur, ut opinor, fatis tantae origo urbis  
 2 maximique secundum deorum opes imperii principium. vi com-  
 pressa Vestalis cum geminum partum edidisset, seu ita rata,  
 seu quia deus auctor culpae honestior erat, Martem incertae  
 3 stirpis patrem nuncupat. sed nec dii nec homines aut ipsam 5  
 aut stirpem a crudelitate regia vindicant: sacerdos vincta in  
 custodiam datur, pueros in profluentem aquam mitti iubet.  
 4 Forte quadam divinitus super ripas Tiberis effusus lenibus  
 stagnis nec adiri usquam ad iusti cursum poterat amnis, et  
 posse quamvis languida mergi aqua infantes spem ferentibus 10  
 5 dabat. ita velut defuncti regis imperio in proxima eluvie, ubi  
 nunc ficus Ruminialis est — Romularem vocatam ferunt —  
 6 pueros exponunt. vastae tum in his locis solitudines erant. tenet  
 fama, cum fluitantem alveum, quo expositi erant pueri, tenuis  
 in sicco aqua destituisset, lupam sitientem ex montibus qui 15  
 circa sunt ad puerilem vagitum cursum flexisse; eam summis-  
 sas infantibus adeo mitem praebuisse mammas, ut lingua lam-  
 bentem pueros magister regii pecoris invenerit. Faustulo fuisse  
 7 nomen ferunt. ab eo ad stabula Larentiae uxori educandos datos.

die Priesterinnen der Vesta wurden vom Könige, später vom Pontifex maximus gewählt (*proprie capere für legere*).

1. *Debebatur fatis* = ein höherer (über menschl. Berechnung) Wille des Schicksals hatte bereits beschlossen. — 4. Dem Mars oder Mamers (glanzschaffender Gott) weihen Sabellische, Oskische und Lateinische Volksstämme das *ver sacrum*, die Erstlinge des Frühlings von Pflanzen, Thieren und Menschen, von Allem, was zwischen dem 1. März u. 1. Mai geboren war, wenn Pest oder andere Noth das Land bedrängte, und die in diesen Tagen geborene Jugend des Volkes musste, wenn sie herangewachsen war, aus dem Vaterlande auswandern u. sich eine andere Wohnstätte suchen. Sie zog mit Frühlingsanfang von der heimathlichen Flur aus, um sich mit dem Schwerte neue Wohnsitze zu erkämpfen. Daraus entwickelte sich die Sage von der Geburt und Aussetzung des Romulus u. Remus. — 6. *vindicant* = schützen. — 7. *in profluentem aquam*: Als unrein u. widernatürlich, wie z. B. der Vatermörder *in culeum coniectus in pro-*

*fluentem deferitur* (oder *in mare profundum*). — 8. *forte* — *divinitus*, *θελα τι τι τύχη*, zufällig wie durch höhere Fügung war der Fluss ausgetreten. — 9. *nec — et*, zwar nicht — aber. — 12. *ficus Ruminialis*: am West-Abhange des Palatinus. *Ruminialis* (*W. sru* fließen) von Rumon (Strom), einem alten Namen des Tiberis, vgl. *Στρούμων*; davon Roma „Stromstadt“ u. Romulus „Stromstädter“. Corssen I, 364. Curtius nr. 517. Die Worte *rumen* „Euter“ und *Rumina* „Eutergottheit“ kamen der Sage wohl auch zu Hülfe. — 14. *fluit. alveum*, die nicht sitzende, sondern leise hin u. her schwankende Wanne, Mulde. — 15. *lupam*, neben dem Specht (*picus*) dem Mars heilig. Enn. I, 70: *lupus femina feta repente*. Die Dichtung des Ennius wiederholt Verg. VIII, 630. — 18. *magister regii pecoris* = der Oberhirte des Königs. *Faustulus* von *favere* (erwärmen), *faustus*, ist vielleicht dasselbe wie Faunus (Favonius) oder ein Diener dieses Gottes. Faunus war der Sohn des Mars, seiner Bedeutung nach *pecoris arborumque deus*. — 19. *ad stabula* ist nicht mit *datos*, sondern mit *Laurentiae uxori* zu verbinden

Ita geniti itaque educati, cum primum adolevit aetas, nec 8  
 in stabulis nec ad pecora segnes venando peragrare saltus.  
 hinc robore corporibus animisque sumpto iam non feras tan- 9  
 tum subsistere, sed in latrones praeda onustos impetus facere,  
 5 pastoribusque rapta dividere, et cum his crescente in dies grege  
 iuvenum seria ac iocos celebrare.

V. Huic deditis ludicro, cum sollemne notum esset, insi- 3  
 diatos ob iram praedae amissae latrones, cum Romulus vi se 3  
 defendisset, Remum cepisse, captum regi Amulio tradidisse ultro  
 10 accusantes. crimini maxime dabant in Numitoris agros ab iis 4  
 impetus fieri; inde eos collecta iuvenum manu hostilem in mo-  
 dum praedas agere. sic Numitori ad supplicium Remus deditur.

Iam inde ab initio Faustulo spes fuerat regiam stirpem 5  
 apud se educari: nam et expositos iussu regis infantes sciebat,  
 15 et tempus, quo ipse eos sustulisset, ad id ipsum congruere;  
 sed rem immaturam nisi aut per occasionem aut per necessi-  
 tatem aperire noluerat. necessitas prior venit. ita metu sub- 6  
 actus Romulo rem aperit. forte et Numitori, cum in custodia  
 Remum haberet, audissetque geminos esse fratres, comparando  
 20 et aetatem eorum et ipsam minime servilem indolem tetigerat  
 animum memoria nepotum; sciscitandoque eo inde pervenit, ut  
 haud procul esset, quin Remum agnosceret. ita undique regi 7  
 dolus nequitur. Romulus non cum globo iuvenum, nec enim  
 erat ad vim apertam par, sed aliis alio itinere iussis certo  
 25 tempore ad regiam venire pastoribus ad regem impetum facit,  
 et a domo Numitoris alia comparata manu adiuvat Remus. ita  
 regem obtruncant.

VI. Numitor inter primum tumultum hostis invasisse ur- 1  
 bem atque adortos regiam dictitans, cum pubem Albanam in

= der bei den Hürden (weilenden)  
 L., wie p. 5, 2 *ad pecora* = auf der  
 Weide. *Larentia* oder *Acca L.* war  
 ursprünglich die Mutter der *Lares*  
*praestites*, der besonders in Lavinium  
 verehrten Schutzgottheiten der La-  
 tiner. Zu den *lares* gehörte Ju-  
 piter, Mars, Faunus etc. Vgl. VIII,  
 9, 6. — 2. *venando*, abl. des Umstan-  
 des, vgl. *vincendo veteranus* ein un-  
 ter Siegen ergrauter Soldat. *nec*  
*— nec segnes*, obwohl sie auch diese  
 beiden Thätigkeiten rüstig übten,  
 war die Jagd doch eine Hauptbe-  
 schäftigung. — 4. *subsistere*, bestehen.

7. *Huic ludicro*: die Luper-  
 calien, ein uraltes Hirtenfest am  
 15. Februar, zu Ehren des Luper-  
 cus = Faunus, dem befruchtenden  
 Gotte der Triften u. Heerden. Vgl.

die *Ambarvalia* Tibull. II, 1 bei  
 Seyff. Lesest. p. 168. Ueber die  
 Lupercalia Ovid. Fast. II, 381—422  
 Seyff. p. 66. — 7. 8. *cum — cum*, wo-  
 von das erstere in Beziehung zu *insi-*  
*diatos*, das zweite (= während) in  
 Beziehung zu *cepisse* steht. — 7. *cum*  
*sollemne notum esset*: da wegen der  
 jährlich wiederkehrenden Feier der  
 Tag des Festes bekannt war. — 8. *vi*  
*se defendere* = sich des Feindes er-  
 wehren. — 10. *in Numitoris agros*: er  
 hatte sein *τέμενος*. — 13. *spes fuerat* =  
 Ahnung. — 16. *immaturam*: prädicat-  
 tiv, vor der Zeit. — 17. *prior* = bald,  
 cf. Quellenbuch I, 1, 8. — 20. *teti-*  
*gerat animum memoria* = war eine  
 Erinnerung aufgestiegen.

29. *Cum pubem Albanam —*  
*avocasset*: Es galt, die Albaner

arcem praesidio armisque obtinendam avocasset, postquam iuvenes perpetrata caede pergere ad se gratulantes vidit, extemplo advocato concilio scelera in se fratris, originem nepotum, ut geniti, ut educati, ut cogniti essent, caedem deinceps tyranni seque eius auctorem ostendit. iuvenes per mediam contionem agmine ingressi cum avum regem salutassent, secuta ex omni multitudine consentiens vox ratum nomen imperiumque regi efficit.

Ita Numitori Albana re permissa Romulum Remumque cupido cepit in eis locis, ubi expositi ubique educati erant, urbis condendae. et supererat multitudo Albanorum Latinorumque, ad id pastores quoque accesserant, qui omnes facile spem facerent parvam Albam, parvum Lavinium prae ea urbe, quae conderetur, fore. intervenit deinde his cogitationibus avitum malum, regni cupido, atque inte foedum certamen coortum a satis miti principio. quoniam gemini essent, nec aetatis verecundia discrimen facere posset, ut dii, quorum in tutela ea loca essent, auguriis legerent, qui nomen novae urbi daret, qui conditam imperio regeret, Palatium Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt.

von der Vertheidigung der *regia* abzuhalten. Die künstliche Periode ist auf folgende Formel zurückzuführen: A (a/b) A. — 6. *agmine*: Abl. adverbialis = *agmine facto* = in Reih' u. Glied. — 7. *ratum efficit* = erkennt als zu Recht bestehend an, vgl. *ratificiren*. — 10. *ubi — ubique* = wo — wo zugleich — 12. Die Sage lässt in der Urbevölkerung Roms sofort die zwei Elemente, Patricier und Plebeier, erkennen. Die Gründung geht von Alba und Latium aus, von dorthier stammt der patricische Geschlechtsadel; an ihn schliessen sich aber *pastores* und (durch das Asyl) *convenae* an, d. h. eine Masse selbständiger Individuen aus der Umgegend von Rom, welche in keinem Clientelverband mit den Patriciern stehen. Nach der Sage ist die Plebs so alt wie Rom selbst. — 18. *auguriis*, sc. *ex avibus*: Wie jede wichtige Handlung, so musste auch die Gründung einer Stadt *auspicato* eingeleitet werden; die religiöse Sitte sucht in der Sage einen rationellen Ursprung. — 19. Nach der Tradition hatten die Aboriginer (*Ἀβοριγίνες*) ihren Mittelpunkt auf

dem Aventinus; dort war der Lieblingssitz ihrer Götter Picus und Faunus, dort war ihre Burg Remuria oder Remoria (Remonium). Nach Dion. I, 87 *γίγνεται μάχη κατερά και φόνος ἐξ ἀμφοῖν πολὺς*, in welchem der Anhang des Romulus den Sieg behauptete. Es scheint, als ob die Sage die Erinnerung eines Völkerkampfes widerspiegelt. Die Aboriginer sind wahrscheinlich von den Etruskern nach Süden gedrängt Umbrier, welche unter dem Namen Tusci zum Theil unter die Etrusker zum Theil unter die Römer aufgingen, während die Hauptmasse in die spätere Landschaft Umbrien gedrängt wurde. Die Tusci behaupteten sich noch eine Zeit lang in der Gegend zwischen Rom und Tarquinii. Vgl. Rubino 214, Vahlen Quaestt. Enn. XXXVI. — 20. *templum dicitur locus manu auguris* (mit dem Augurstabe) *designatus in aëre*, der Augur schaut von Norden nach Süden, zur Linken hat er den östlichen, zur Rechten den westlichen Himmel, also hinter sich (*postica*) Norden, vor sich (*antica*) Süden.

VII. Priori Remo augurium venisse fertur sex vultures, iamque nuntiatio augurio cum duplex numerus Romulo sese ostendisset, utrumque regem sua multitudo consalutaverat. tempore illi praecepto, at hi numero avium regnum trahebant. 5 inde cum altercatione congressi certamine irarum ad caedem 2 vertuntur. ibi in turba ictus Remus cecidit. vulgatiores fama est ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros; inde ab irato Romulo, cum verbis quoque increpitans adiecisset „sic deinde quicumque alius transiliet moenia mea!“ interfectum. 10 ita solus potitus imperio Romulus; condita urbs conditoris nomine appellata. 3

## 2. Raub der Sabinerinnen. (Liv. I, 9—13).

IX. Iam res Romana adeo erat valida, ut cuilibet finitimarum civitatum bello par esset; sed penuria mulierum hominis aetatem duratura magnitudo erat, quippe quibus nec domi spes 15 prolis nec cum finitimis conubia essent. tum ex consilio patrum Romulus legatos circa vicinas gentes misit, qui societatem conubiumque novo populo peterent: urbes quoque ut cetera ex 3 infimo nasci; dein, quas sua virtus ac dii iuvent, magnas opes

3. *consalutaverat*, ehe sie noch zusammenkamen.—4. *praecepto*: Wie *augurium capere* (Liv. X, 7), so hier *tempus* (= *augurium*) *praecipere*. — 8. Aehnlich ruft Romulus bei Enn. I, 100: *nec pol homo quisquam faciet inpune animatus hoc nisi tu: nam mi calido das sanguine poenas*. Diese Mythe ist sicher ätiologisch, hervorgegangen aus dem uralten Rechtsgrundsatz, dass auf Verletzung der geweihten Stadtmauern der Tod stehe, vgl. Pompon. in Dig. I, 8, 11: *si quis violaverit muros, capite punitur, sicuti si quis transcendet scalis admotis vel alia qualibet ratione. nam cives Romanos alia quam per portas egredi non licet, cum illud hostile et abominandum sit. nam et Romuli frater Remus occisus traditur ob id, quod murum transcendere voluerit*.

13. *finitimarum civitatum*: den einzelnen Staatsgemeinden (πόλεις), nicht aber den Föderationen, wie

der etruskischen u. latinischen. — 14. *penuria*, wegen des Mangels, der zu geringen Anzahl. — 15. *quippe quibus*, als Menschen, welche; eine Beziehung auf *res Romana* ist damit nicht ausgesprochen.—16. *conubium*; beruhte immer auf einem Rechtsverhältniss; jedenfalls muss man ein solches mit *Alba longa* annehmen, cf. c. 23, 1. — Der Frauenraub ist in der Sage eine selbständige Episode, welche auf die sonstige Sage von der Gründung Roms wenig Rücksicht nimmt, vgl. zu p. 6, 12. Sie knüpft an die Sage vom Asyl an und sucht einfach die bestehenden Hochzeitsgebräuche aus einem Factum zu erklären. Weil die Ehe ursprünglich vom Römer als ein Raub angesehen wurde, so mussten die ersten Ehen in Rom durch Raub zu Stande gekommen sein: war dem aber so, so mussten die Gründer Roms ohne Frauen, ein wildes und zusammengelaufenes Gesindel sein. Schwegler I, 471. —

4 sibi magnumque nomen facere. satis scire origini Romanae  
 et deos adfuisse et non defuturam virtutem. proinde ne gra-  
 5 varentur homines cum hominibus sanguinem ac genus miscere.  
 nusquam benigne legatio audita est: adeo simul spernebant,  
 simul tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis 5  
 metuebant; ac plerisque rogitantibus dimissi, equod feminis  
 quoque asylum aperuissent: id enim demum conpar conubium  
 6 fore. aegre id Romana pubes passa, et haud dubie ad vim  
 spectare res coepit.

Cui tempus locumque aptum ut daret Romulus, aegritu- 10  
 dinem animi dissimulans ludos ex industria parat Neptuno  
 7 Equestri sollempnis; Consualia vocat. indici deinde finitimis  
 spectaculum iubet, quantoque apparatu tum sciebant aut po-  
 terant concelebrant, ut rem claram expectatamque facerent.  
 8 multi mortales convenere, studio etiam videndae novae urbis, 15  
 maxume proximi quique, Caeninenses Crustumini Antemnates;  
 iam Sabinorum omnis multitudo cum liberis ac coniugibus venit.  
 9 invitati hospitaliter per domos cum situm moeniaque et fre-

19. sua = propria, vgl. suum ac proprium.—2. adfuisse, günstig gewesen. — 3. homines cum hominibus, die Anforderung motivierend, vgl. zu II, 12, 9. — 5. crescentem molem, heranwachsende Macht. Rom war noch kein stolzer Bau, drohte es aber mehr und mehr zu werden. moles ist die Macht, die auf andere drückt, sie gefährdet. — 6. plerisque rogitantibus, in der Regel mit (unter) der Frage. — 7. asylum: Rom war von Romulus zur Freistätte erklärt worden. — 7. conpar, ebenbürtig. — 10. cui, auf vim (8) zu beziehen. tempus locumque = Gelegenheit; aptum könnte fehlen. — 11. ex industria gew. absichtlich, hier = industrie rührig, thätig? — Neptunus equester = ἵππιος, denn im Streit mit Athene schuf er das erste Pferd, damit equorum usum et disciplinam, cf. Soph. Oed. Col. 1070. Die griechische Sage hat für Consus hier willkürlich den Nept. substituiert, vgl. Dion. II, 31. — Consus: altlatinischer Gott der Erde u. des Ackerbaues, der wegen der Wagenrennen bei seinem Feste (August) mit Poseidon Hippios verwechselt wurde. Er war ein Gott der Saaten (vgl. Consivius) u. der Ehe, daher seine Verbindung mit

dem Raube der Sabinerinnen. Vgl. Preller, Röm. Myth. p. 420. — 12. Dion. II, 30 ἐορτὴν προεῖπε καὶ πανήγυριν ἄξειν Ποσειδῶνι καὶ περιήγγελλεν εἰς τὰς ἔγγιστα πόλεις καλῶν τοὺς βουλομένους ἀγορᾶς τε μεταλαμβάνειν καὶ ἀγῶναν. — 16. proximi quique, Distributiv: je näher die Nachbargemeinden, um so mehr erschienen von ihnen. Die Lage von Caenina ist unbestimmt, Crustumium war nordöstlich von Fidena, Antenna an der Mündung des Anio in die Tiber. — 17. iam = iam vero, vollends. Ihre äusserste Niederlassung war auf dem Quirinalischen Hügel. — situm, vgl. Cic. rep. II, 5: urbi autem locum, quod est ei qui diuturnam remp. serere conatur diligentissime providendum, incredibili opportunitate delegit neque enim ad mare admovit, quod ei fuit illa manu copis que facillimum ut in agrum Rutulorum Aboriginumque procederet, aut in ostio Tiberino, quem in locum multis post annis rex Ancus coloniam deduxit, urbem ipse conderet, sed hoc vir excellenti providentia sensit ac vidit, non esse opportunissimos situs maritimos urbibus eis, quae ad spem diuturnitatis conderentur atque inperii. — — qui potuit igitur divi-



quentem tectis urbem vidissent, mirantur tam brevi rem Romanam crevisse. ubi spectaculi tempus venit, deditaeque eo 10 mentes cum oculis erant, tum ex composito orta vis, signoque dato iuventus Romana ad rapiendas virgines discurrit. magna 11  
 5 pars forte in quem quaeque inciderat, raptae; quasdam forma excellentes primoribus patrum destinatas ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deferebant. unam longe ante 12 alias specie ac pulchritudine insignem a globo Talassii cuiusdam raptam ferunt, multisque sciscitantibus, cuinam eam ferrent, 10 identidem, ne quis violaret, Talassio ferri clamitatum: inde nuptialem hanc vocem factam. turbato per metum ludi- 13 cro maesti parentes virginum profugiunt, incusantes violati hospitii foedus deumque invocantes, cuius ad sollemne ludosque per fas ac fidem decepti venissent. nec raptis aut spes de se 14  
 15 melior aut indignatio est minor. sed ipse Romulus circumibat, docebatque patrum id superbia factum, qui conubium finitimis negassent. illas tamen in matrimonio, in societate fortunarum omnium civitatisque, et, quo nihil carius humano generi sit, liberum fore. mollirent modo iras, et quibus fors corpora de- 15  
 20 disset, darent animos. saepe ex iniuria postmodum gratiam ortam, eoque melioribus usuras viris, quod adnissurus pro se

*nus et utilitates conplecti maritimas Romulus et vitia vitare, quam quod urbem perennis amnis et aequabilis et in mare late influentis posuit in ripa, quo posset urbs et accipere ex mari quo egeret et reddere quo redundaret.* — 5. *forte* gehört zu *in quem* — *inciderat*. Warum nicht *incidit* od. *incidebat*? — 7. Die Braut schritt in Rom nicht selbst über die Schwelle des Hauses ihres künftigen Gatten, sondern sie wurde von dem Brautführer darüber weggehoben, zugleich um das *malum omen* des Anstossens an der Schwelle zu verhüten, cf. Tibull. I, 3, 20. — 8. *a globo Talassii* = der Mannschaft des Tal. *Talassius* (griech. *Ταλάσιος*) war der Gott der Ehe bei den Sabinern; darum scheint die Erklärung bei Plut. Rom. 15 richtig: Romulus habe den Seinen Befehl gegeben, beim Raube Talassio auszurufen, um nämlich auf eine den Sabinerinnen verständliche Weise sie zu versichern, dass man sie nicht in böser Absicht, etwa um sie zu Sklavinnen zu machen, raube,

sondern sie zur Ehe nehmen wolle. Mit diesem Rufe wurde auch später die Braut in das Haus des Bräutigams geleitet. Cf. Catull. 71. 130 *Lubet iam servire Talassio*. — 13. *foedus* = *fidem*, denn während des Festes war Gottesfrieden, den der Gott des Festes selbst wahrte. — 14. *per fas ac fidem decepti* = der Einladung zur religiösen Festfeier ohne Arg vertrauden. — 17. Die Ehe wird von den Römern betrachtet als *omnis divini et humani iuris communicatio*, als *viri et mulieris coniunctio individuum vitae consuetudinem continens*. Der Censor fragte beim Census jeden Bürger: *uxoremne habes liberorum quaerendorum gratia?* Vgl. Lange I, 104. — Dion. II, 30: *τῆ δ' ἐξῆς ἡμέρᾳ προαχθεισῶν τῶν παρθένων παραμυθησάμενος αὐτῶν τὴν ἀθνημίαν ὁ Ῥωμύλος, ὡς οὐκ ἐφ' ὕβρει τῆς ἀρπαγῆς ἀλλ' ἐπὶ γάμῳ γενομένης, Ἑλληνικόν τε καὶ ἀρχαῖον ἀποφαίνων τὸ ἔθος καὶ τρόπον συμπάντων καθ' οὓς συνάπτονται γάμοι ταῖς γυναιξὶν ἐπιφανέστατον, ἡξίον στέργειν τοὺς δοθέντας αὐταῖς ἀν-*

quisque sit, ut, cum suam vicem functus officio sit, parentium  
 16 etiam patriaeque expleat desiderium. accedebant blanditiae virorum factum purgantium cupiditate atque amore, quae maxime ad muliebrem ingenium efficaces preces sunt.

1 X. Iam admodum mitigati animi raptis erant. at raptarum 5  
 parentes tum maxime sordida veste lacrimisque et querellis civitates concitabant. nec domi tantum indignationes continebant, sed congregabantur undique ad Titum Tatium, regem Sabinorum, et legationes eo, quod maximum Tatii nomen in iis regionibus erat, conveniebant. Caeninenses Crustumini et An- 10  
 temnates erant, ad quos eius iniuriae pars pertinebat. lente agere eis Tatius Sabinique visi sunt; ipsi inter se tres populi  
 3 communiter bellum parant. ne Crustumini quidem atque Antemnates pro ardore iraque Caeninensium satis se in pigre movent: ita per se ipsum nomen Caeninum in agrum Romanum impetum 15  
 4 facit. sed effuse vastantibus fit obvius cum exercitu Romulus, levique certamine docet vanam sine viribus iram esse. exercitum fundit fugatque, fuscum persequitur; regem in proelio obtruncat et spoliat; duce hostium occiso urbem primo impetu capit.

5 Inde exercitu victore reducto ipse, cum factis vir magnificus tum factorum ostentator haud minor, spolia ducis hostium caesi suspensa fabricato ad id apte ferculo gerens in Capitolium escendit, ibique ea cum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum dono designavit templo Iovis finis, cogno-

δρας ὑπὸ τῆς τύχης. — 1. *suam vicem*, für seine Person, seinerseits, *officio* gegenüber dem Staate. — 2. *explere desiderium* = ersetzen. — 3. *factum* — *amore*, indem sie ihre That mit der Liebe u. persönlichen Neigung entschuldigten, als wären sie zum Raub durch heftige Liebe veranlasst worden.

6. *tum maxime*, gerade jetzt, zur selben Zeit, mit Beziehung auf *iam mitigati erant*. — 7. *domi continebant*, auf die Heimath beschränken. — 8. *regem Sabinorum*, die Sage macht Titus Tatius bald zum König des ganzen Sabinervolkes, bald zum König von Cures. Dion. II, 36: καὶ μετὰ τοῦτο ἀγορὰν ποιησάμενοι σύμπαντες ἐν τῇ μεγίστῃ τε πόλει καὶ πλείστον ἀξίωμα ἔχουσα τοῦ ἔθνους, ἣ Κυρὸς ὄνομα ἦν, ψήφον ὑπὲρ τοῦ πολέμου διήνεγκαν ἀποδείξαντες ἡγεμόνα τῆς στρατιάς Τίτον, ὃς ἐπεκαλεῖτο Τάτιος, βασιλεῖα Κυρι-

τῶν. Er erscheint also als Oberfeldherr. — 11. *lente*, aber zu langsam etc., die Wortstellung ersetzt hier wie nachher bei *ipsi* eine logische Partikel. Beachte den Chiasmus! — 13. *ne* — *quidem*, aber auch die C. setzten sich nicht rasch genug in Bewegung. — 15. *nomen*, Stamm, Gemeinde (πόλις). — 21. *spolia opima*: die Waffenrüstung, die der König od. Feldherr gewann, nachdem er den feindlichen Führer persönlich im Zweikampf erlegt. Dion. II, 34 schreibt Romulus sogar schon die Einführung des Triumphes zu. Liv. I, 38, 3 bemerkt zuerst von Tarq. Priscus: *bello Sabino perfecto triumphans Romam rediit*, ohne damit diese Sitte als eine neue zu bezeichnen. — 22. *ferculo*, eine Nachbildung des alterthümlichen *tropaeum*, wie es Verg. XI, 5 sqq. schildert. — 24. *designavit finis*, durch Inauguration, daher *quos modo animo metatus sum*,

menque addidit deo. „Iuppiter Feretri“ inquit, „haec tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque his regionibus, quas modo animo metatus sum, dedico sedem opimis spoliis, quae regibus ducibusque hostium caesis me auctorem sequentes posterasteri ferent.“ haec templi est origo, quod primum omnium Romae sacratum est. bina postea inter tot annos, tot bella opima parta sunt spolia: adeo rara eius fortuna decoris fuit.

XI. Dum ea ibi Romani gerunt, Antemnatium exercitus per occasionem ac solitudinem hostiliter in fines Romanos incursionem facit. raptim et ad hos Romana legio ducta palatos in agris oppressit. fusi igitur primo impetu et clamore hostes, oppidum captum; duplicique victoria ovantem Romulum Hersilia coniunx precibus raptarum fatigata orat, ut parentibus earum det veniam et in civitatem accipiat: ita rem coalescere concordia posse. facile impetratum. Inde contra Crustuminos profectus bellum inferentes. ibi minus etiam, quod alienis claudibus ceciderant animi, certaminis fuit. utroque coloniae missae; plures inventi, qui propter ubertatem terrae in Crustuminum nomina darent. et Romam inde frequenter migratum est, a parentibus maxime ac propinquis raptarum.

Novissimum ab Sabinis bellum ortum, multoque id maximum fuit: nihil enim per iram aut cupiditatem actum est, nec ostenderunt bellum prius quam intulerunt. consilio etiam additus dolus. Spurius Tarpeius Romanae praeerat arci. huius filiam virginem auro corrumpit Tatius, ut armatos in arcem accipiat — aquam forte ea tum sacris extra moenia petitur ierat —; accepti obrutam armis necavere, seu ut vi capta po-

vgl. p. 6, 20. — 1. *Iuppiter Feretrius*: denn *feretrum* = *ferculum*. Der Tempel des *Iuppiter Feretrius* war auf der westlichen Höhe des Capitols. — 6. *bina*: A. Cornelius Cossus i. J. 437 u. M. Claudius Marcellus i. J. 222.

13. *Hersilia*: später göttlich verehrt, cf. Ovid. Met. XIV, 832 sqq. — 14. Die besiegten Städte verloren ihre Selbständigkeit, die Bürgerschaft wird dem römischen Staate einverleibt, auch wenn sie in ihren alten Wohnsitzen verbleibt. Nur die vornehmen Geschlechter mit ihren Clienten werden unter den patricischen *populus* aufgenommen worden sein, die übrige Masse verstärkt die bereits vorhandene Römische *plebs*. Daher auch die Anlage von Colonien, welche nur ausführbar waren, wenn man sich das

Vorhandensein einer *plebs* denkt. — 21. Das Verhältniss der Städte auf dem Palatinus und Quirinalis war vielleicht jahrelang ein feindseliges. Die Sage drängt diesen Kampf in eine eintägige Entscheidungsschlacht zusammen. Bei Dion. II, 52 findet sich noch eine Erinnerung: *Τάτιος μὲν οὖν τοιαύτης τελευτῆς ἔτυχε, τρία μὲν ἔτη πολεμήσας Ρωμόλω, πέντε δὲ συνάρεξας*. — 24. *arci*, auf dem Capitolium. Die ursprüngliche Bevölkerung des Capitolinus war latinisch, wie die ältesten Culte dieses Hügels beweisen, später aber hatten diesen Berg Sabiner in Besitz, auch nachdem beide Völker sich zu einem Gemeinwesen vereinigt hatten. Daher Tac. XII, 24: *forumque et Capitolium non a Romulo sed a Tito Tatius additum urbi credidere*. — 26. *sacris*: Tarpeia war

tius arx videretur, seu prodendi exempli causa, ne quid usquam  
8 fidum proditori esset. additur fabulae, quod vulgo Sabini aureas  
armillas magni ponderis brachio laevo gemmatosque magna  
specie anulos habuerint, pepigisse eam quod in sinistris manibus  
haberent; eo scuta illi pro aureis donis congesta.

1 XII. Tenuere arcem Sabini, atque inde postero die, cum  
Romanus exercitus instructus quod inter Palatinum Capitolinumque  
collem campi est complexisset, non prius descenderunt in  
2 aequum, quam ira et cupiditate recuperandae arcis stimulante  
animos in adversum Romani subiere. principes utrimque pugnam  
ciebant: ab Sabinis Mettius Curtius, ab Romanis Hostius  
Hostilius. hic rem Romanam iniquo loco ad prima signa animo  
3 atque audacia sustinebat. ut Hostius cecidit, confestim Romana  
inclinatur acies, fusaque est ad veterem portam Palatii. ibi  
Romulus et ipse turba fugientium actus arma ad caelum tollens  
4 „Iuppiter, tuis“ inquit „iussus avibus hic in Palatio prima  
urbi fundamenta ieci. arcem iam scelere emptam Sabini habent;  
5 inde huc armati superata media valle tendunt. at tu, pater  
deum hominumque, hinc saltem arce hostes, deme terrorem  
6 Romanis fugamque foedam siste. hic ego tibi templum Statori  
Iovi, quod monumentum sit posteris tua praesenti ope servatam  
7 urbem esse, voveo.“ haec praecatus, velut si sensisset auditas  
preces, „hinc“ inquit, „Romani, Iuppiter optimus maximus  
resistere atque iterare pugnam iubet.“ restitere Romani  
8 tamquam caelesti voce iussi: ipse ad primores Romulus  
provolat. Mettius Curtius ab Sabinis princeps ab arce decurrerat,  
et effusos egerat Romanos toto quantum foro spatium est, nec  
9 procul iam a porta Palatii erat, clamitans „vicimus perfidos  
hospites, inbelles hostes. iam sciunt longe aliud esse

Vestalin. — 3. aureas armillas, passt nicht zur Einfachheit der Sabiner: χρυσοφόροι γὰρ ἦσαν τότε καὶ Τυρρηνῶν οὐχ ἥττον ἀβροδίατοι Dion. II, 38. Das Motiv der armillae berichteten Fabius u. Cincius. Nach Piso wollte Tarpeia die Sabiner täuschen u. dem Romulus wehrlos überliefern. — 5. illi: Dat. incommodi.

7. quod campi, das ganze Thal zwischen etc. Es ist die Gegend des späteren Forum. — 10. Principes = primi et ante ceteros. — 11. Hostius Hostilius: Sein Enkel der König Tullus Hostilius. — 14. Der Palatinus hatte ursprünglich als besondere Stadt auch ein befestigtes Thor. Für ein solches Thor hält man auch den Durchgang des Janus

Geminus, vgl. Schwegler I, 481. — 21. stator von sistere die Flucht hemmen. Dagegen X, 36, 11 (in der Schlacht bei Luceria 294): inter haec consul manus ad caelum attollens voce clara, ita ut exaudiretur, templum Iovi Statori vovet, si constitisset a fuga Romana acies, und ibid. 37, 15: Fabius scribit ad Luceriam utrimque multos occisos, inque ea pugna Iovis Statoris aedem votam, ut Romulas ante voverat, sed fanum tantum, id est locus templo effatus fuerat. Der Tempel wurde am Abhang des Palatin nach dem Forum zu errichtet. — 24. restitere: das Asyndeton = Und wirklich etc. — 27. toto quantum foro spatium est. = über den ganzen Raum des

virgines rapere, aliud pugnare cum viris.“ in eum haec gloriantem cum globo ferocissimorum iuvenum Romulus impetum facit. ex equo tum forte Mettius pugnabat; eo pelli facilius fuit. pulsum Romani persecuntur, et alia Romana acies audacia regis accensa fundit Sabinos. Mettius in paludem sese strepitu sequentium trepidante equo coniecit; averteratque ea res etiam Sabinos tanti periculo viri. et ille quidem adnventibus ac vocantibus suis favore multorum addito animo evadit: Romani Sabinique in media convalle duorum montium redintegrant proelium; sed res Romana erat superior.

XIII. Tum Sabinæ mulieres, quarum ex iniuria bellum ortum erat, crinibus passis scissaque veste victo malis muliebri pavore ausae se inter tela volantia inferre, ex transverso impetu facto dirimere infestas acies, dirimere iras, hinc patres hinc viros orantes, ne se sanguine nefando soceri generique respergerent, ne parricidio macularent partus suos, nepotum illi, hi liberum progeniem. „si adfinitatis inter vos, si conubii piget, in nos vertite iras. nos causa belli, nos vulnerum ac caedium viris ac parentibus sumus. melius peribimus quam sine alteris vestrum viduae aut orbae vivemus.“ movet res cum multitudinem tum duces. silentium et repentina fit quies; inde ad foedus faciendum duces prodeunt, nec pacem modo sed civitatem unam ex duabus faciunt, regnum consociant, imperium omne conferunt Romam. ita geminata urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites a Curibus appellati. monumentum eius pugnae, ubi primum ex profunda emersus palude equom Curtius in vado statuit, Curtium lacum appellarunt.

Ex bello tam tristi laeta repente pax cariores Sabinas viris ac parentibus et ante omnes Romulo ipsi fecit. itaque, cum populum in curias triginta divideret, nomina earum curiis in-

heutigen (est) Forums. — 6. *etiam*, wie die verfolgenden Römer. — 8. *favore* wie *adnventibus* erinnern an ähnliche Vorgänge im Circus.

11. *quarum ex iniuria*: Vergewaltigung, der Gen. ist passiv, d. h. der sogenannte objectivus. — Die Schilderung wahrscheinlich nach Ennius, wovon noch folgender Vers (107) erhalten ist: *maerentes flentes lacrimantes commiserantes*; vgl. 110: *aeternum seritote diem concorditer ambo*. — 13. *ex transverso*, von der Seite her. — 14. *dirimere* Inf. hist. (ohne räumliche u. zeitliche Aufeinanderfolge!). — 22. Cic. rep. II, 13: *cum T. Tatio foedus icit, matronis ipsis, quae raptae erant, orantibus,*

*quo foedere et Sabinos in civitatem adscivit sacris communicatis et regnum suum cum illorum rege sociavit*. — 23. *imperium omne*: die oberste (executive) Gewalt. — 25. *Quirites*: Vielleicht eines Stammes mit dem Oskisch. *Kerriai* = *augusti*, wenigstens werden die Römer in ihren Beziehungen nach Aussen nie *Quirites* genannt. — 27. *Curtius lacus*: Wohl der Name eines puteal auf dem Forum. Eine verschiedene Sage bei Liv. VII, 6, vgl. Schwegler I, 484. — 30. *curias triginta*: die Mitglieder je einer der 30 Curien waren religiös (durch besondere *sacra*) u. politisch (durch *concilia*) enger verbunden. An der Spitze stand ein

- 7 posuit. id non traditur, cum haud dubie aliquanto numerus maior hoc mulierum fuerit, aetate an dignitatibus suis viro-  
rumve an sorte lectae sint, quae nomina curiis darent. Eodem  
8 tempore et centuriae tres equitum conscriptae sunt: Ramnenses ab Romulo, ab T. Tatio Titienses appellati; Lucerum nominis 5  
et originis causa incerta est. inde non modo commune sed concors etiam regnum duobus regibus fuit.

### 3. Ende des Romulus. (Liv. I, 16).

- 1 XVI. His immortalibus editis operibus cum ad exercitum recensendum contionem in campo ad Caprae paludem haberet, 10  
subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque tam denso regem operuit nimbo, ut conspectum eius contioni ab-  
2 stulerit. nec deinde in terris Romulus fuit. Romana pubes sedato tandem pavore, postquam ex tam turbido die serena et tranquilla lux rediit, ubi vacuum sedem regiam vidit, etsi 15  
satis credebat patribus, qui proximi steterant, sublimem raptum procella, tamen velut orbitatis metu icta maestum aliquamdiu  
3 silentium obtinuit. deinde a paucis initio facto deum deo natum, regem parentemque urbis Romanae salvere universi Romulum

*curio*. — 4. *centuriae*: Hundertschaften; es waren 3 *centurien* (300 Mann) nach den 3 *tribus* der Ramnes, Tities u. Luceres. Vielleicht sind die Luceres die erst unter Tullus Hostilius nach Rom verpflanzten Albaner.

10. *recensendum*, womit wahrscheinlich eine Februation der Bürgerschaft verbunden war; Varro l. l. VI 34: *februare, id est lustrare*. — *contionem*: Versammlung des Heeres = des *populus*; denn das Heer ist eben das in Waffen stehende (politisch berechnigte) Volk. Dieselbe Bedeutung erhält *exercitus* häufig in den Chroniken des Mittelalters. — *ad Caprae paludem*: in der Gegend des späteren *circus Flaminius*. Die Sage vom Heimgang des Romulus entwickelte sich aus dem uralten Lustrationsfeste der *Poplifugia* u. der *Nonae Caprotinae*, welche an den Nonen des *Quinctilis* gefeiert wurden. Nachdem die Sünde und Unreinigkeit des Volks symbolisch auf ein Opferthier übertragen war, sagte

sich das Volk durch eine symbolische Flucht (*discurritur*) von der Sündenschuld förmlich los, vgl. das *regifugium* des *rex sacrorum*. Schwegler I, 532, u. die *μαροφόνια* der Perser Herod. III, 79. — Schwegler I, 531, 3 vermuthet, die alte Sage habe wahrscheinlich nur ausgedrückt, Romulus sei wie Aeneas und Latinus plötzlich nicht mehr sichtbar gewesen (*nusquam comparuisse*), dann habe später der griechisch gebildete Ennius nach Parallelen der griechischen Mythologie (Herakles) die Apotheose des Romulus hinzugedichtet u. diese Vorstellung in Rom eingebürgert. — 13—18. *Romana pubes* — *obtinuit*: Beachte die schöne Periode, deren Grundform A ([a/b] c) A. — 16. *sublimem*, wahrscheinlich *sublimen* in die Höhe. — 19. *salvere iubent*: Sie riefen *salve deus, salve rex, salve parens urbis Romanae*. — Enn. 114 sq.: *pectora . . tenet desiderium, simul inter sese sic memorant*, „o Romule, Romule die, qualem te patriae custodem di genuerunt!

iubent; pacem precibus exposcunt, uti volens propitius suam semper sospitet progeniem. fuisse credo tum quoque aliquos, 4 qui discerptum regem patrum manibus taciti arguerent — manavit enim haec quoque sed perobscura fama —; illam 5 alteram admiratio viri et pavor praesens nobilitavit. Et con- 5 silio etiam unius hominis addita rei dicitur fides. namque Proculus Iulius, sollicita civitate desiderio regis et infensa patribus, gravis, ut traditur, quamvis magnae rei auctor in con- tionem prodit. „Romulus“ inquit „Quirites, parens urbis huius, 6 10 prima hodierna luce caelo repente delapsus se mihi obvium dedit. cum perfusus horrore venerabundus adstitissem, petens precibus, ut contra intueri fas esset: „abi, nuntia“ inquit, „Ro- 7 manis, caelestes ita velle, ut mea Roma caput orbis terrarum sit: proinde rem militarem colant, sciantque et ita posteris 15 tradant nullas opes humanas armis Romanis resistere posse.“ „haec“ inquit „locutus sublimis abiit.“ mirum quantum illi 8 viro nuntianti haec fides fuerit, quamque desiderium Romuli apud plebem exercitumque facta fide immortalitatis lenitum sit.

*o pater o genitor o sanguen dis oriundum! tu produxisti nos intra luminis oras.*“ Zur Rede des Proculus gehört vielleicht v. 119: *Romulus in caelo cum dis genitalibus aevum degit.* — 3. *discerptum manibus*: Vgl. I, 15, 8 *multitudini tamen gratior fuit quam patribus, longe ante alios acceptissimus militum animis.* — 6. *addere fidem* = Bestätigung erhalten. — 7. *Proculus Iulius*, cf. Plut. Rom. 28 *Οὕτως οὖν ἄνδρα τῶν πατρικίων γένει πρῶτον ἦθει τε δοκιμώτατον αὐτῷ τε Ρωμύλῳ πιστὸν καὶ συνήθη, Ἰούλιον Πρόκλον, εἰς ἀγορὰν προελθόντα καὶ τῶν ἀγιωτάτων ἔνορκον ἱερῶν ἀψάμενον*

*εἰπεῖν ἐν πᾶσιν* etc. Livius scheint der Sache nicht zu glauben, daher sagt er *Et consilio etiam unius hominis etc.* — 16. *Mirum quantum fides fuerit*: Plut. erklärt dies näher: *ταῦτα* (die Meldung des Proculus) *πιστὰ μὲν εἶναι τοῖς Ῥωμαίοις ἐδόκει διὰ τὸν τρόπον τοῦ λεγόντος καὶ διὰ τὸν ὄρκον· οὐ μὲν ἀλλὰ* (aber das war es noch nicht allein, sondern) *καὶ δαιμόνιον τι συνέφρασθαι πάθος ὁμοιον ἐνθουσιασμῷ* (Verzückung). *μηδένα γὰρ ἀντειπεῖν, ἀλλὰ πάσαν ὑπόνοιαν καὶ διαβολὴν ἀφέντας εὐχεσθαι Κυρίῳ καὶ θεοκλυτεῖν ἐκεῖνον.*

## B. Numa Pompilius.

## 1. Wahl und Inauguration Numa's (Liv. I, 18).

- 1 XVIII. Inclita iustitia religioque ea tempestate Numae  
 Pompili erat. Curibus Sabinis habitabat, consultissimus vir,  
 ut in illa quisquam esse aetate poterat, omnis divini atque 5  
 2 humani iuris. auctorem doctrinae eius, quia non extat alius,  
 falso Samium Pythagoram edunt, quem Servio Tullio regnante  
 Romae centum amplius post annos in ultima Italiae ora circa  
 Metapontum Heracleamque et Crotona iuvenum aemulantium  
 3 studia coetus habuisse constat. ex quibus locis, etsi eiusdem 10  
 aetatis fuisset, qua fama inter Sabinos aut quo linguae com-  
 mercio quemquam ad cupiditatem discendi excivisset? quove  
 praesidio unus per tot gentes dissonas sermone moribusque  
 4 pervenisset? suoapte igitur ingenio temperatum animum virtutibus 15  
 fuisse opinor magis, instructumque non tam peregrinis artibus 15  
 quam disciplina tetrica ac tristi veterum Sabinorum, quo genere  
 nullum quondam incorruptius fuit.

3. Nach dem Tode des Rom. war ein Jahr lang ein Interregnum eingetreten, d. h. die Patricier bestellten aus ihrer Mitte einen *interrex*; da nun aber der erste *interrex* die Wahlhandlung selbst noch nicht vornehmen durfte, so ernannte dieser einen Nachfolger u. so fort, bis die Wahl und Inauguration des neuen Königs erfolgt war. Die Wahl erfolgte in der Weise, dass der Senat einen Mann bestimmte u. diesen der *interrex* dem Volke in den Curiatcomitien vorschlug. War der Wille der Götter durch die Auspicien erforscht u. die Wahl nicht bloß *ius*, sondern auch *fas*, so brachte der Gewählte in den Curiatcomitien die *lex curiata de imperio* ein, d. h. er liess sich die höchste militärische, richterliche u. priesterliche Gewalt ertheilen. — Numa wird von Corssen abgeleitet von *Nomas* = *Gnomas*, gleichen Stammes mit *νόμος*; also der Weise, Anordner und Gesetzgeber. Vgl. *numerus*, *Numitor*. — 5. *in illa*, innerhalb jener Zeit = *in hominibus illius aetatis*; wahrscheinlich aber ist in eine Dittographie. — 7. *Pythagoram*: Er kam von Samos nach Unteritalien (*magna Graecia*), wo

er zu Kroton im Lande der Bruttier den Pythagorischen Bund gründete: Cic. Tusc. I, § 38 *Pyth.*, *cum Superbo regnante in Italiam venisset, tenuit magnam illam Graeciam cum honore et disciplina (ἐν δὴα δβοῖν) tum etiam auctoritate multaue secula post ea sic vigit Pythagoreorum nomen, ut nulli alii docti viderentur.* — 9. *aemulantium studia*, wissbegierig. — 11. Welchen Ruf hätte Pythagoras unter den Sabinern haben müssen, um Jemand anlocken zu können. — 12. *quemquam*, überhaupt Jemand; die nähere Bestimmung ergibt sich aus *inter Sabinos*. — 14. Den Numa zeichnete ein natürliches (*suoapte ingenio*) sittliches Streben (*animus*) aus. Er war eine moralisch tief beanlagte Natur, so dass seine ganze Denk- und Handlungsweise (*animus*) eine streng sittliche (*virtutibus temperatus*) Richtung erhielt. — 16. *disciplina*, ist die auf Sitte u. Pflichtübung ruhende Sittlichkeit; diese war bei den alten Sabinern kräftig, naturwüchsig (*tetrica*) und streng (*tristis*), fern von aller leichtartigen Munterkeit (*hilaris ac levis*). — *quo genere*, der unverdorbenste Volksstamm, den es je ge-



Audito nomine Numae patres Romani, quamquam inclinari opes ad Sabinos rege inde sumpto videbantur, tamen neque se quisquam nec factionis suae alium nec denique patrum aut civium quemquam praefere illi viro ausi ad unum omnes Numae 5 Pompilio regnum deferendum decernunt. accitus, sicut Romulus augurato urbe condenda regnum adeptus est, de se quoque deos consuli iussit. inde ab augure, cui deinde honoris ergo publicum id perpetuumque sacerdotium fuit, deductus in arcem 6 in lapide ad meridiem versus consedit. augur ad laevam eius 10 capite velato sedem cepit, dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituum appellarunt. inde ubi prospectu in urbem agrumque capto deos precatus regiones ab oriente 7 ad occasum determinavit, dextras ad meridiem partes, laevas ad septemtrionem esse dixit, signum contra, quoad longissime 15 conspectum oculi ferebant, animo finivit; tum lituo in laevam manum translato dextra in caput Numae imposita precatus ita est: „Iuppiter pater, si est fas hunc Numam Pompilium, cuius 8 ego caput teneo, regem Romae esse, uti tu signa nobis certa adclarassis inter eos fines, quos feci.“ tum peregit verbis 20 auspicia, quae mitti vellet; quibus missis declaratus rex Numa 9 de templo descendit.

## 2. Ordnung des Cultus. (Liv. I, 20).

XX. Tum sacerdotibus creandis animum adiecit, quamquam ipse plurima sacra obibat, ea maxime quae nunc ad

geben hat. — 1. *patres Romani*, d. h. die Ramnes, die patricischen Häuptlinge des Romulischen oder Palatinischen Roms; an die Senatoren allein ist hier nicht zu denken. Ebenso sind unter Sabini die Titii zu verstehen. — 3. *patrum*, der Senatoren? — 8. *arcem*, die südwestliche Spitze des Capitols. — 10. *sedem cepit*, nach v. 13. wahrscheinlich mit dem Blick nach Osten, wiewohl die Worte *esse dixit* nicht nothwendig eine entsprechende Stellung des Augurs bedingen. — 17. *pater*, adjectivisch = *potens*, allmächtiger Herr des Himmels. — 18. *uti*, Formel des dringenden Verlangens, oft auch eines Gebotes, gehört der römischen Gesetzessprache an. — 19. *adclarassis* = *adclaraveris* erkennen lassen, Zeichen geben.

22. *Numa* ist in der Sage der Stifter der römischen Religion und

ihres Ceremonialgesetzes. Es ist aber selbstverständlich, dass religiöse Culte und Gebräuche zum ältesten Erbtheil der Nationen gehören u. nicht von einzelnen Individuen plötzlich gestiftet werden. Allein die Sage liebt es, die Fülle historischer Entwicklung dem Erfindungsgeist einzelner hervorragender Männer zuzuschreiben, welche sich ein hervorragendes Verdienst um die Ordnung des historisch gewordenen erworben haben, vgl. Lycurgus. Da nun Rom die Bürger verschiedener Gemeinden u. Stämme umschloss, welche alle verschiedene Religionsgebräuche mitbrachten, so erforderte die Einheit des Staats allerdings eine feste Gestaltung des Staatscultus. Dieses Verdienst hat die Ueberlieferung an den Namen des Numa geknüpft.

23. Im Vorausgehenden war er-

- 2 *Dialem flaminem pertinent. sed quia in civitate bellicosa plures Romuli quam Numae similes reges putabat fore, iturosque ipsos ad bella, ne sacra regiae vicis desererentur, flaminem Iovi adsiduum sacerdotem creavit, insignique eum veste et regia sella adornavit. huic duos flamines adiecit, Marti unum* 5
- 3 *alterum Quirino; virginesque Vestae legit, Alba oriundum sacerdotium et genti conditoris haud alienum. iis, ut adsiduae templi antistites essent, stipendium de publico statuit; virginitate aliisque caerimoniis venerabiles ac sanctas fecit. Salios* 10
- 4 *item duodecim Marti Gradivo legit, tunicaeque pictae insigne dedit et super tunicam aeneum pectori tegumen, caelestiaque arma, quae ancilia appellantur, ferre ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis sollemnique saltatu iussit.*
- 5 *Pontificem deinde Numam Marcium Marci filium ex patribus legit, eique sacra omnia exscripta exsignataque adtribuit,* 15

zählt, wie *Numa urbem novam conditam vi et armis, iure eam legibusque ac moribus de integro condere parat, Ianum indicem pacis bellique fecit, apertus ut in armis esse civitatem, clausus pacatos circa omnes populos significaret.* Er schloss den Tempel u. hielt mit den Nachbarn Frieden; darauf ordnete er vor Allem den Kalender: das Romulische Jahr hatte nur 10 Monate (März — Dec.), das des Numa war ein Mondjahr = 12 Mondumläufen = 354 T. 8 St. 48 M., der Einklang mit dem Sonnenlauf wurde durch Schaltmonate hergestellt. Ferner ordnete er die *dies fasti* u. *nefasti*, an den letzteren war die Vornahme eines Staats- oder Rechtsgeschäftes ein *nefas* (die *dies festi* u. *religiosi*). — 1. *Dialem flaminem* = Ehrenpriester des Jupiter; er durfte keine Nacht ausser der Stadt zubringen (*adsiduus*). Ebenso mussten die (4?) Vestalinnen ununterbrochen (*assiduae*) das heilige Feuer der Vesta bewachen. — 4. *insigni veste*, die *toga praetexta*. — 5. *regia sella* = *curuli sella* der republikanischen Zeit. — 6. *Quirino*, einer uralten sabinischen Schutzgotttheit, welche später mit Romulus, dem Stadtgott der palatinischen *Roma quadrata*, verwuchs, als die Sabiner von Cures mit den Latinern

von Alba longa zum *populus Romanus Quirites* oder *populus Romanus Quiritium* verschmolzen. — 7. *et — alienum*, d. h. eine Institution, welche ebenso bei den Sabinern als bei den Latinern volksthümlich war. — 8. *stipendium de publico* = Einkünfte aus dem *ager publicus* — 9. *caerimoniae* = liturgische Handlungen. — 9. *Salios* (von *salire*) vom Waffentanz benannt. Serv. ad Verg. II, 325: *Salii sacra penetium curabant*; ihr Cultus stammte wahrscheinlich aus Lavinium. — 10. *Grādivus* ist nicht von *grādiōr* abzuleiten; wahrscheinlich ist das Wort eines Stammes mit dem Umbrischen *Grabovius*, welches ebenfalls ein Beinamen des Mars, aber auch des Jupiter ist, vgl. Aufrecht u. Kirchhoff, Umbr. Sprachdenkm. II, 130. — 12. *ancilia*: Unter N. fiel ein Schild vom Himmel u. eine Stimme verkündete, dass an ihn die künftige Grösse der Stadt geknüpft sein solle. Um nun dieses Palladium vor Entwendung zu sichern, liess N. 11 ganz gleiche Schilde verfertigen, so dass der ächte nicht mehr zu erkennen war. — 13. *cum tripud.*: Der Rhythmus des Tanzes bestand in dem dreimaligen Auftreten (rechts, links, rechts). — 14. Die Bezeichnung *pontifex maximus* scheint erst mit der Einführung der Republik entstanden zu sein, cf. II, 2, 2. — 15. *sacra exscripta* = com-

quibus hostiis, quibus diebus, ad quae templa sacra fierent, atque unde in eos sumptus pecunia erogaretur. cetera quoque 6 omnia publica privataque sacra pontificis scitis subiecit, ut esset, quo consultum plebes veniret, ne quid divini iuris 5 negligendo patrios ritus peregrinosque adsciscendo turbaretur; nec caelestes modo caerimonias sed iusta quoque funebria 7 placandosque manes ut idem pontifex edoceret, quaeque prodigia fulminibus aliove quo visu missa susciperentur atque curarentur. ad ea elicienda ex mentibus divinis Iovi Elicio 10 aram in Aventino dicavit, deumque consuluit auguriis, quae suscipienda essent.

### C. Tullus Hostilius.

Zerstörung von Alba. (Liv. I, 21—26. 29. 30).

C. XXI. Ita duo deinceps reges, alius alia via, ille bello 6 hic pace, civitatem auxerunt. Romulus septem et triginta regnavit annos, Numa tres et quadraginta. cum valida tum temperata et belli et pacis artibus erat civitas.

XXII. Numa morte ad interregnum res rediit. inde 1 Tullum Hostilium, nepotem Hostili, cuius in infima arce clara pugna adversus Sabinos fuerat, regem populus iussit: patres auctores facti. hic non solum proximo regi dissimilis sed 2 ferocior etiam quam Romulus fuit: cum aetas viresque tum avita quoque gloria animum stimulabat. senescere igitur civitatem otio ratus undique materiam excitandi belli quaerebat. 25 forte evenit, ut agrestes Romani ex Albano agro, Albani ex 3 Romano praedas in vicem agerent. imperitabat tum Gaius 4

*mentarii Numa*, vgl. III. Heft p. 20. — 2. *cetera*, z. B. Gebete, Spiele, Consecrationen etc. — 8. *susciperentur*, etwas als *prodigium* officiell aufnehmen, anerkennen, um dann die Sühnung zu veranlassen (*curare* = *procurare*). Später wandte man sich immer an etruskische *haruspices*

14. Warum nicht *alter altera* oder *alter alia via*? — 16. *temperata*, wohl geordnet durch militärische u. staatsmännische Einrichtungen, cf. p. 16, 14.

18. *res* = *respublica*, cf. IV. 43, 7: *respublica a consulibus ad interregnum redit*; doch ist *res redit* die übliche Formel. — 18. *Inde*

*Tullum Hostilium*: Wie Romulus und Hostilius aus dem Stamme der Ramnes, so war Numa u. Ancus Marcius aus dem Stamme (*tribus*) der Tities; dieser Wechsel ist gewiss nicht zufällig. Vgl. Niebuhr, Vorles. I, 125. — 20. *populus iussit*, Cic. rep. II, 31: *Tullum Hostilium populus regem interrege rogante comitiis curiatis creavit, isque de imperis suo exemplo Pompili populum consuluit curiatim*. Das *iubere* setzt ein *rogare* voraus. — 21. *patres auctores facti* i. e. sie bestätigten die Wahl durch Uebertragung des *imperium* (*lege curiata*). — 23. *senescere*, in Kraftlosigkeit verfallen; *materia* = Veranlassung. — 26. *Imperitabat*:

Cluilius Albae. utrimque legati fere sub idem tempus ad res repetendas missi. Tullus praeceperat suis, ne quid prius quam mandata agerent. satis sciebat negaturum Albanum: ita pie bellum indici posse. ab Albanis socordius res acta: excepti hospitio ab Tullo blande ac benigne comi fronte regis convivium celebrant. tantisper Romani et res repeterant priores et neganti Albano bellum in tricesimum diem indixerant. haec renuntiant Tullo. tum legatis Tullus dicendi potestatem, quid petentes venerint, facit. illi omnium ignari primum purgandoterunt tempus: se invitos quicquam, quod minus placeat Tullo, dicturos. sed imperio subigi: res repetitum se venisse; ni reddantur, bellum indicere iussos. ad haec Tullus „nuntiate“ inquit „regi vestro, regem Romanum deos facere testes, uter prius populus res repetentes legatos aspernatus dimiserit, uti in eum omnes expetant huiusce clades belli.

XXIII. Haec nuntiant domum Albani. et bellum utrimque summa ope parabatur, civili simillimum, prope inter parentes natosque, Troianam utramque prolem, cum Lavinium ab Troia, ab Lavinio Alba, ab Albanorum stirpe regum oriundi Romani essent. eventus tamen belli minus miserabilem dimissionem fecit, quod nec acie certatum est, et tectis modo dirutis alterius urbis duo populi in unum confusi sunt.

Albani priores ingenti exercitu in agrum Romanum impetum fecere. castra ab urbe haud plus quinque milia passum locant, fossa circumdant: fossa Cluilia ab nomine ducis per aliquot saecula appellata est, donec cum re nomen quoque vetustate abolevit. in his castris Cluilius Albanus rex moritur; dictatorem Albani Mettium Fufetium creant. interim Tullus ferox praecipue morte regis, magnumque deorum numen, ab ipso capite orsum, in omne nomen Albanum expetiturum poenas

als rex (c. 23), sein Nachfolger Fufetius heisst *dictator* (c. 23). — 1. *ad res repetendas*: Genugthuung (nicht bloß für Eigenthum, sondern auch für die Ermordung von Angehörigen), cf. c. 32, 6. — 3. *pie*, mit gutem Gewissen, daher c. 32, 12: *puro pioque duello* = *iusto bello*. — 5. *comi fronte*, ist nicht richtig: die Gesandten sind *comi hospitio excepti* u. nehmen *fronte laeta* oder *hilari am convivium* Theil. Die Stelle ist in den codd. verdorben. — 6. *tantisper*, unterdessen, vgl. *paulisper*, *nuper* aus *novumper*. — 7. *tricesimum*, cf. c. 32, 9. Es war dies die heilige Frist eines vollen Monats. Die Bestimmung eines solchen Termins

hiess *condictio*. — 11. *ni reddantur* für *si non reddantur*, gehört der Gesetzessprache an. — 14. *uti*, vgl. p. 17, 18. — 15. *expetant*: *in aliquem* = uaf Jem. fallen lassen, ihn treffen mit etc. (trans).

17. *prope*, ja fast. — 20. *Romani*, nicht allein Romulus, sondern mit ihm ein grosser Theil der *patres* mit ihren Clienten. — 22. *confusi*: *confundere Trans.* zu dem Intr. *coalescere*. — 24. *passum* = *passuum*. — 25. *fossa Cluilia*: Wohl die Grenzscheidung der ältesten röm. Markung; an derselben macht auch Coriolan Halt (II, 39). — 28. *Mettius*, vielleicht = dem Oskischen *metdis*, μεδ-δειξ, Volsk. *medix*.

ob bellum inpium dictitans, nocte praeteritis hostium castris infesto exercitu in agrum Albanum pergit. ea res ab stativis 5  
excivit Mettium. ducit quam proxume ad hostem potest. inde legatum praemissum nuntiare Tullo iubet, priusquam dimi-  
cent, opus esse colloquio: si secum congressus sit, satis scire 5  
ea se allaturum, quae nihilo minus ad rem Romanam quam ad Albanam pertineant. haud aspernatus Tullus, tamen in 6  
aciem educit. exeunt contra et Albani. postquam instructi utrimque stabant, cum paucis procerum in medium duces procedunt. ibi infit Albanus: „iniurias et non redditas res ex 7  
foedere quae repetitae sint, et ego e rege nostro Cluilio causam huiusce esse belli audisse videor, nec te dubito, Tulle, eadem prae te ferre. sed si vera potius quam dictu speciosa dicenda sunt, cupido imperii duos cognatos vicinosque populos ad arma 8  
stimulat. neque, recte an perperam, interpretor; fuerit ista 8  
eius deliberatio, qui bellum suscepit: me Albani gerendo bello ducem creavere. illud te, Tulle, monitum velim: Etrusca res quanta circa nos teque maxime sit, quo propior es Tuscis, hoc magis scis. multum illi terra, plurimum mari pollent. memor 9  
esto, iam cum signum pugnae dabis, has duas acies spectaculo 20  
fore, ut fessos confectosque simul victorem ac victum adgrediantur. itaque si nos di amant, quoniam non contenti libertate certa in dubiam imperii servitiique aleam imus, ineamus aliquam viam, qua, utri utris imperent, sine magna clade, sine 25  
multo sanguine utriusque populi decerni possit.“ haud displicet 10  
res Tullo, quamquam cum indole animi tum spe victoriae ferocior erat. quaerentibus utrimque ratio initur, cui et fortuna ipsa praebuit materiam.

XXIV. Forte in duobus tum exercitibus erant trigemini 1  
30 fratres nec aetate nec viribus dispares. Horatios Curiatiosque fuisse satis constat, nec ferme res antiqua alia est nobilior.

Rathsprecher. — 10. *ex foedere repetere*: z. B. konnte die Zurückgabe von *fugitivi* (Sklassen) zw. Alba u. Rom vertragsmässig geordnet sein. — 12. *videor* = bin mir bewusst. — 14. *imperii*, der Oberherrschaft. Cincius (bei Fest. p. 241) behauptete, *Albanos rerum potitos usque ad Tullum regem*. So erklärt sich auch leichter die Sage von dem Zweikampf. — 15. *fuerit*: abweisend, vgl. Tusc. V, § 10 *Cuius de disciplina aliud tempus fuerit fortasse discendi* = *alias, mox video, post video, alias viderimus etc.* (also nicht *Conjunctiv!*). — 19. *plurimum pollent*: Liv. I, 2, 5:

*tanta opibus Etruria erat, ut iam non terras solum, sed mare etiam per totam Italiae longitudinem ab Alpibus ad fretum Siculum fama nominis sui inplisset.* — 20. *spectaculo fore*, sc. Tuscis. — 23. *certa—dubiam*, Thuc. VI, 9: *τά τε ὑπάρχοντα σώξιν παραινολήν καὶ μὴ τοῖς ἐτοίμοις περὶ τῶν ἀφανῶν καὶ μελλόντων κινδυνεύειν*, als Grundsatz einer conservativen Politik.

29. *in duobus tum exerc*: durch Zwischenstellung des minderwichtigen *tum* wird *duobus* um so schärfer betont; ebenso beachte, dass *trigemini* dem nomen subst. voran-

tamen in re tam clara nominum error manet, utrius populi Horatii, utrius Curiatii fuerint. auctores utroque trahunt; plures tamen inuenio, qui Romanos Horatios vocent; hos ut sequar, inclinatur animus. cum trigeminis agunt reges, ut pro sua quisque patria dimicent ferro: ibi imperium fore, unde victoria fuerit. nihil recusatur. tempus et locus convenit. priusquam dimicarent, foedus ictum inter Romanos et Albanos est his legibus, ut, cuius populi cives eo certamine vicissent, is alteri populo cum bona pace imperitaret.

Foedera alia aliis legibus, ceterum eodem modo omnia fiunt. tum ita factum accepimus, nec ullius vetustior foederis memoria est. fetialis regem Tullum ita rogavit: „iubesne me, rex, cum patre patrato populi Albani foedus ferire?“ iubente rege „sagmina“ inquit, „te, rex, posco.“ rex ait „tollito.“ fetialis ex arce graminis herbam puram attulit. postea regem ita rogavit: rex, facisne me tu regium nuntium populi Romani Quiritium, vasa comitesque meos?“ rex respondit: „quod sine fraude mea populique Romani Quiritium fiat, facio.“ fetialis erat M. Valerius. is patrem patratum Spurium Fusium fecit verbena caput capillosque tangens. pater patratus ad ius iuriandum patrandum, id est sanciendum fit, multisque id verbis, quae longo effata carmine non operae est referre, peragit. legibus deinde recitatis, „audi“ inquit, „Iuppiter, audi, pater

gestellt ist. — 1. *nominum error*, Ungewissheit in Bezug auf die Namen der Helden. In den Drillingenbrüdern sind wahrscheinlich die drei Stämme symbolisch dargestellt, aus welchen der römische u. vielleicht auch der albanische Staat bestand. — 5. *unde fuerit*: Vgl. *stare ab aliquo* neben *cum aliquo*. — 8. *cuius = utrius*. — 9. *cum bona pace = sine dolo malo*. — 12. *Fetialis*: die Aufforderung zur Sühne oder die Leistung derselben, die Ankündigung des Krieges, wenn sie nicht geleistet wird, u. die Abschliessung eines *foedus* waren mit genau vorgeschriebenen Ceremonien verbunden, deren Ausübung einem eigenen Priestercollegium (später aus 20 Mitgliedern), den *Fetiales* (von *fari* = Sprechen) übertragen war und deren Ritual eine eigene Disciplin, das *ius fetiale* bildete. Der *pater patratus* war in den meisten Fällen der Vorstand (*magister*) des Collegiums, es konnte aber auch zum Zweck einer bestimmten Hand-

lung, wie es scheint, jeder *Fetialis* durch eine bestimmte Ceremonie zum *pater patratus* gemacht werden. Die Functionen des *p. p.* sind 1. Eidesleistung beim Bündniss, 2. die Dedition von Personen, welche gegen das *ius fetiale* gehandelt haben, wie z. B. des Mancinus an die Numantiner (Cic. de Or. I § 181, II § 137). Der *pater patratus* ist wohl der mit der höchsten Vollmacht (*potestas*) versehene Fetiale. Vgl. Marq. IV, 383, sq. 14. *sagmina*: *utroque nomine* (*sagm. et verbenae*) *idem significatur h. e. gramen ex arce* (Capitol.) *cum sua terra evolsum; ac semper unus e legatis verbenarius vocabatur*. Plinius. — 17. *vasa*: die *sagmina* z. B. und der *silex*. — 17. *quod*, soweit. — 18. *sine fraude mea* = ohne Schaden für mich etc. — 20. *tangens*, indem er ihn damit zu seiner Mission weiht. — 21. *patrandum*, der beauftragte Priester heisst *pater*, insofern er den als Familie gedachten Staat vertritt, und *patratus*, weil er weder

patrate populi Albani, audi tu, populus Albanus: ut illa palam prima postrema ex illis tabulis cerave recitata sunt sine dolo malo, utique ea hic hodie rectissime intellecta sunt, illis legibus populus Romanus prior non deficiet. si prior defexit publico consilio dolo malo, tum illo die, Diespiter, populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hic hodie feriam, tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque.“ id ubi dixit, porcum saxo silice percussit. sua item carmina Albani suumque ius iurandum per suum dictatorem suosque sacerdotes peregerunt.

XXV. Foedere icto trigemini sicut convenerat arma capiunt. armati cum sui utrosque adhortarentur, deos patrios patriam ac parentes, quidquid civium domi, quidquid in exercitu sit, illorum tunc arma, illorum intueri manus, feroces et suo ingenio et pleni adhortantium vocibus in medium inter duas acies procedunt. considerant utrimque pro castris duocentus periculi magis praesentis quam curae expertes: quippe imperium agebatur in tam paucorum virtute atque fortuna positum. itaque ergo erecti suspensique in minime gratum spectaculum animos intendunt. datur signum, infestisque armis, velut acies, terni iuvenes magnorum exercituum animos gerentes concurrunt. nec his nec illis periculum suum, publicum imperium servitiumque obversatur animo futuraque ea deinde patriae fortuna, quam ipsi fecissent. ut primo statim concursu increpuere arma micantesque fulsere gladii, horror ingens spectantis perstringit, et neutro inclinata spe torpebat vox spiritusque. consertis deinde manibus cum iam non motus tantum corporum agitatioque anceps telorum armorumque, sed vulnera quoque et sanguis spectaculo essent, duo Romani super alium alium vulneratis tribus Albanis expirantes corruerunt. ad quorum casum cum conclamasset gaudio Albanus exercitus, Romanas legiones iam spes tota, nondum tamen cura deseruerat, exanimis vice unius, quem tres Curiatii circumsteterant. forte is integer fuit, ut universis solus nequaquam par, sic

*natura* noch *iure pater reip.* ist, sondern nur für eine bestimmte Aufgabe dazu geweiht ist. — 1. *illa* i. e. die eben verlesenen Bedingungen. — 3. *utique* = *et uti*. — 4. *defexit* = *defecerit, faxit (fac-sit) = fecerit*, cf. Zumpt. § 161. — 5. *tum illo die* correspondirt dem folgenden *hic hodie*. — 6. *ut ego — feriam*, cf. Hom., I. Γ. 300. — 9. *sacerdotes* = die Fetialen der Alb.

15. *Adh. vocibus*, Ermunterungsrufe, *pleni* erfüllt, gehoben = *elati*.

— 19. *itaque ergo*: letzteres in seiner Grundbedeutung = *ἐξ ὧν*, cf. 39, 25, 11 — 19. *erecti suspensique*, voll gespannter Erwartung. — 22. *publicum*, nur ihres Staates (Sieg u. Niederlage), Herrschaft u. Dienstbarkeit. — 23. *futuraque* = und der Gedanke, dass etc. — 26. *torpebat*, waren alle in lautloser, ja athemloser Spannung; jeder Laut, jeder Athemzug schien erstorben. — 28. *anceps*, von beiden Seiten. — 33. *exanimis* = in Todesangst. — 34. *ut — sic* = zwar

adversus singulos ferox. ergo ut segregaret pugnam eorum,  
 capessit fugam, ita ratus secuturos, ut quemque vulnere ad-  
 8 fectum corpus sineret. iam aliquantum spatii ex eo loco, ubi  
 pugnatum est, aufugerat, cum respiciens videt magnis inter-  
 vallis sequentes, unum haud procul ab sese abesse. in eum 5  
 9 magno impetu rediit; et dum Albanus exercitus inclamat Cu-  
 riatii, uti opem ferant fratri, iam Horatius caeso hoste victor  
 secundam pugnam petebat. tunc clamore, qualis ex insperato  
 faventium solet, Romani adjuvant militem suum, et ille defungi  
 10 proelio festinat. prius itaque quam alter, qui nec procul aberat, 10  
 11 consequi posset, et alterum Curiatium conficit. iamque aequato  
 Marte singuli supererant, sed nec spe nec viribus pares. alte-  
 rum intactum ferro corpus et geminata victoria ferocem in  
 certamen tertium dabat, alter fessum vulnere, fessum cursu  
 trahens corpus, victusque fratrum ante se strage victori obicitur 15  
 12 hosti. nec illud proelium fuit. Romanus exultans „duos“ in-  
 quit „fratrum Manibus dedi, tertium causae belli huiusce, ut  
 Romanus Albano imperet, dabo.“ male sustinenti arma gla-  
 13 dium superne iugulo defigit, iacentem spoliat. Romani ovantes  
 ac gratulantes Horatium accipiunt eo maiore cum gaudio, quo 20  
 prope metum res fuerat. ad sepulturam inde suorum nequa-  
 quam paribus animis vertuntur, quippe imperio alteri aucti,  
 14 alteri dicionis alienae facti. sepulcra extant quo quisque loco  
 cecidit, duo Romana uno loco propius Albam, tria Albana  
 Romam versus, sed distantia locis, ut et pugnatum est. 25

1 XXVI. Priusquam inde digrederentur, roganti Mettio, ex  
 foedere icto quid imperaret, imperat Tullus, uti iuventutem in  
 armis habeat, usurum se eorum opera, si bellum cum Veien-  
 tibus foret. ita exercitus inde domos abducti.

Princeps Horatius ibat trigemina spolia prae se gerens. 30  
 2 cui soror virgo, quae desponsa uni ex Curiatii fuerat, obvia  
 ante portam Capenam fuit; cognitoque super umeros fratris  
 paludamento sponsi, quod ipsa confecerat, solvit crines et fle-  
 3 biliter nomine sponsum mortuum appellat. movet feroci iuveni  
 animum conploratio sororis in victoria sua tantoque gaudio 35  
 publico. stricto itaque gladio simul verbis increpans transfigit

— aber. — 5. *sequentes . . . abesse*:  
 Part. = Bild, Inf. = Factum. —  
 8. *ex insperato faventium*: der Ver-  
 gleich ist vielleicht von den Gladiatoren-  
 spielen hergenommen. — 10.  
*nec procul* = non procul. — 14. *dabat*  
 = faciebat, reddebat, efficiebat etc. —  
 17. *fratrum manibus*: um die Manen  
 seiner gefallenen Brüder zu sühnen.  
 — 20. *quo prope metum* = quo deterior

*ac paene sollicita (metuenda) res  
 uerat.*

31. *soror virgo*, vgl. *filius adu-  
 lescens*. — 32. Martial III, 47: *Capena  
 grandi porta qua pluit gutta, Hora-  
 tiorum qua viret sacer campus*. —  
 33. *paludamento*: Kriegsgewand.  
 — 36. *verbis increpans* wie p. 7,  
 8. Aehnlich ist auch dort der



puellam. „abi hinc cum immaturo amore ad sponsum“ inquit, 4  
 „oblita fratrum mortuorum vivique, oblita patriae. sic eat  
 quaecumque Romana lugebit hostem.“ atrox visum id facinus 5  
 patribus plebique, sed recens meritum facto obstabat. tamen  
 5 raptus in ius. rex, ne ipse tam tristis ingratiue ad vulgus  
 iudicii ac secundum iudicium supplicii auctor esset, concilio  
 populi advocato „duumviros“ inquit, „qui Horatio perduellionem  
 iudicent secundum legem facio.“ lex horrendi carminis 6  
 erat: duumviri perduellionem iudicent. si a duumviris provo-  
 10 carit, provocatione certato. si vincent, caput obnubito, infelici  
 arbori reste suspendito, verberato vel intra pomerium vel extra  
 pomerium. hac lege duumviri creati, qui se absolvere non 7  
 rebantur ea lege ne innoxium quidem posse, cum condemnassent,  
 tum alter ex eis „Publi Horati, tibi perduellionem iudico“ in-  
 15 quit. „licitor, conliga manus.“ accesserat licitor iniciebatque 8  
 laqueum. tum Horatius auctore Tullo, elemente legis inter-  
 prete, „provoco“ inquit. itaque provocatione certatum ad po-  
 pulum est. moti homines sunt in eo iudicio maxime Publico 9  
 Horatio patre proclamante, se filiam iure caesam iudicare; ni  
 20 ita esset, patrio iure in filium animadversurum fuisse. orabat  
 deinde, ne se, quem paulo ante cum egregia stirpe conspexissent,  
 orbum liberis facerent. inter haec senex iuvenem amplexus, 10  
 spolia Curiatorum fixa eo loco, qui nunc Pila Horatia appel-  
 latur, ostentans, „huncine“ aiebat, „quem modo decoratum  
 25 ovantemque victoria incedentem vidistis, Quirites, eum sub furca

Schluss sic etc. — 4. *patribus plebique* = dem ganzen Volke, vgl. Cic. p. Murena 1: *populo plebique Romanae*, obwohl der Unterschied längst aufgehört hatte. — 5. *raptus in ius* = vor das Tribunal des Königs. Der König (später Consul, dann Prätor) untersucht den Thatbestand (*res est in iure*) und ernennet einen oder mehrere *iudices* zur Verhandlung und Entscheidung (*res est in iudicio*). Der Mord ist eine *causa publica*, d. h. der Mörder greift die Sicherheit der *civitas* an, seine Handlung ist Hochverrath (*perduellio*). Von dem Urtheilsspruch konnte an den *populus* appellirt werden als letzte Instanz. — 7. *perduellionem iudicent*, sie sollen den Hochverrath in diesem Falle als zu Recht bestehend nachweisen. Von dieser Behörde ist nun dem *reus* die Provocation an das Volk (hier *comitia curiata*) gestattet,

d. h. dieses soll in dem Streit zwischen dem *reus* und den *duumviri* die Entscheidung geben. — 10. *obnubito* i. e. *licitor*. — 11. *arbori*: Locativ. — 11. *pomerium* aus *pos* (= *post*) u. *murus* (*moerus, moerium*) entst. = der Raum hinter der Stadtmauer. — 14. *tibi — iudico*, ich weise dir nach, rechne dir an, verurtheile dich. — 19. *iudicare*, als *pater familias* hat er richterliche Befugnisse über die, welche in seiner *patria potestas* sich befinden, cf. II. 41, 10. Vgl. ferner Cic. Mil. 8: *an est quisquam qui hoc ignoret, cum de homine occiso quaeratur, aut negari solere omnino esse factum aut recte et iure factum esse defendi?* Dieser Beweis führt zu dem *inpune interfectam voluit = iure caesam iudicavit*. — 20. *patrio iure*: denn die *patria potestas* schloß die *potest. vitae necisque* über den Sohn in sich. — 25. *furca*: Krummholz, in das der Nacken

vinctum inter verbera et cruciatus videre potestis, quod vix  
 11 Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent? i,  
 lictor, conliga manus, quae paulo ante armatae imperium po-  
 pulo Romano pepererunt. i, caput obnube liberatoris urbis  
 huius; arbori infelici suspende, verbera vel intra pomerium, 5  
 modo inter illa pila et spolia hostium, vel extra pomerium,  
 modo inter sepulera Curiatorum. quo enim ducere hunc iu-  
 venem potestis, ubi non sua decora eum a tanta foeditate sup-  
 12 plicii vindicent? non tulit populus nec patris lacrimas nec  
 ipsius parem in omni periculo animum; absolveruntque ad 10  
 miratione magis virtutis quam iure causae. itaque, ut caedes  
 manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri, ut  
 13 filium expiaret pecunia publica is quibusdam piacularibus sa-  
 crificiis factis, quae deinde genti Horatiae tradita sunt, trans-  
 misso per viam tigillo capite adoperto velut sub iugum misit 15  
 14 iuvenem. id hodie quoque publice semper reffectum manet:  
 sororium tigillum vocant. Horatiae sepulcrum, quo loco corru-  
 erat icta, constructum est saxo quadrato.

1 XXIX. Inter haec iam praemissi Albam erant equites, qui  
 multitudinem traducerent Romam. legiones deinde ductae ad 20  
 2 diruendam urbem. quae ubi intravere portas, non quidem fuit  
 tumultus ille nec pavor, qualis captarum esse urbium solet, cum  
 effractis portis stratisve ariete muris aut arce vi capta clamor  
 3 hostilis et cursus per urbem armatorum omnia ferro flamma-  
 que miscet, sed silentium triste ac tacita maestitia ita defixit 25  
 omnium animos, ut prae metu oblitum, quid relinquerent, quid  
 secum ferrent, deficiente consilio rogitantesque alii alios nunc  
 in liminibus starent, nunc errabundi domos suas ultimum illud  
 4 visuri pervagarentur. ut vero iam equitum clamor exire iu-  
 bentium instabat, iam fragor tectorum quae diruebantur ultimis 30

gestreckt wurde. — 6. *inter illa pila*: nicht zu verwechseln mit der *Pila Horatia* (einer Säule), cf. Dion. Hal. III, 22: ἡ γωνιαία στύλις, ἐφ' ἧς ἔκειτο τὰ σκῦλα τῶν Ἀλβανῶν τριδύμων. τὰ μὲν οὖν ὄπλα ἠφάνισται διὰ μῆκος χρόνον. τὴν δ' ἐπίκλησιν ἡ στύλις ἐτι φυλάττει τὴν αὐτὴν Ὁρατία καλουμένην πύλα. — 10. *ipsius*, des Angeklagten. — 13. *pecunia publica*: denn durch Freisprechung des Schuldigen hatte das Volk sich zum Mitschuldigen der That gemacht, cf. Tac. XII., 8: *addidit Claudius sacra ex legibus Tulli regis piaculaque apud lucum Dianae per pontifices danda*.

19. Als im Kriege Roms gegen

Fidenae Mettius Fufetius mit dem Alban. Hülfsheer sich treulos erwies, liesz Tullus jenen hinrichten, dagegen das Alb. Volk siedelte er in Rom an: *quod bonum faustum felixque siet populo R. ac mihi vobisque, Albani, populum omnem Albanum Romam traducere in animo est, civitatem dare plebi, primores in patres (Senat) legere, unam urbem, unam rem. p. facere, ut ex uno quondam in duos populos divisa Albana res est, sic nunc in unum redeat*. — 20. *multitudinem*, die waffenfähige Mannschaft Alba's war bereits in der Gewalt des Königs. — 27. *deficiente consilio*, rathlos, und darum (*que*) einander fragend. — 29. *clamor* — iu-

urbis partibus audiebatur, pulvisque ex distantibus locis ortus velut nube inducta omnia impleverat, raptim quibus quisque poterat elatis, cum larem ac penates tectaque, in quibus natus quisque educatusque esset, relinquentes exirent, iam continens  
 5 agmen migrantium impleverat vias. et conspectus aliorum  
 5 mutua miseratione integrabat lacrimas; vocesque etiam miserabiles exaudiebantur mulierum praecipue, cum obsessa ab armatis templa augusta praeterirent ac velut captos relinquerent deos. egressis urbem Albanis Romanus passim publica pri-  
 6 vataque omnia tecta adaequat solo, unaque hora quadringentorum annorum opus, quibus Alba steterat, excidio ac ruinis dedit: templis tamen deum — ita enim edictum ab rege fuerat — temperatum est.

XXX. Roma interim crescit Albae ruinis: duplicatur civium  
 15 numerus; Caelius additur urbi mons, et quo frequentius habitaretur, eam sedem Tullus regiae capit, ibique deinde habitavit. principes Albanorum in patres, ut ea quoque pars rei publicae  
 2 cresceret, legit: Tullios Servilios Quinctios Geganios Curiatios Cloelios; templumque ordini ab se aucto curiam fecit, quae  
 20 Hostilia usque ad patrum nostrorum aetatem appellata est. et ut omnium ordinum viribus aliquid ex novo populo adice-  
 3 retur, equitum decem turmas ex Albanis legit, legiones et veteres eodem supplemento explevit et novas scripsit.

*bentium*, der Ruf der Reiter, welcher zum Aufbruch mahnt. — 1. *quibus—elatis*, Attraction für *elatis iis quae quisque (efferre) poterat*, wie IV. 39: *quibus poterat saucius ductis secum*. — 9. Wie vereinigt sich mit dieser Zeitbestimmung das *vaticinium* bei Verg. I, 272: *hic iam tercentum regnabitur annos?* — 12. Der Cultus wird nicht nach Rom verpflanzt, sondern an Ort und Stelle fortgeführt.

14. *Duplicatur*: Vielleicht entstand jetzt die Tribus der Luceres, ohne dass diese volles Recht neben den beiden andern erhielt. Vgl. Niebuhr Vorl. I, 133. — 15. *Caelius*, südöstlich vom Palatinus. Es ist nicht anzunehmen, dass die ge-

samnte Menschenmenge in Rom selbst angesiedelt worden ist, ein grosser Theil fand innerhalb des *ager Romanus* Unterkunft, besonders in Bovillae, wo sich der albanische Cultus dauernd erhielt. — 16. *in patres*, wegen *legit* u. *reipublicae* muss man annehmen, dass Livius an eine Verstärkung des Senats gedacht hat. Seine Quelle berichtete gewisz von einer Vermehrung der patricischen *gentes*. Statt der Tullier erwähnen Dion. III, 29 u. Tac. XI, 24: die Julier. Auf blosser Schmeichelei gegen Augustus kann man die Angabe des Livius nicht zurückführen. — *equitum decem turmas*: d. h. die Zahl von 300 *equites* (jede *turma* 30) wurde verdoppelt.

## D. Ancus Marcius. (Liv. I, 32. 33).

1 XXXII. Mortuo Tullo res, ut institutum iam inde ab initio  
 erat, ad patres redierat, iique interregem nominaverant. quo  
 comitia habente Ancum Marcium regem populus creavit; patres  
 2 fuere auctores. Numae Pompili regis nepos filia ortus Ancus 5  
 Marcius erat. qui ut regnare coepit, et avitae gloriae memor,  
 et quia proximum regnum, cetera egregium, ab una parte haud  
 satis prosperum fuerat aut neglectis religionibus aut prave  
 cultis longe antiquissimum ratus sacra publica ut ab Numa  
 instituta erant facere, omnia ea ex commentariis regis ponti- 10  
 ficem in album relata proponere in publico iubet. inde et  
 civibus otii cupidis et finitimis civitatibus facta spes in avi  
 3 mores atque instituta regem abiturum. igitur Latini, cum  
 quibus Tullo regnante ictum foedus erat, sustulerant animos;  
 et, cum incursionem in agrum Romanum fecissent, repetentibus 15  
 res Romanis superbe responsum reddunt, desidem Romanum  
 regem inter sacella et aras acturum esse regnum rati.

6 Legatus ubi ad fines eorum venit, unde res repetuntur,  
 capite velato filo — lanae velamen est — „audi, Iuppiter“  
 inquit, „audite Fines“ — cuiuscumque gentis sunt nominat —, 20  
 „audiat Fas! ego sum publicus nuntius populi Romani; iuste  
 pieque legatus venio verbisque meis fides sit.“ peragit deinde  
 postulata. inde Iovem testem facit: „si ego iniuste inpieque

2. *res . . ad patres redierat*: Vgl. zu p. 19, 18. — 5. Nach einem König aus dem Stamm der Ramnes geht der Thron wieder auf ein Mitglied der Tities über. Merkwürdig ist es, dass das Alterthum von dem Vater des Ancus nichts wusste. Es wird deshalb auf ein Erbrecht der Frauen geschlossen. — 7. *cetera*, in den übrigen Beziehungen, sonst. — 8. *haud satis prosperum*; denn in der letzten Zeit der Reg. des Tull. Host. *pestilentia laboratum est*; zuletzt: *ira Iovis sollicitati prava religione fulmine ictum cum domo conflagrasset* (sc. *Tullum regem*). — 8. *religionibus*, religiöser Satzungen, Gebräuche. — 10. *facere*, denn der König ist Vorsteher des Cultus. — 10. *regis = Numae*, Umschreibung des *pron. demonstr.* Der König will, dass gewisse Cultusbestimmungen zur allgemeinen Kenntniss des Volkes gelangen, cf. p. 19, 4. — 11. *in album =*

auf eine weisse Tafel. — 13. *abiturum*, werde sich der Regierungsweise seines G. zuwenden; vgl. der Gebrauch von *avertere ad aliquid*. — Die Rechtsauffassung jener Zeit lehrt Dion. III, 49: *οἱ γὰρ Λατίνοι μετὰ τὸν ἄγκον Μαρκίον θάνατον ἐπέβουσαν τὰς περὶ τῆς εἰρήνης ὁμολογίας οὐόμενοι κτλ.* — 16. *desidem*, prädikativ, ersetzt einen Causalsatz: der König werde, da er ohne Thatkraft sei, sich während seiner Regierung nur mit — beschäftigt zeigen. — 18. *Legatus = pater patratus*. — Livius schreibt die Sitte, den Krieg feierlich anzukündigen, dem Ancus zu, u. theilt deshalb an dieser Stelle diesen Theil des Fetialrechts mit. — 19. *filo*, Binde, um die Priestermütze gewunden. — 20. *Fines* ebenso wie *Fas* personificirt, vgl. *Termini, Terminalia*, Ζεὺς ὄριος. Die *fines* umschreiben das feindliche Land, welches als juristische Person gedacht wird:

illos homines illasque res dedier mihi exposco, tum patriae compotem me numquam siris esse.“ haec, cum fines supra-  
 scandit, haec, quicumque ei primus vir. obvius fuerit, haec por-  
 tam ingrediens, haec forum ingressus paucis verbis carminis  
 5 concipiendique iuris iurandi mutatis peragit. si non deduntur 9  
 quos exposcit, diebus tribus et triginta — tot enim sollemnes  
 sunt — peractis bellum ita indicit: „audi Iuppiter et tu Iane 10  
 Quirine diique omnes caelestes vosque terrestres vosque inferni  
 audite! ego vos testor, populum illum“ — quicumque est, no-  
 10 minat — „iniustum esse, neque ius persolvere. sed de istis  
 rebus in patria maiores natu consulemus, quo pacto ius nostrum  
 adipiscamur.“ cum his nuntius Romam ad consulendum redit.  
 confestim rex his ferme verbis patres consulebat: „quarum 11  
 rerum litium causarum condixit pater patratus populi Romani  
 15 Quiritium patri patrato Priscorum Latinorum hominibusque  
 Priscis Latinis, quas res nec dederunt nec solverunt nec fece-  
 runt, quas res dari fieri solvi oportuit, dic,“ inquit ei, quem  
 primum sententiam rogabat, „quid censes?“ tum ille: „puro 12  
 pioque duello quaerendas censeo, itaque consensio consciscoque.“

Land und Recht sollen vernehmen die Forderung Roms; beide werden aufgerufen gegen Urheber des Friedensbruches.—1. *illos*, vgl. zu p. 23, 1.—2. *numquam siris*: Vgl. *ne feceris st. noli facere*.—5. *concupiendi iuris iurandi* = in der Fassung der Eidesformel.—6. *quos*, Menschen u. Sachen.—7. *Iane Quirine*: *In sacris invocamus Ianum Geminum, Ianum Patrem — Ianum Quirinum etc. . . Quirinum quasi bellorum potentem ab hasta, quam Sabini curin vocant. Macrob.* Vielleicht war Janus Quirinus der Stammvater des Sabinischen Volksstammes, wie Romulus Quirinus der des Römischen.—11. *maiores natu* = *senatores*.—11. *consulemus*: die Initiative hat natürlich der König, der allein mit der executiven Gewalt (*imperium*) bekleidet ist.—12. *cum his*, mit dieser Erklärung.—14. *condixit: condicere est denuntiare prisca lingua*; da nun zur Zeit des Legislationenprozesses der Prozess über eine auf das *dare* (eines *certum*) gerichtete Forderung (*legis actio per conditionem*) damit eingeleitet wurde, dass der Kläger dem Gegner vor Gericht (*in iure*) feierlich ansagte, er solle sich nach 30 Tagen zur Bestellung

eines Richters (*iudex*) wieder vor dem *magistratus* (*praetor*) einfinden, so wird *condicere* überhaupt gebraucht für das Anstellen einer auf *dare oportere* gerichteten Klage, *condictio* selbst ist eine solche Klage, *qua actor intendit, dari sibi oportere*. Wie im Civilprozess, so findet hier *condicere* dieselbe Anwendung im *ius gentium* oder *ius fetiale*. Der Genitiv hängt also ab von dem in *condixit* enthaltenen Subst. *conditionem*. *Rerum* = Ansprüche auf eine Sache, *litium* auf ein Recht (*ius in aliena re*), *causarum* auf die aus denselben entspringenden Rechtsverhältnisse.—16. *quas res* ist nicht etwa Acc. der Beziehung; ebenso wenig ist ein demonstratives *de his rebus* zu ergänzen. Construire: Wegen welcher Objecte der *p. p.* an die Latiner die Forderung erhoben hat, welche Forderung sie nicht erfüllt haben, welche Forderung (aber) sie zu erfüllen verpflichtet waren, — was ist deine Meinung?—18. *Puro pioque* = *iusto pioque* mit Beobachtung aller völkerrechtlichen Förmlichkeiten.—19. *quaerendas*=*vindicandas*.—19. *itaque*—*consensio*—*consciscoque*, dies ist meinerseits (*con-*) mein Urtheil

inde ordine alii rogabantur, quandoque pars maior eorum qui aderant in eandem sententiam ibat, bellum erat consensum. fieri solitum, ut fetialis hastam ferratam aut sanguineam ad fines eorum ferret, et non minus tribus puberibus praesentibus diceret: „quod populi Priscorum Latinorum hominesque Prisci Latini adversus populum Romanum Quiritium fecerunt deliquerunt, quod populus Romanus Quiritium bellum cum Priscis Latinis iussit esse, senatusque populi Romani Quiritium censuit consensit conscivit, [ut bellum cum Priscis Latinis fieret], ob eam rem ego populusque Romanus populis Priscorum Latinorum hominibusque Priscis Latinis bellum indico facioque.“ id ubi dixisset, hastam in fines eorum emittebat. hoc tum modo ab Latinis repetitae res ac bellum indictum; moremque eum posteri acceperunt.

XXXIII. Ancus demandata cura sacrorum flaminibus sacerdotibusque aliis exercitu novo conscripto profectus Politorium urbem Latinorum vi cepit, secutusque morem regum priorum, qui rem Romanam auxerant hostibus in civitatem

u. Beschluss. — 2. *in eandem sententiam ibat*: denn die Abstimmung erfolgte durch Auseinandertreten der Parteien. — 2. *consensum*, vereinigt hier den Begriff von *consciscere* mit in sich = *consensus publici sententia bellum erat decretum*. — 3. *sanguineam*, so pflegte man den *parricida* zu geißeln *virgis sanguineis*. Die *hasta sanguinea* war jedenfalls *praecusta*. — 5. Krieg wird geführt mit der politischen Gesamtheit u. mit den einzelnen Gliedern dieser Gesamtheit, daher der Zusatz *hominesque Prisci Latini*, daher die Redeweise (II, 157) *cum Perseo rege et Macedonibus bellum imminebat etc.* — 6. *deliquerunt*, mit Beziehung auf *quas res nec dederunt nec solverunt etc.* Auf einen Volksbeschluss deutet auch p. 28, 21 *publicus nuntius populi Romani*. Der Entschluss des Königs ist also durch die Entscheidung der Curiatcomitien beschränkt. — 9. Die eingeschlossenen Worte erweisen sich als unächt 1) wegen der formlosen Wiederholung von *bellum* für *quod bellum*, 2) wegen der selbstständigen Ausführung dieses Gedankens, während doch *que in senatusque* anzeigt, dass der Senatsbeschluss zusammenhängend mit dem Volksbeschluss ein einheitliches Urtheil

darstellen soll. Gellius (XVI, 4) führt dieselbe Formel an aus *Cincius de re militari*, aber ohne jenen schleppenden Zusatz. — 11. *facioque*: symbolisch durch den Lanzenwurf. — 12. *ubi dixisset* = *εἰ, ὅτε, ὁπότε* etc. mit *Opt. iterativus*, im Hpts. Ind. Impf. Es könnte auch im Nebenatz der Indic. Plusq. stehen. — Dionysius u. Plutarch schreiben die Einsetzung der Fetialgebräuche dem Numa zu, Cicero hingegen (resp. II, 31) dem Tullus: *constituitque ius quo bella indicerentur, quod per se iustissime inventum sanxit fetiali religione, ut omne bellum, quod denuntiatum indictumque non esset, id iniustum esse atque inpium iudicaretur*. Wahrscheinlich beschränkten sich diese Gebräuche zunächst auf die Kriege mit den Latinern, insofern diese dieselben Formalitäten beobachteten.

16. *novo*, weil das Heer den Fahneneid nur dem Tullus geleistet hatte, so musste es von neuem auf den Namen des Ancus vereidigt werden, vgl. II, 32, auch wenn es nicht entlassen (*dimissus*) gewesen wäre. — 16. *Politorium*: zwischen der via Appia und dem Tiberis. — 17. *secutus priorum*, es ist also kein Grund vorhanden, den Ancus für

accipiendis, multitudinem omnem Romam traduxit. et cum circa Palatium, sedem veterum Romanorum, Sabini Capitolium atque arcem, Caelium montem Albani inplessent, Aventinum novae multitudini datum. ad ultimum omnibus copiis conisus Ancus 5 acie primum vincit . . . , inde ingenti praeda potens Romam redit, tum quoque multis milibus Latinorum in civitatem acceptis, quibus, ut iungeretur Palatio Aventinum, ad Murciae datae sedes. Ianiculum quoque adiectum, non inopia loci, sed 6 ne quando ea arx hostium esset. id non muro solum, sed etiam 7 ob commoditatem itineris ponte sublicio, tum primum in Tiberim facta, coniungi urbi placuit. nec urbs tantum hoc rege crevit sed etiam ager finesque: silva Mesia Veientibus adempta usque ad mare imperium prolatum, et in ore Tiberis Ostia urbs condita, salinae circa factae; egregieque rebus bello gestis 15 aedis Iovis Feretrii amplificata.

### E. Tarquinius Priscus. (Liv. I, 35. 36. 38).

XXXV. Regnavit Ancus annos quattuor et viginti, cuilibet 1 superiorum regum belli pacisque et artibus et gloria par. iam 20 filii prope puberem aetatem erant. eo magis Tarquinius instare, ut quam primum comitia regi creando fierent; quibus 2

den Begründer des Plebs zu halten, wie es seit Niebuhr üblich ist, vielmehr halten die klassischen Autoren die Plebs für eben so alt wie den römischen Staat selbst. Lewis, Untersuchungen I, 446. — 1. *Romam*, wahrscheinlich *in agrum Romanum*, vgl. p. 27, 14. Der Aventinus blieb noch lange nur spärlich bewohnt und war grössten Theils *ager publicus*, bis ihn die *lex Icilia* für die Plebs gewann. — 4. *Ad ultimum*: der Krieg gegen die Latiner hatte eine weitere Ausdehnung gewonnen. — 5. *acie primum*, ein Glied wie *deinde urbem* . . . *capit* scheint ausgefallen zu sein. — 5. *potens*, sonst *gravis*. Vgl. Hor. IV., 7: *nos ubi decidimus, quo pater Aeneas, quo Tullus dives et Ancus*. — 7. *ad Murciae*: sc. *ad aram Veneris Murciae* zw. Palatin u. Aventin. — 9. *muro* zu *coniungi urbi*. Dion. III, 45: *ἔτειχισε δὲ καὶ τὸ καλούμενον Ἰανίκολον ὄρος*

*ὑψηλὸν ἐπέκεινα τοῦ Τεβέριου ποταμοῦ κείμενον καὶ φρουρὰν ἰκανὴν ἐν αὐτῷ κατέστησεν ἀσφαλείας ἕνεκα τῶν διὰ τοῦ ποταμοῦ πλεόντων*, gegen die Tusci gerichtet. — 10. Dion. l. l. *καὶ τὴν ξυλίην γέφυραν, ἣν ἄνευ χαλκοῦ καὶ σιδήρου δεδέσθαι θέμις ὑπ' αὐτῶν διακρουομένην τῶν ξύλων, ἐκείνος ἐπίθειναι τῷ Τεβέριε λέγεται, ἣν ἄχρι τοῦ παρόντος φυλάττουσιν ἱερὰν εἶναι νομίζοντες*. Vgl. Horatius Cocles! — 12. *Silva Mesia*: auf dem rechten Ufer des untern Tiber.

19. *et artibus et gloria* = ruhmvolle Leistungen. — 20. *filii*: das Königthum der Römer war nicht erblich, Tarquinius weiss diesen Umstand für sich zu benutzen. — 21. *comitia fierent*, durch den *interrex*. Die Einwanderung des Lucius (Lucumo), Tarquinius von Tarquinii (Tanquil) erinnert an die Verbindung umbrischer Tusci mit Rom, welche

6 indictis sub tempus pueros venatum ablegavit. Ergo virum  
 cetera egregium secuta, quam in petendo habuerat, etiam reg-  
 nantem ambitio est; nec minus regni sui firmandi quam augen-  
 dae rei publicae memor centum in patres legit, qui deinde  
 minorum gentium sunt appellati, factio haud dubia regis, cuius 5  
 7 beneficio in curiam venerant.

XXXVI. Equitem maxime suis deesse viribus ratus, ad  
 Ramnes Titienses Luceres, quas centurias Romulus scripserat,  
 3 addere alias constituit, suoque insignes relinquere nomine. id  
 quia inaugurato Romulus fecerat, negare Attus Navius, inclitus 10  
 ea tempestate augur, neque mutari neque novum constitui, nisi  
 4 aves addixissent, posse. ex eo ira regi mota, eludensque artem,  
 ut ferunt, „age dum“ inquit, „divine tu, inaugura, fierine possit,  
 quod nunc ego mente concipio.“ cum ille in augurio rem ex-  
 pertus profecto futuram dixisset, „atqui hoc animo agitavi“ 15  
 inquit, „te novacula cotem discissurum: cape haec et perage,  
 quod aves tuae fieri posse portendunt.“ tum illum haud cunc-  
 5 tantur discidisse cotem ferunt. statua Atti capite velato, quo  
 in loco res acta est, in comitio, in gradibus ipsis ad laevam  
 curiae fuit, cotem quoque eodem loco sitam fuisse memorant, 20  
 6 ut esset ad posteros miraculi eius monumentum. auguriis certe  
 sacerdotioque augurum tantus honos accessit, ut nihil belli

von den Etruskern mehr u. mehr gegen die Tiber gedrängt worden waren, vgl. auch p. 31, 12. Die Verstärkung des Senats und der Rittercenturien scheint damit in Zusammenhang zu stehen. — 3. *ambitio*: Er soll seine Candidatur durch Rede dem Volke empfohlen haben. — 3. *regni sui firmandi*: Als Ausländer musste er auf Sicherung seines Thrones bedacht sein. — 4. Cic. rep. II, 35: *L. Tarq. ut de suo imperio legem tulit, principio duplicavit illum pristinum patrum numerum et antiquos patres maiorum gentium appellavit, quos priores sententiam rogabat, a se adscitos minorum*. Es mussten also eingewanderte Stammeshäupter vorhanden sein, welche neue *gentes* bildeten, aus welchen dann auch Vertreter im Senat Aufnahme fanden. Meistens nimmt man an, dass Tarq. durch Aufnahme plebeischer Geschlechter die Zahl der patricischen *gentes* in den Tribus verdoppelt habe.

7. *Equitem*: Im Kriege gegen

civitate sed etiam in imperio esse, id officere, id obstare libertati. „hunc tu“ inquit „tua voluntate, L. Tarquini, remove metum. meminimus, fatemur, eiecisti reges; absolve beneficium tuum, aufer hinc regium nomen. res tuas tibi non solum reddent cives tui auctore me, sed si quid deest, munifice augebunt. amicus abi, exonera civitatem vano forsitan metu, at persuasum est animis, cum gente Tarquinia regnum hinc abiturum.“

7  
8 consuli primo tam novae rei ac subitae admiratio incluserat vocem; dicere deinde incipientem primores civitatis circum-

9  
10  
11

sistent, eadem multis precibus orant. et ceteri quidem movebant minus: postquam Spurius Lucretius, maior aetate ac dignitate, socer praeterea ipsius, agere varie rogando alternis suadendoque coepit, ut vinci se consensu civitatis pateretur, timens consul, ne postmodum privato sibi eadem illa cum bonorum amissione additaque alia insuper ignominia acciderent, abdicavit se consulatu, rebusque suis omnibus Lavinium translatis civitate cessit. Brutus ex senatus consulto ad populum

Es soll nicht allein Tarq. Sup. mit seiner Familie, sondern überhaupt die *gens Tarquinia* aus Rom verbannt werden; dies war bei ähnlichen Revolutionen die allgemeine Sitte im Alterthum. Vgl. die Alkmaoniden in Athen. — 3. *reges*] den König u. seine Familie. — 4. *regium nomen*, welcher *regium* genus mit umfasst, vgl. *nomen Latinum etc.* — 4. *Res tuas*] das Vermögen der Königsfamilie dagegen sollte eingezogen werden, wahrscheinlich so lange, bis sie auf ihre Ansprüche entsagte. Die förmliche Confiscation erfolgt erst nach dem Versuch einer Reaction. — 5. *si quid deest*] Dion. Hal. V, 12 Βροῦτος πείθει τὸν δῆμον εἰκοσι τάλαντων δοῦναι τῷ ἀνδρὶ δωρεάν καὶ αὐτὸς πέντε τάλαντα προστιθῆσιν ἐν τῶν ἰδίων. Vielleicht wurde seine unbewegliche Habe abgeschätzt u. er selbst reichlich entschädigt (= *augere?*), weil mit einem Nothverkauf immer Nachtheil (*si quid deest*) verbunden ist. — 7. *cum gente*, erst mit. — 10. *multis precibus*, dringend. — 12. *alternis*] = *tum rogando tum suadendo*. — 13. *vinci consensu*, dem einmüthigen Willen nachgeben. Wenn sein Amtsjahr

abgelaufen war, so war für ihn die Verbannung u. damit Verlust seines Vermögens zu befürchten. — 16. *abdicavit se*, denn abgesetzt konnte ein *magistratus* nicht werden, weil er durch die Augurien von den Göttern berufen erschien. Nur die Sache, nicht die Form hat Cic. im Auge, wenn er Off. III, 40, sagt: *cum Collatino collegae Brutus imperium abrogabat*. Vgl. Heft III, 33. Collatinus ging nach Lavinium, nicht nach Caere, wo die übrigen Tarquinier sich ansiedelten. — 17. *ex senatus consulto*] denn *populi comitia ne essent rata, nisi ea patrum adprobavisset auctoritas* Cic. II, 35. Cic. Off. III, 40: *cum autem consilium hoc principes cepissent, cognitionem Superbi nomenque Tarquiniorum et memoriam regni esse tollendam etc.* Unter *ad populum* verstand die Quelle des Livius wahrscheinlich die Curiatcomitien, welche die Ausschliessung aus dem Sacralverbände der Curien aussprechen. Ob Livius im Folgenden mit *comitiis centuriatis* einen bewussten Gegensatz bezweckte oder nur die Formel seiner Quelle wiedergab, ist fraglich. Vgl. Lange I, 353. —

tulit, ut omnes Tarquiniae gentis exules essent. conlegam sibi comitiis centuriatis creavit P. Valerium, quo adiutore reges eiecerat.

## 2. Die Verschwörung. (Liv. II, 3—5).

5 III. Cum haud cuiquam in dubio esset bellum ab Tar- 1  
quiniis imminere, id quidem spe omnium serius fuit. ceterum,  
id quod non timebant, per dolum ac proditionem prope liber- 2  
tas amissa est. erant in Romana iuventute adulescentes ali-  
quot nec ii tenui loco orti, quorum in regno libido solutior 3  
10 fuerat, aequales sodalesque adulescentium Tarquini- 4  
orum, ad-  
sueti more regio vivere. eam tum aequato iure omnium licen- 5  
tiam quaerentes libertatem aliorum in suam vertisse servitutum  
inter se conquerebantur: regem hominem esse, a quo inpetres,  
ubi ius, ubi iniuria opus sit, esse gratiae locum, esse beneficio,  
15 et irasci et ignoscere posse, inter amicum atque inimicum dis-  
crimen nosse, leges rem surdam, inexorabilem esse, salubriorem 6  
4 melioremque inopi quam potenti, nihil laxamenti nec veniae  
habere, si modum excesseris: periculosum esse in tot humanis 5  
erroribus sola innocentia vivere. ita iam sua sponte aegris 6  
20 animis legati ab regibus superveniunt sine mentione redditus  
bona tantum repetentes. eorum verba postquam in senatu  
audita sunt, per aliquot dies ea consultatio tenuit, ne non red-  
dita belli causa, reddita belli materia et adiumentum essent.  
interim legati alia moliri: aperte bona repetentes clam recupe- 6  
25 randi regni consilia struere. et tamquam ad id, quod agi vide-  
batur, ambientes nobilium adulescentium animos pertemptant.  
a quibus placide oratio accepta est, iis litteras ab Tarquiniis 7  
reddunt, et de accipiendis clam nocte in urbem regibus con-  
locuntur.

2. *sibi creavit* = *suffecit sibi*, so dass Valerius der erste *consul suffectus* war. In *creavit* ist der Begriff von *comitia habuit* enthalten: *creavit*, als Vorsitzender in den Comitien.

5. *haud cuiquam*] = Auch keinem mehr. — 9. *in regno*] = Bei der Königsherrschaft, d. i. unter der Königsherrschaft. — 11. *more regio*] denn *rex* ist dem Römer der um Gesetz und Herkommen unbekümmerte Despot. — 12. *vertisse*] = um (aus) geschlagen sein. — 14. *ubi — ubi opus sit*] = je nachdem man das eine oder das andere

brauche. — 17. *melio-remque inopi quam potenti*] Warum? — 17. *laxamenti, Nachsicht, veniae, Verzeihung, Gnade*. — 19. *sola innocentia* = *innocentia sola fretum vivere*, ähnlich Cic. Fam. XIII, 28, 2: *studia illa nostra, quibus antea delectabamur, nunc etiam vivimus*. — 19. *aegris animis*] = missvergnügt, aufgereggt. — 22. *ne non reddita etc.*] = ob nicht etwa wenn sie nicht ausgeliefert würden. — 25. *ad id*, ist mit *ambientes* zu verbinden. — 26. *ambientes*] = Besuche machen. — 27. *oratio*, Vorschlag, der Inhalt der Unterhaltung. — 28. Dionys.

1 IV. Vitelliis Aquiliisque fratribus primo commissa res est. Vitelliorum soror consuli nupta Bruto erat, iamque ex eo ma-  
 2 trimonio adulescentes erant liberi, Titus Tiberiusque. eos quo- que in societatem consilii avunculi adsumunt. praeterea aliquot  
 3 nobiles adulescentes conscii adsumpti, quorum vetustate me- 5  
 4 moria abiit. interim cum in senatu vicisset sententia, quae censebat reddenda bona, eamque ipsam causam morae in urbe  
 5 haberent legati quod spatium ad vehicula comparanda a consulibus sumpsissent, quibus regum asportarent res, omne id  
 6 tempus cum coniuratis consultando absumunt, evincuntque in- 10  
 7 stando, ut litterae sibi ad Tarquinius darentur: nam aliter qui credituros eos, non vana ab legatis super rebus tantis adferri? datae litterae, ut pignus fidei essent, manifestum facinus fece-  
 8 runt. nam cum pridie quam legati ad Tarquinius proficiscerentur cenatum forte apud Vitellios esset, coniuratique ibi remotis 15  
 9 arbitris multa inter se de novo, ut fit, consilio egissent, sermonem eorum ex servis unus excepit, qui iam antea id sen-  
 10 serat agi; sed eam occasionem, ut litterae legatis darentur, quae deprehensae rem coarguere possent, expectabat. postquam da-  
 11 tas sensit, rem ad consules detulit. consules ad deprehenden- 20  
 12 dos legatos coniuratosque profecti domo sine tumultu rem omnem oppressere, litterarum in primis habita cura, ne inter-  
 13 ciderent. proditoribus extemplo in vincla coniectis de legatis paululum addubitatum est, et quamquam visi sunt commisisse, ut hostium loco essent, ius tamen gentium valuit. 25

1 V. De bonis regis, quae reddi ante censuerant, res integra refertur ad patres. ibi vicit ira; vetuere reddi, vetuere in pu-

V, 2: Ταρκύνιον τε καταδέξασθαι συνθέμενοι καὶ τοὺς ὑπάτους ἀποκτείνειν.

1. Aquiliis, ein C. Aquilius cons. 487 wird I, 40, 14 erwähnt. Dionys. V, 6: καὶ Κολλατίνου θιατέρον τῶν ὑπάτων ἀδελφῆς υἱοὶ Λεύκιος καὶ Μάρκος Ἀνύλλιοι τὴν αὐτὴν ἔχοντες τοῖς Βροῦτον παισὶν ἠλιμίαν. Wann würde demnach die Verbannung des Collatinus eingetreten sein? — 3. *adulescentes liberi*] = Erwachsene Söhne. Warum mussten sie dies auch sein? — 11. *qui credituros eos*] = Wie würden sie glauben. Fragen der I u. III Person stehen in der obl. Rede im Acc. c. Inf., Fragen der II Person dagegen im Coniunctiv. — 12. *super* wie ὑπέρ im neueren Atticismus

für περί. Griechische Quelle? — 16. *de novo consilio*, über die Ausführung ihres revolutionären Plans, διεφέροντο πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ τῆς καταγωγῆς τῶν τυράννων Dion. V, 7. — 21. *Sine tumultu rem omnem oppressere*] Vgl. die Aehnlichkeit der Handlungsweise Cicero's in der Unterdrückung der Catilinarischen Verschwörung. — 25. *ius gentium valuit*] denn nach dem Völkerrecht waren die Gesandten unverletzlich; es konnte nur die Auslieferung derselben verlangt werden.

26. *integra*, ohne auf frühere Verhandlungen oder Beschlüsse des Senats jetzt mehr Rücksicht zu nehmen, fast = *denuo*. — 27. *vetuere . . vetuere*] Asyndeton explicativum: Sie wollten nämlich die

blicum redigi: diripienda plebi sunt data, ut contacta regia 2  
 praeda spem in perpetuum cum iis pacis amitteret. ager Tar-  
 quiniorum, qui inter urbem ac Tiberim fuit, consecratus Marti  
 Martius deinde campus fuit. 3

5 Direptis bonis regum damnati proditores sumptumque 5  
 supplicium, conspectus eo, quod poenae capiendae ministerium  
 patri de liberis consulatus inposuit, et, qui spectator erat amo-  
 vendus, eum ipsum fortuna exactorem supplicii dedit. stabant  
 deligati ad palum nobilissimi iuvenes. sed a ceteris, velut ab 6  
 10 ignotis capitibus, consulis liberi omnium in se averterant oculos,  
 miserebatque non poenae magis homines quam sceleris, quo  
 poenam meriti essent: illos eo potissimum anno patriam libera- 7  
 tam patrem liberatorem, consulatum ortum ex domo Iunia,  
 patres plebem, quidquid deorum hominumque Romanorum  
 15 esset, induxisse in animum, ut superbo quondam regi tum in-  
 festo exuli proderent. consules in sedem processere suam, 8  
 missique lictores ad sumendum supplicium. nudatos virgis  
 caedunt securique feriunt, cum inter omne tempus pater vol- 9  
 20 tusque et os eius spectaculo esset eminente animo parum pa-  
 trio inter publicae poenae ministerium.

Güter weder herausgeben noch sie für den Staatsschatz einziehen, sondern (asynd. consecutivum) man überliess sie dem Volke. — 1. *diripienda*: *ἔπειτα τὰς οὐσίας τῶν ταρανῶν εἰς τὸ κοινὸν ἅπασιν τοῖς πολίταις φέροντες ἔδωκαν, συγχωρήσαντες ὅσον λάβοι τις ἐξ αὐτῶν ἔχειν καὶ τὴν αὐτῶν γῆν ὅσην ἐκέκτηντο τοῖς μηδένα κληρὸν ἔχουσι διένειμαν, ἐν μόνον ἐξελομένοι πεδίον, ὃ κεῖται μεταξύ τῆς τε πόλεως καὶ τοῦ ποταμοῦ.* Dion. V, 13. — 2. *ager Tarquiniorum*] Er war nicht Privateigenthum der Tarq., sondern Krongut (= *τέμενος*). — 5. *damnati*, nach Dion. spricht Brutus das Urtheil. Bei dieser Gelegenheit kommt der mildere Collatinus mit ihm in Conflict und führt so die p. 49 erzählte Scene herbei. Die lex Valeria de provocatione war noch nicht vorhanden. — 6. *conspectus*] = beachtet, merkwürdig. — 7. *consulatus inposuit*, denn die Richtergewalt u. zugleich die Executive war von den Königen auf die Consuln übergegangen. — 10. *avertent*, hatten auf sich gezogen. — 15. *infesto exuli*: das

grösste Unglück, nach feindlicher gewaltsamer Einnahme, war die siegende Rückkehr der aus einer freien Stadt Verbannten, welche ihr veräussertes Eigenthum und Rache als ein gebührendes Recht forderten. Niebuhr II, 271. — 16. *sedem suam*, die *sella curulis*. — 19. *eminente animo*] Alle übrigen Schriftsteller berichten, dass der Vater kein Zeichen des Schmerzes bei der Execution habe blicken lassen. Hätte Liv. das Gegentheil sagen wollen, so hätte er gewiss seine Ansicht nach einer Ueberlieferung begründet. Die römische Ueberlieferung zeigt auch Verg. Aen. 6, 818 *Vis et Tarquinius reges animamque superbam ultoris Bruti fascesque videre receptos?* — 19. *parum patrio*, indem dabei im Gesicht des Brutus ein Ausdruck sich bemerkbar machte, welcher dem natürlichen Vatergefühl wenig entsprach. Dass Brutus während der Execution kein Zeichen des Schmerzes habe blicken lassen, ist die übereinstimmende Tradition aller Schriftsteller. Es entspricht dem Zartgefühl des Livius, wenn er diese Gefühllosigkeit des Vaters

## 3. Krieg mit Porsina. (Liv. II, 9—13).

1 IX. Iam Tarquini ad Lartem Porsinam, Clusinum regem,  
 2 perfugerant. ibi miscendo consilium precesque nunc orabant,  
 3 ne se oriundos ex Etruscis, eiusdem sanguinis nominisque,  
 4 egentes exulare pateretur; nunc monebant etiam, ne orientem 5  
 5 morem pellendi reges inultum sineret. satis libertatem ipsam  
 6 habere dulcedinis. nisi quanta vi civitates eam expetant, tanta  
 regna reges defendant, aequari summa infimis, nihil excelsum,  
 nihil quod supra cetera emineat, in civitatibus fore; adesse  
 7 finem regnis, rei inter deos hominesque pulcherrimae. Porsina, 10  
 cum regem esse Romae tum Etruscae gentis regem amplum  
 8 Tuscis ratus Romam infesto exercitu venit. non umquam alias  
 9 ante tantus terror senatum invasit: adeo valida res tum Clu-  
 sina erat magnumque Porsinae nomen. nec hostes modo time-  
 bant, sed suosmet ipsi cives, ne Romana plebs metu perculsa 15  
 receptis in urbem regibus vel cum servitute pacem acciperet.  
 10 multa igitur blandimenta plebi per id tempus ab senatu data.  
 annonae in primis habita cura, et ad frumentum comparandum  
 missi alii in Volscos alii Cumas. salisque vendendi arbitrium,  
 quia inpenso pretio venibat, in publicum omni sumptu recepto 20  
 ademptum privatis; portoriis quoque et tributo plebes liberata,

im Dienste des Staates leise (*parum patrio*) zu tadeln wagt. Selbst Dionysius findet die überlieferte Sage kaum glaublich.

2. *ad Lartem*] *Lar* oder *Lars* etruskisch = Herr oder Fürst, Ehrenname des Etruskischen Adels, besonders der Könige. — Clusium war eine der 12 Bundesstädte Etruriens, von denen jede ihren eigenen König hatte; nur in Zeiten der Gefahr wurde ein Oberkönig oder Oberfeldherr gewählt. — 3. *consilium precesque*] Warnungen (*mone*) und Bitten (*orare*). — 6. *libertatem ipsam*, die Freiheit an sich habe schon Verlockendes (*dulcedinis*) genug. — 8. *aequari* — *infimis*, nivelliren. Der Form nach ähnlich Hor. I, 34, 13: *valet ima summis mutare Fortuna* = τὰ δ' ὑπέροτρα νείροτρα θήσει Ζεὺς ὑπιβρεμύτης Aristoph. Lys. 772. — 10. *inter deos*; *Iovis regnum* galt

für das Bild der Königsherrschaft auf Erden. — 11. *tum Etruscae gentis regem*] zunächst von der Abstammung der Tarquiner zu verstehen. Möglich ist es auch, dass Tarq. Sup. versprach, im Falle seiner Wiedereinsetzung dem etruskischen Bunde beizutreten. — 11. *amplum*, ehrenvoll, was auch das *regem esse Romae* für die Tusker sein würde, wenn es durch sie herbeigeführt würde. Oder ist damit eine Abhängigkeit Roms vom Etruskischen Bunde angedeutet? — 16. *vel cum servitute*] der Sturz des Königthums diene zunächst den Interessen der Aristokratie. — 19. *Salis*] die ersten Saliner hatte Ancus in Ostia angelegt, vgl. p. 31, 14. — 20. *inpenso pretio venibat*] = es kam zu theuer, daher übernahm der Staat die Betriebskosten (*in publicum omni sumptu recepto*). — 21. *portoriis*] die Plebeier hauptsächlich waren es, welche Handel und Gewerbe trieben. — 21. *tributo*, es wurde vielmehr die von Tarquinius

ut divites conferrent, qui oneri ferendo essent: pauperes satis stipendii pendere, si liberos educerent. itaque haec indulgentia 7 patrum asperis postmodum rebus in obsidione ac fame adeo concordem civitatem tenuit, ut regium nomen non summi ma- 8 gis quam infimi horrerent, nec quisquam unus malis artibus postea tam popularis esset, quam tum bene imperando uni- versus senatus fuit.

X. Cum hostes adessent, pro se quisque in urbem ex 1 agris demigrant, urbem ipsam saepiunt praesidiis. alia muris, 10 alia Tiberi obiecto videbantur tuta. pons sublicius iter paene 2 hostibus dedit, ni unus vir fuisset Horatius Cocles: id muni- mentum illo die fortuna urbis Romanae habuit. qui positus 3 forte in statione pontis, cum captum repentino impetu Ianicu- lum atque inde citatos decurrere hostes vidisset, trepidamque 15 turbam suorum arma ordinesque relinquere, reprehensans sin- gulos, obsistens obtestansque deum et hominum fidem testa- batur, nequiquam deserto praesidio eos fugere. si transitum 4 a tergo reliquissent, iam plus hostium in Palatio Capitolioque quam in Ianiculo fore. itaque monere praedicere, ut pontem 20 ferro igni, quacumque vi possint, interrumpant: se impetum

Superbus erhobene Kopfsteuer (*aes*) abgeschafft und das Servianische *tributum* wiederhergestellt. Die *divites* sind die *locupletes*, die *pauperes*, die *proletarii* od. *capite censi*. Lange I, 499. Aehnlich sagt Dion. V, 22: καὶ γὰρ ἀτελεῖς αὐτοὺς ἀπάντων ἐψηφίσαντο εἶναι τῶν κοινῶν τελῶν, ὅσα βασιλευμένης τῆς πόλεως ἐτέ- λουν, καὶ ἀνεισφόρους τῶν εἰς τὰ στρατιωτικὰ καὶ τοὺς πολέμους ἀνα- λισκομένων ἐποίησαν, μέγα κέρδος ἡγούμενοι τοῖς κοινοῖς, εἰ τὰ σώ- ματα μόνον αὐτῶν ἕξουσι προκιν- δυνεύοντα τῆς πατρίδος. — 1. *qui oneri ferendo essent*] Zumpt § 664, 1. — 2. *educerent*] aufziehen, *edu- care* erziehen. — 4. *regium nomen*, Cic. rep. II, 52: *expulso Tarquinio tantum odium populum R. regalis nominis tenuit, quantum tenuerat post obitum vel potius excessum Romuli desiderium*, — *nomen regis audire non poterat*. — 5. *nec quisquam unus*] Etwa wie Sp. Cassius Viscellinus oder Sp. Maelius etc. — 6. *bene imperando*] weise Regierung.

8. *adessent*, die Feinde erschie- nen sofort vor der Stadt und auf

dem Janiculum, τὸ μὲν Ἰανικόλον ἐξ ἐφόδου καταλαμβάνεται (Porsina) καταπληξάμενος τοὺς φυλάττοντας αὐτό, καὶ φρουρὰν Τυρρηνηῶν ἐν αὐτῷ καθίστησιν Dion. V, 22. Vgl. p. 31, 9. — 11. Horatius, τὸ δ' εὐγενὲς κατῆγεν ἄφ' ἐνὸς τῶν τρι- δύμων Ὀρατίου Μάρκου τοῦ νικη- σαντος τοὺς Ἄλβανους τριδύμων Dion. V, 23. Ueber die Ableitung von *cocles* vgl. Corssen II, 210, der die Zusammenstellung des Wortes mit *Κύκλωψ* für einen haltlosen Einfall erklärt. — 11. *id munimentum*, er war das Bollwerk, welches Roms Genius damals hatte, = *eum tamquam munimentum*. Man erwartet nach dem Vorausgehenden *id ibi munimentum*. — 13. *in statione*, nach Dion. deckt Hor. mit Herm. u. Larcus den Rückzug der Römer, welche eine Schlacht verloren hatten. — 15. *reprehensans*] Ungewöhnliche Form; in der gleichen Sache sagt Liv. 34, 14, 9 *reprehendere*. — 16. *testabatur*, behauptete, rief = *vociferabatur*. — 18. *iam*, bald. — 20. *quacumque* — *possint*, drittes Glied neben *ferro igni*, rhythmisch aber correspondirt es dem einheit-

5 hostium, quantum corpore uno posset obsisti, excepturum. vadit  
 inde in primum aditum pontis, insignisque inter conspecta ce-  
 6 dentium pugnae terga obversis comminus ad ineundum proelium  
 armis ipso miraculo audaciae obstupefecit hostis. duos tamen  
 cum eo pudor tenuit, Sp. Larcius ac T. Herminium, ambos 5  
 7 claros genere factisque. cum his primam periculi procellam  
 et quod tumultuosissimum pugnae erat parumper sustinuit.  
 deinde eos quoque ipsos exigua parte pontis relicta, revocanti-  
 8 bus qui rescindebant, cedere in tutum coegit. circumferens inde  
 truces minaciter oculos ad proceres Etruscorum nunc singulos 10  
 provocare, nunc increpare omnes, servitia regum superborum,  
 4 suae libertatis inmemores alienam oppugnatum venire. cunctati  
 aliquamdiu sunt, dum alius alium, ut proelium incipiant, cir-  
 cumspectant. pudor deinde commovit aciem, et clamore sub-  
 lato undique in unum hostem tela coniciunt. quae cum in 15  
 obiecto cuncta scuto haesissent, neque ille minus obstinatus  
 ingenti pontem obtineret gradu, iam impetu conabantur detru-  
 10 dere virum, cum simul fragor rupti pontis simul clamor Ro-  
 manorum, alacritate perfecti operis sublatus, pavore subito  
 6 impetum sustinuit. tum Cocles „Tiberine pater“ inquit, „te 20  
 sancte precor, haec arma et hunc militem propitio flumine  
 accipias!“ ita sic armatus in Tiberim desiluit, multisque super-  
 incidentibus telis incolumis ad suos tranavit, rem ausus plus  
 12 famae habituram ad posteros quam fidei. grata erga tantam  
 virtutem civitas fuit: statua in comitio posita, agri quantum 25  
 13 uno die circumaravit datum. privata quoque inter publicos  
 honores studia eminebant: nam in magna inopia pro domesticis  
 copiis unusquisque ei aliquid fraudans se ipse victu suo contulit.

lichen *ferro igni* als zweites Glied.  
 — 2. *in primum aditum*] = vorn  
 an. — *cedere pugnae*, den Kampf  
 meiden, fliehen; *pugna cedere* den  
 Kampf aufgeben, das Schlachtfeld  
 verlassen. — 3. *comminus* gehört  
 zu *obversis armis*, nicht zu *proelium*:  
 unmittelbar vor dem Feinde wendet  
 er die Waffen gegen ihn zum Kampf.  
 — 6. *periculi procellam*, erinnert  
 an Pfeil u. Speer, womit die Feinde  
 den Helden überschütten: *ἀποθεν*  
*ἑστῶτες ἄθροοι λόγχαις τε καὶ σαν-*  
*νίσις καὶ λίθοις ἐβαλλον* Dion. V,  
 24. — 7. *et quod tum. pugnae erat*  
 = den ungeordneten Anprall der  
 Feinde. — 8. *exigua* — *relicta*:  
*ὅταν τὰ πλείω τῆς γεφύρας λυθῆ*  
*καὶ βραχὺ τὸ λειπόμενον ἢ μέρος,*  
*τὰ λοιπὰ ἐαντῶ μελήσειν* Dion. —  
 14. *pudor*, das militärische Ehrge-

fühl. — 17. *ingenti gradu*, *μακρὰ*  
*βασίς*, wie die Homerischen Helden.  
 Die Schilderung zeigt, dass Livius  
 eine poetische Bearbeitung der Sage  
 vor sich hatte. — 20. *Tiberine*, vgl.  
 Verg. VIII, 330 sq. — 22. *ita sic*  
*armatus*] = mit diesen Worten nur  
 so bewaffnet (wie er war) d. i. so-  
 fort mit den Waffen, in der Waffen-  
 rüstung. — 24. *habituram*] = die  
 finden sollte oder musste. — 25.  
*statua*, die noch Plinius (XXXIV  
 5, 22) zu seiner Zeit sah; *εἰκόνα*  
*χαλκῆν ἐνοπλον* Dion. — 26. *cir-*  
*cumaravit*: *χώραν ἐκ τῆς δημοσίας*  
*ἔδωκεν ὄσσην αὐτὸς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ*  
*ζεύγει βοῶν περιαρώσει* Dion. V, 25.  
 — 27. *studia*] = theilnehmende  
 Liebe, Dankbarkeit, Eifer. — 28.  
*fraudans se*, sich entziehend.



XI. Porsina primo conatu repulsus consiliis ab oppugnanda 1  
 urbe ad obsidendam versis, praesidio in Ianiculo locato ipse  
 in plano ripisque Tiberis castra posuit navibus undique accitis  
 et ad custodiam, ne quid Romam frumenti subvehi sineret, et 2  
 5 ut praedatum milites trans flumen per occasiones aliis atque  
 aliis locis traicerent; brevique adeo infestum omnem Romanum  
 agrum reddidit, ut non cetera solum ex agris sed pecus quo- 3  
 que omne in urbem compelleretur, neque quisquam extra por-  
 tas propellere auderet.

XII. Obsidio erat (nihilo minus) et frumenti cum summa 1  
 caritate inopia, sedendoque expugnaturum se urbem spem Por-  
 sina habebat, cum C. Mucius adulescens nobilis, cui indignum 2  
 videbatur populum Romanum servientem nullo bello nec ab  
 hostibus ullis obsessum esse, liberum eundem populum ab isdem  
 15 Etruscis obsideri, quorum saepe exercitus fuderit —; itaque 3  
 magno audacique aliquo facinore eam indignitatem vindican-  
 dam ratus, primo sua sponte penetrare in hostium castra con-  
 stituit; dein metuens, ne, si consulum iniussu et ignaris omni- 4  
 bus iret, forte deprehensus a custodibus Romanis retraheretur  
 20 ut transfuga, fortuna tum urbis crimen adfirmante, senatum  
 adit. „transire Tiberim“ inquit, „patres, et intrare, si possim, 5  
 castra hostium volo, non praedo nec populationum in vicem  
 ultor: maius, si di iuvant, in animo est facinus.“ adprobant  
 patres. abdito intra vestem ferro proficiscitur. ubi eo venit, 6  
 25 in confertissima turba prope regium tribunal constitit. ibi 7  
 cum stipendium militibus forte daretur, et scriba cum rege  
 sedens pari fere ornatu multa ageret, eum milites volgo adir-  
 ent, timens sciscitari, uter Porsina esset, ne ignorando regem  
 semet ipse aperiret quis esset, quo temere traxit fortuna faci-

3. *in plano ripisque Tiberis*] die Ebene zwischen dem Janiculum u. dem Tiber. — 6. *infestum*, unsicher. Zu *non cetera solum* ist aus dem folgenden *compelleretur* der verwandte Begriff *conportarentur* zu ergänzen.

10. *nihilo minus*, denn im Vorausgehenden hatte Livius erzählt, wie der Consul Valerius durch einen klugen Ausfall die plündernden Feinde überfallen hatte: *ita caesi in medio praedatores, finisque ille tam effuse evagandi Etruscis fuit.* — 11. *sedendoque*] = durch ruhige Belagerung. — 12. *nobilis*, also Patricier, später erschienen die Mucii als Plebeier. — 16. *eam indignitatem*] = diese unwürdige Lage, vin-

*dicare lösen, aufheben.* — 20. *adfirmante*] = für etwas sprechen, wahrscheinlich machen. — 23. *maius facinus*, er deutet also die Absicht des Meuchelmords ziemlich unverblümt an. Ähnlich versuchen Metellus und Marius die Ermordung des Jugurtha, ähnlich fordert der Senat die Gesandten des Bochus zur Ausführung des Verbrechens auf, vgl. Sall. Jug. 61. 62. 104: *foedus et amicitia dabuntur cum meruerit.* Dieses *merere* erklärt Sulla c. 111. Bei Dion. V, 27 sagt Mucius im Senat ganz offen: *τον βασιλέα τῶν πολεμίων ἀποκτείνειν ὑμῖν ὑποδέχομαι.* — 27. *eum* betont vorangestellt = *eum autem.* — 29. *quo temere traxit fortuna facinus*] =

nus, scribam pro rege obtruncat. vadentem inde, qua per tre-  
 8 pidam turbam cruento mucrone sibi ipse fecerat viam, cum  
 concursu ad clamorem facto comprehensum regii satellites re-  
 9 traxissent, ante tribunal regis destitutus tum quoque inter tan-  
 10 tas fortunae minas metuendus magis quam metuens, „Romanus  
 sum“ inquit „civis, C. Mucium vocant. hostis hostem occidere  
 11 volui, nec ad mortem minus animi est quam fuit ad caedem:  
 et facere et pati fortia Romanum est. nec unus in te ego  
 12 hos animos gessi; longus post me ordo est idem petentium  
 decus. proinde in hoc discrimen, si iuvat, accingere, ut in  
 13 singulas horas capite dimices tuo, ferrum hostemque in vestibulo  
 habeas regiae. hoc tibi iuventus Romana indicimus bellum.  
 nullam aciem, nullum proelium timueris; uni tibi et cum sin-  
 14 gulis res erit.“ cum rex simul ira incensus periculoque con-  
 territus circumdari ignis minitabundus iuberet, nisi expromeret  
 15 propere, quas insidiarum sibi minas per ambages iaceret, „en  
 tibi“ inquit, „ut sentias, quam vile corpus sit iis, qui magnam  
 gloriam vident;“ dextramque accenso ad sacrificium foculo  
 16 inicit. quam cum velut alienato ab sensu torreret animo, prope  
 attonitus miraculo rex cum ab sede sua prosiluisset, amoveri-  
 que ab altaribus iuvenem iussisset, „tu vero abi“ inquit, „in  
 te magis quam in me hostilia ausus. iuberem macte virtute  
 17 esse, si pro mea patria ista virtus staret: nunc iure belli libe-  
 rum te intactum inviolatumque hinc dimitto.“ tunc Mucius  
 18 quasi remunerans meritum „quando quidem“ inquit „est apud  
 te virtuti honos, ut beneficio tuleris a me, quod minis nequisti:  
 19 trecenti coniuravimus principes iuventutis Romanae, ut in te

denn auf ihn (den scriba) stürmt er in der Eile (*temere*, vgl. Hor. I, 12, 7) planlos (*fortuna* Nom.) ein. — 6. *hostis hostem*, soll den Meuchelmord entschuldigen! — 11. *in singulas horas*, wie in dies oder in annos, von Stunde zu Stunde, jeden Augenblick mit nur kurzer Unterbrechung. — 11. *vestibulum regiae*, uneigentlich vom Feldherrnzelt, dem *praetorium*. — 16. *per ambages*, δι' ἀντιφών, in Räthseln, andeutungsweise. — 16. *en tibi*, sc. *ostendam*. — 17. *vident*, vor Augen haben = *propositam animis oculisque cernunt*. — 19. *velut alienato ab sensu animo*] = wie gefühllos. — 20. *miraculo*, von einer solchen That des Heroismus erwähnt Dionysius nichts. Wahrscheinlich bildete sich die Sage aus dem Namen *Scaevola* von *scaeva*

die linke Hand. — 21. *altaribus = foculo*, sonst in der Regel der Altaraufsatz. — 22. *macte* gesegnet, verwandt mit *macte* mache gross von der W. μακ(μάκκα). Sonst *macte virtute esto* oder *este* mit Imperativ. — 23. *liberum iure belli*, frei von dem was das Kriegsrecht gestattet. Freilich ist hier die Berufung auf das *ius belli* sehr überflüssig, weil Mucius nicht Feind, sondern Meuchelmörder ist. — 25. *quasi*, unter dem Schein als ob er, denn in Wirklichkeit sucht er durch listigen Trug den König zu schrecken, vgl. Dion. VII, 29. — 27. Die Söhne der Väter, welche dem *ordo senatorius* angehören, bilden zu Livius' Zeit die *iuventus Romana*; der Sohn des *princeps senatus* ist *princeps iuventutis*, hier im weiteren

hac via grassaremur. mea prima sors fuit; ceteri, utcumque ceciderit primis, quoad te opportunum fortuna dederit, suo quisque tempore aderunt.“

XIII. Mucium dimissum, cui postea Scaevolae a clade 1  
 5 dextrae manus cognomen inditum, legati a Porsina Romam  
 secuti sunt: adeo moverat eum et primi periculi casus, quo 2  
 nihil se praeter errorem insidiatoris texisset, et subeunda dimi-  
 catio totiens, quot coniurati superessent, ut pacis condiciones  
 ultro ferret Romanis. iactatum in condicionibus nequiquam 3  
 10 de Tarquiniis in regnum restituendis, magis quia id negare ipse  
 nequiverat Tarquiniis, quam quod negatum iri sibi ab Romanis  
 ignoraret. de agro Veientibus restituendo impetratum, ex 4  
 pressaque necessitas obsides dandi Romanis, si Ianiculo prae-  
 sidium deduci vellent. his condicionibus composita pace exer-  
 15 citum ab Ianiculo deduxit Porsina et agro Romano excessit.  
 patres C. Mucio virtutis causa trans Tiberim agrum dono de 5  
 dere, quae postea sunt Mucia prata appellata.

Ergo ita honorata virtute feminae quoque ad publica de 6  
 cora excitatae. et Cloelia virgo, una ex obsidibus, cum castra  
 20 Etruscorum forte haud procul ripa Tiberis locata essent, fru-  
 strata custodes, dux agminis virginum inter tela hostium Ti-  
 berim tranavit, sospitesque omnes Romam ad propinquos re-  
 stituit. quod ubi regi nutiatum est, primo incensus ira oratores 7  
 Romam misit ad Cloeliam obsidem deposcendam; alias haud  
 25 magni facere: deinde in admirationem versus supra Coclites 8  
 Muciosque dicere id facinus esse, et prae se ferre, quem ad

Sinne. — 1. *ut cumque — primis*, wie es auch immer den Ersten, den jedesmaligen Vorgängern gehen mag. Doch ist die Stelle unsicher, die Hdschr. haben *primi*; vielleicht: *ceteri, ut cuiusque* (sc. *sors*) *exierit, pares animis aderunt*.

6. *quo*, weil das Verb *texisset* den Begriff des Befreiens enthält. — 7. *subeunda*, die Aussicht auf etc. — 11. *quam quod ignoraret*] die gewöhnliche Form *non quo (quod) c. Conj., sed quia c. Indic.* — 12. Dion. V, 31: *ἐαντιῶ δ' ἀλεισθαι διαλυμένῳ τὴν ἔχθραν τοὺς καλουμένους Ἐπιτὰ πάγουσ*, von den *montes Vaticanani* bis zum Meere reichend, cf. p. 31, 12. — 14. *his condicionibus*] Vgl. dagegen Plin. hist. nat. 34, 14, 139 *in foedere quod expulsis regibus populo Romano dedit Porsina, nominatim comprehensum invenimus ne ferro nisi in agri cultu uteretur*. Tac.

Hist. III, 72 *sedem Iovis O. M. auspicato a maioribus conditam, quam non Porsina dedita urbe neque Galli capta temerare potuissent, furore principum cascindi*. Aus diesen Spuren erkennt man abweichend von der Sage, welche Liv. berichtet, 1. eine Uebergabe der Stadt an Porsina ausser dem Capitol, 2. die Auslieferung der Waffen. Rom befreite sich von den lästigen Friedensbedingungen nach den unglücklichen Unternehmungen der Etrusker gegen die Latiner. — 16. *trans Tiberim*: *οὐτος ὁ χάρος ἕως τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων Μούκιοι λειμῶνες καλοῦνται* Dion. V, 35. — 18. *publica decora*, Heldenthaten, welche dieselbe Auszeichnung verdienten. — 25. *in admirationem versus*, sah er sich zur Bewunderung hingerissen, gezwungen. — 26. *quem ad modum — sic*, zwar — aber, während — so. —

modum, si non dedatur obses, pro rupto foedus se habiturum, sic deditam intactam inviolatamque ad suos remissurum. utrimque constitit fides: et Romani pignus pacis ex foedere restituerunt, et apud regem Etruscum non tuta solum sed honorata etiam virtus fuit, laudatamque virginem parte obsidum se donare dixit; ipsa quos vellet legeret. productis omnibus elegisse inpubes dicitur, quod et virginitati decorum et consensu obsidum ipsorum probabile erat eam aetatem potissimum liberari ab hoste, quae maxime opportuna iniuriae esset. pace redintegrata Romani novam in femina virtutem novo tum genere honoris, statua equestri, donavere: in summa Sacra via fuit posita virgo insidens equo.

#### 4. Der Latiner-Krieg. Schlacht am Regillus.

(Liv. II, 19. 20).

3 XIX. Aulus Postumius dictator Titus Aebutius magister equitum magnis copiis peditum equitumque profecti ad lacum

3. *constitit fides*, hielt man Wort. Ernster behandelt die Römische Vertragstreue Dionysius V, 33. — 7. *inpubes*, nicht erwachsene Jünglinge, sondern Knaben. Nach Dionys. V, 34 gibt der König alle Geisseln frei *εἰπὼν ὅτι πάσης ὀμηρείας κρείττονα ἡγεῖται τὴν πίστιν τῆς πόλεως*. — 8. *probabile erat*, objectiv für das subjective *probabatur*, richtig befinden. — 11. *statua equestri*, den Grund scheint Dion. V, 34 anzudeuten: (Porsinas) *δωρεῖται τὴν κόρην ἱππὸ πολεμιστῆ φιλάρχου κεκοσμημένῳ διαπρεπέσει*. Nach Piso bei Plin. XXXIV, 6, 29 erhielt Cloelia diese Auszeichnung *ab iis qui una obsides fuerant*; ähnlich Dion.: *ἔδοσαν οἱ τῶν παρθένων πατέρες*. — 11. *fuit posita*, war also zu Livius' Zeit nicht mehr dort, *ἔλέγετο δ' ἐμπροσθεως περὶ τὰς πλησίον οἰκίας γενομένης ἠφανεῖσθαι* Dion. V, 35. Später muss die Statue, nach Sen. ad Marc. 16, wieder hergestellt worden sein.

14. Mit der leitenden Aristokratie der Latinischen Städte hatte Superbus ein vertrautes Verhältniss unterhalten. Dem Octavius Mamilius von Tusculum hatte er seine Tochter zur Ehe gegeben (I, 49, 9), u. durch dessen Vermittlung war es ihm

schliesslich gelungen, Latium zu einem Bunde mit Rom unter der Führerschaft Roms zu vereinigen. Die Auflösung des Königthums in Rom trennte den Bund, die Aristokratie, besonders Mamilius, betheiligte sich lebhaft an allen Versuchen zur Restauration der Tarquinier. Die Veranlassung zur Gründung der Diktatur ist unbekannt: *nec quo anno nec quibus consulibus nec quis primum dictator creatus sit satis constat* Liv. II, 18. Cic. rep. II, 56 sagt: *dictator etiam est institutus X fere annis post primos consules T. Larcus, novumque id genus imperii visum est et proximum similitudini regiae*. Kriegsgefahr und Unruhen im Innern des Staates mögen die Veranlassung zur Gründung dieser Magistratur gegeben haben. Vgl. Lange I, 505, welcher in der Gründung der Diktatur eine Reaction gegen die volkstümliche Gesetzgebung des eben verstorbenen Valerius Publicola erkennen will. — 14. *magister equitum*, denn wie der König den *tribunus celerum*, so ernannte der Dictator (*magister populi* oder *praetor maximus*) sich zur Seite den von ihm abhängigen *magister equitum*. — 15. Dion. VI, 3: *πλησίον γίνετα*

Regillum in agro Tusculano agmini hostium occurrerunt; et quia Tarquinius esse in exercitu Latinorum auditum est, sustineri ira non potuit, quin extemplo confingerent. ergo etiam proelium aliquanto quam cetera gravius atque atrocius fuit. non enim duces ad regendam modo consilio rem adfuere, sed suismet ipsi corporibus dimicantes miscuere certamina. nec quisquam procerum ferme hac aut illa ex acie sine vulnere praeter dictatorem Romanum excessit. in Postumium prima in acie suos adhortantem instrumentemque Tarquinius Superbus, quamquam iam aetate et viribus erat gravior, equum infestus admisit, ictusque ab latere concursu suorum receptus in tutum est. ad alterum cornu Aebutius magister equitum in Octavium Mamilium impetum dederat, nec fefellit veniens Tusculanum ducem, ita et ille concitat equum: tantaque vis infestis venientium hastis fuit, ut brachium Aebutio traiectum sit, Mamilio pectus percussum. hunc quidem in secundam aciem Latini recepere; Aebutius cum saucio brachio tenere telum non posset, pugna excessit. Latinus dux nihil deterritus vulnere proelium ciet, et quia suos percussos videbat, arcessit cohortem exulum Romanorum, cui Luci Tarquini filius praeerat. ea, quo maiore pugnabat ira ob erepta bona patriamque ademptam, pugnam parumper restituit.

XX. Referentibus iam pedem ab ea parte Romanis M. Valerius Publicolae frater, conspicatus ferocem iuvenem Tarquinium ostentantem se in prima exulum acie, domestica etiam gloria accensus, ut, cuius familiae decus eiecti reges erant, eiusdem interfecti forent, subdit calcaria equo et Tarquinium infesto spiculo petit. Tarquinius retro in agmen suorum infenso cessit hosti. Valerium, temere invectum in exulum aciem, ex transverso quidam adortus transfigit; nec quicquam equitis

τῶν Λατίνων ἐστρατοπεδευκώτων παρὰ λίμνη Πηγίλλη καλουμένη ἐν ἔχρῳ χωρίῳ. — 1. *agmini hostium*] die Latiner hatten sich mit der gens *Tarquinia* gegen Rom verbündet. — 6. *miscuere certamina*] = forderten sich gegenseitig zum Kampf auf. — 9. Dion. VI, 11: *Λικίνιος μὲν γὰρ καὶ οἱ περὶ Γέλιον οὐδὲν ἐξητακότες οὔτε τῶν εἰκότων οὔτε τῶν δυνατῶν αὐτὸν εἰσάγουσι τὸν βασιλέα Ταρκύνιον ἀγανίζομενον ἐφ' ἵππου καὶ τιρωσκόμενον, ἄνδρα ἐνενήκοντα ἔτεσι προσάγοντα.* — 10. *gravior*, beschwert, gehindert = *parum validus*; vgl. *aetate, annis, viribus florere.* — 13. *fefellit veniens*, wie *λαν-*

θάνω construit; kühner Verg. II, 377: *et extemplo sensit medios delapsus in hostes.* — 14. *infestis hastis*, mit eingelegter Lanze. — 16. Dion. VI, 11: *συρράξαντες πληγὰς κατ' ἀλλήλων φέρουσιν ἰσχυρὰς, οὐ μὴν καιρίους, ὁ μὲν ἱπάρχης εἰς τὰ στέρα τοῦ Μαμίλιον διὰ θώρακος ἐλάσας τὴν αἰχμὴν, ὁ δὲ Μαμίλιος μέσον περὸν ἴσας τὸν δεξιὸν ἐκείνου βραχίονα καὶ πίπτουσιν ἀπὸ τῶν ἵππων.* — 20. Mit Tarquinius muss eine nicht unbeträchtliche Schaar vornehmer Römer verlassen haben; vgl. Cn. Coriolanus u. Appius Herdonius. — *L. Tarquini filius* = Titus Tarq.; Sextus u. Arruns lebten nach Livius nicht mehr. — 20. *quo*

vulnere equo retardato moribundus Romanus labentibus super  
 4 corpus armis ad terram defluxit. dictator Postumius postquam  
 5 cecidisse talem virum, exules ferociter citato agmine invehit,  
 suos percussos cedere animadvertit, cohorti suae, quam delectam  
 manum praesidii causa circa se habebat, dat signum, ut quem 5  
 suorum fugientem viderint, pro hoste habeant. ita metu an-  
 6 cipiti versi a fuga Romani in hostem, et restituta acies. cohors  
 7 dictatoris tum primum proelium iniit. integris corporibus ani-  
 misque fessos adorti exules caedunt. ibi alia inter proceres  
 coorta pugna. imperator Latinus, ubi cohortem exulum a dic- 10  
 tatore Romano prope circumventam vidit, ex subsidiariis ma-  
 8 nipulos aliquot in primam aciem secum rapit. hos agmine  
 venientes T. Herminius legatus conspicatus interque eos in-  
 signem veste armisque Mamiliam noscitans tanto vi maiore,  
 9 quam paulo ante magister equitum, cum hostium duce proelium  
 iniit, ut et uno ictu tranfixum per latus occiderit Mamiliam,  
 et ipse inter spoliandum corpus hostis verruto percussus, cum  
 victor in castra esset relatus, inter primam curationem expi-  
 10 raverit. tum ad equites dictatori advolat obtestans, ut fesso  
 iam pedite descendant ex equis, et pugnam capessant. dicto 20  
 paruere: desiliunt ex equis, provolant in primum, et pro ante-  
 11 signanis parmas obiciunt. recipit extemplo animum pedestris  
 acies, postquam iuventutis proceres aequato genere pugnae se-  
 cum partem periculi sustinentes vidit. tum demum impulsis  
 12 Latini percussaue inclinavit acies. equiti admoti equi, ut per-  
 sequi hostem posset; secuta et pedestris acies. ibi nihil nec  
 divinae nec humanae opis dictator praetermittens aedem Ca-  
 13 stori vovisse fertur, ac pronuntiasse militi praemia, qui primus,  
 qui secundus castra hostium intrasset: tantusque ardor fuit,  
 ut eodem impetu, quo fuderant hostem Romani, castra caperent. 20  
 hoc modo ad lacum Regillum pugnatum est. dictator et ma-  
 gister equitum triumphantes in urbem rediere.

maiore ohne Correlation causal = weil sie mit um so grösserer Erbitterung kämpfte.

2. *defluxit*, sank herab. — 3. *agmine* = *confertis ordinibus*; vgl. *silentio audire*. — 4. *delectam manum*, ἄγων τοὺς περὶ αὐτὸν ἰππεῖς Dion. VI, 12. — 5. *signum*, Parole, Befehl. — 17. *inter spol.*, ἐν τῷ σπυλεῦν τὸν νεκρὸν. — 21. *in primum*] = *in primam aciem*. — 21. Dion. lässt einen lebhaften Reiterangriff ausführen. — 21. *pro antesignanis*] = die Fahnenwache ablösend; so hiess die ganze Linie, welche vor der Fahne kämpfte. — 23. *pro-*

*ceres iuventutis*] denn sie gehörten zu den *iuniores* der ersten Classe. — 23. Gehört *secum* zu *aequato* oder zu *partem p. sustinentes*? — 25. *inclinavit*, oft auch *inclinata est*, vgl. *vertit* p. 51, 12. Warum steht *equiti* voran und ohne Conjunction? — 27. *Castori*] denn Castor und Pollux hatten nach der Sage persönlich am Kampfe Theil genommen zu Gunsten der Römer. Die Dioskuren waren die Schutzgottheit der Ritter u. wurden von diesen durch einen jährlichen Festzug zu Pferde in voller Rittertracht geehrt, vgl. Dion. VI, 13.

XXI. Ap. Claudius deinde et P. Servilius consules facti. 5  
 insignis hic annus est nuntio Tarquinii mortis. mortuus est  
 Cumis, quo se post fractas opes Latinorum ad Aristodemum  
 tyrannum contulerat. eo nuntio erecti patres, erecta plebes. sed 6  
 5 patribus nimis luxuriosa ea fuit laetitia: plebi, cui ad eam diem  
 summa ope inservitum erat, iniuriae a primoribus fieri coepere.

## B. Innere Kämpfe der Republik.

### 1. Die I. Secessio der Plebs. Gründung des Volkstribunats.

(Liv. II, 23—24. 27—33).

XXIII. Sed et bellum Volscum imminebat, et civitas se- 1  
 10 cum ipsa discors intestino inter patres plebemque flagrabat  
 odio, maxime propter nexos ob aes alienum. fremebant se foris 3

1. 495 v. Chr. — 2. Das Resultat der Schlacht am Regillus war, dass die Latiner den *ecrules Romani* den Aufenthalt in ihrer Landschaft versagen u. das frühere Bündniss mit Rom erneuern mussten, vgl. Dion. VI, 21. — 5. *luxuriosa*] durch den Tod des Tarq. von äusserer Gefahr befreit wurden die Patricier nun übermüthig in der Behandlung der Plebs. — 6. Vgl. p. 55, 2. Statt *coepere* erwartet man nach dem Sprachgebrauch des Livius *coepitae*. Zur Sache bemerkt Sall. hist. I, 9: *miseriae validiorum et ob eas discessio plebei a patribus aliaeque dissensiones domi fuere iam inde a principio neque amplius quam regibus exactis, dum metus a Tarquinio et bellum grave cum Etruscis positum est, aequo et modesto iure agitatum. Dein servili inperio patres plebem exercere, de vita atque tergo regio more consulere, agro pellere et ceteris expertibus soli in inperio agere. Quibus agitata saevitiis et maxime fenoris onere oppressa plebes cum assiduis bellis tributum simul et militiam toleraret, armata montem sacrum atque Aventinum insedit.* Vgl. Lange I, 507.

10. *flagrabat odio*, war in grosser Aufregung wegen der Zwietracht.

— 11. *propter nexos ob aes alienum*] „die Befugniss sich und die Seinigen in der Noth zu verkaufen, war ein leidiges allgemeines Recht; es galt im Norden wie bei den Griechen und in Asien; die Befugniss des Gläubigers den Schuldner, welcher mit der Zahlung ausblieb, zu seinem Knecht zu nehmen und sich durch seine Arbeit oder durch Verkauf seiner Person, so weit es reichte, bezahlt zu machen, war fast ebenso ausgebreitet. Wer einer Zahlungsverpflichtung nach des Prätors (früher Consuls) Spruch innerhalb der gesetzlichen Zeit nicht genügte, der ward von Rechtswegen dem Gläubiger als Schuldknecht zugesprochen: aber er war *addictus* und nicht *nexus*. *Nexus* war, wer sich und folglich Alles was sein war, durch förmlichen quiritarischen Verkauf vor Zeugen, gegen zugewogenes Geld (*per aes et libram*), der Form nach verkauft, nach der Wesentlichkeit verpfändet hatte. Wer immer seine Person auf diese Weise verpfändet hatte, war *nexus* oder *nexu vinctus*, wenn er auch gar nicht in den Fall kommen konnte, die Schuld mit Dienst zu tilgen.“ Niebuhr. Vgl. Liv. VI, 36

pro libertate et imperio dimicantes domi a civibus captos et oppressos esse, tutioremque in bello quam in pace, et inter hostis quam inter cives libertatem plebis esse; invidiamque eam sua sponte gliscentem insignis unius calamitas accendit. 3 magno natu quidam cum omnium malorum suorum insignibus 5 se in forum proiecit. obsita erat squalore vestis, foedior corporis habitus pallore ac macie preempti. ad hoc promissa barba et capilli efferaverant speciem oris. noscitur tamen in tanta deformitate, et ordines duxisse aiebant, aliaque militiae decora vulgo miserantes eum iactabant; ipse testes honestarum aliquot locis pugnarum cicatrices adverso pectore ostentabat. 5 sciscitantibus, unde ille habitus unde deformitas, cum circumfusa turba esset prope in contionis modum, Sabino bello ait se militantem, quia propter populationes agri non fructu modo caruerit, sed villa incensa fuerit, direpta omnia, pecora 15 abacta, tributum iniquo suo tempore imperatum, aes alienum 6 fecisse. id cumlatum usuris primo se agro paterno avitoque exuisse, deinde fortunis aliis, postremo velut tabem pervenisse ad corpus: ductum se ab creditore non in servitium sed in

*Gregatim quotidie de foro addictos duci et repleri vincitis nobiles domos: et ubicumque patricius habitat, ibi carcerem privatum esse.* Vgl. Lange I, 151. — 3. *invidiam eam*, die Erbitterung (Aufregung), welche schon an und für sich fortgährte (*gliscere*) entzündete — bis zum Ausbruch einer (socialen) Revolution. — 9. *ordines duxisse*, sei mehrfach Centurio gewesen. Vgl. Heft II, 172 sq. Für den schlichten Mann ist das ein *decus*, weil die Führung ihm *virtutis causa* anvertraut war; daher *aliaque militiae decora*. — 13. *Sabino bello*, 504 v. Chr. — 14. *fructu*, Jahresertrag, Ernte; *fructus* fasst die *fruges* in sich, enthält aber zugleich einen weiteren Begriff. — 16. *tributum*, Kriegssteuer, welche beim Ausbruch eines Krieges die Bürger *pro portione census* an die Kasse ihrer Tribus entrichteten. Die Verwaltung führten die *curatores tribuum* oder *tribuni aerarii*. Es ist wahrscheinlich, dass schon in jener Zeit das Heer aus dem *tributum* der *tribus* ein *stipendium* empfing. Kurz vor der Belagerung von Veii begann der Brauch, den

Sold von Staatswegen und aus der Staatskasse (*de publico*) zu bezahlen. Lange I, 467. — 16. *iniquo suo*, in einer für ihn so schlimmen Lage; so *tempore nostro adverso* etc. — 17. *cumulatum usuris*, durch Zinseszins. Der Zinsfuß selbst hing von der Willkür der Darleiher ab, Tac. VI, 16: *nam primo XII tabulis sanctum, ne quis unciario fenore* ( $\frac{1}{12}$  monatlich) *amplius exerceret, cum antea ex libidine locupletium agigaretur*. Später waren 12 p. Cent jährlich der gesetzliche Zinsfuß.

19. XII. Tab. III, 1—4: *aeris confessi iudicatis XXX dies iusti sunt* (in welcher Frist sie ihrer Verpflichtung nachkommen können). *Post deinde manus iniectio esto, in ius ducito* (der Kläger den Beklagten vor den Consul oder Prätor). *Ni iudicatum facit aut quis endo eo in iure vindicit* (für ihn als *vindex* eintritt), *secum ducito, vincito aut nervo aut compedibus. XV pondo ne maiore, aut si volet minore vincito. Si volet, suo vivito* (der Schuldner), *ni suo vivit, libras farris endo dies dato, si volet, plus dato*. Darauf folgte die von



ergastulum et carnificinam esse. inde ostentare tergum foedum 7  
 recentibus vestigiis verberum. ad haec visa auditaque clamor  
 ingens oritur. non iam foro se tumultus continet, sed passim  
 totam urbem pervadit. nexi vincti solutique se undique in 8  
 5 publicum proripiunt, inplorant Quiritium fidem. nullo loco  
 deest seditionis voluntarius comes. multis passim agminibus 9  
 per omnes vias cum clamore in forum curritur. magno cum 10  
 periculo suo qui forte patrum in foro erant in eam turbam  
 inciderunt. nec temperatum manibus foret, ni propere con- 11  
 10 sules P. Servilius et Ap. Claudius ad comprimendam seditionem  
 intervenissent. at in eos multitudo versa ostentare vincula  
 sua deformitatemque aliam. haec se meritos dicere expro- 11  
 brantes suam quisque alius alibi militiam; postulare multo mi-  
 naciter magis quam suppliciter, ut senatum vocarent, curiamque  
 15 ipsi futuri arbitri moderatoresque publici consilii circumstant.  
 pauci admodum patrum, quos casus obtulerat, contracti ab con- 12  
 sulibus; ceteros metus non curia modo sed etiam foro arcebat.  
 nec agi quicquam per infrequentiam poterat senatus. tum vero 13  
 eludi atque extrahi se multitudo putare, et patrum qui abessent,  
 20 non casu non metu, sed inpediendae rei causa abesse, et con-  
 sules ipsos tergiversari, nec dubie ludibrio esse miseras suas.  
 iam prope erat, ut ne consulum quidem maiestas coereret 14  
 iras hominum, cum incerti, morando an veniendo plus periculi  
 contraherent, tandem in senatum veniunt; frequentique tum

Gellius (XX, 1, 46) erhaltene Bestimmung: *erat autem ius interea paciscendi* (zwischen Gläubiger und Schuldner), *ac nisi pacti forent, habebantur in vinculis dies LX.* *Inter eos dies trinis nundinis continuis ad praetorem in comitium producebantur quantaque pecuniae iudicati essent praedicabatur* (durch den praeco). Trat Niemand für den Schuldner ein, so galt folgende Bestimmung: *Tertiis autem nundinis capite poenas dabant aut trans Tiberim* (in's Ausland) *peregre venum ibant.* Waren aber der Gläubiger mehrere, so hatten sie das Recht, sich in den Körper des Schuldners zu theilen: *tertiis nundinis partis secanto.* *Si plus minusve secuerunt, se fraude esto.* DioCass. bemerkt dazu: *τοῦτο μὲν εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐνενομήστο, ἀλλ' οὐ τί γε καὶ ἔργῳ ποτὲ ἐγγόνει(?)* Vgl. Lange I, 180 sq. — 1. *foedum*, schrecklich entstellt. — 4. *vincti solutique*, die in Schuldhaf

sich Befindlichen u. solche, welche zwar noch nicht in Schuldhaf sich befanden, aber doch *nexi* waren, d. h. ihre Person verpfändet hatten, also auch jeden Augenblick dasselbe Schicksal wie die *vincti* zu erwarten hatten, wenn sie ihrer Verbindlichkeit nicht nachkommen konnten. — 5. *fidem*, Schutz, wozu die Gemeinsamkeit der Interessen verpflichtet. — 11. *at*, aber nun, aber dafür, *compensativum*. — 12. *dicere*, infin. hist. oder absol., weil die Aeusserungen zu gleicher Zeit und ohne Ordnung wild durcheinander vernommen werden. — 15. *arbitri moderatoresque*, als bestimmende, Einfluss übende Zeugen. Der Ausdruck *publici consilii* hebt den Contrast! — 18. *infrequentia*, beschlussunfähige Versammlung? Vgl. v. 24. — 19. *eludi atque extrahi*, sie würden in künstlicher Weise hingehalten, getäuscht. — 22. *prope erat*, immer impersonal, cf. p. 70, 10.

curia non modo inter patres sed ne inter consules quidem ipsos  
 5 satis conveniebat. Appius, vehementis ingenii vir, imperio consulari rem agendam censebat: uno aut altero adrepto quieturos alios; Servilius, lenibus remediis aptior, concitatos animos flecti quam frangi putabat cum tutius tum facilius esse.

1 XXIV. Inter haec maior alius terror: Latini equites cum tumultuoso advolant nuntio, Volscos infesto exercitu ad urbem oppugnandam venire. quae audita — adeo duas ex una civitate discordia fecerat — longe aliter patres ac plebem ad-  
 2 fecere. exultare gaudio plebes ultores superbiae patrum addu- 10 cere deos. alius alium confirmare, ne nomina darent, cum omnibus potius quam solos perituros, patres militarent, patres arma caperent, ut penes eosdem pericula belli, penes quos  
 3 praemia essent. at vero curia maesta ac trepida ancipiti metu et ab cive et ab hoste Servilium consulem, cui ingenium magis 15 populare erat, orare, ut tantis circumventam terroribus expediret rem publicam. tum consul misso senatu in contionem prodit. 4 ibi curae esse patribus ostendit, ut consulatur plebi. ceterum deliberationi de maxima quidem illa, sed tamen parte civitatis,  
 5 metum pro universa re publica intervenisse. nec posse, cum 20 hostes prope ad portas essent, bello praeverti quicquam; nec, si sit laxamenti aliquid, aut plebi honestum esse, nisi mercede prius accepta arma pro patria non cepisse, neque patribus satis decorum, per metum potius quam postmodo voluntate adflictis  
 6 civium suorum fortunis consuluisse. contioni deinde edicto 25 addidit fidem, quo edixit, ne quis civem Romanum vinctum aut clausum teneret, quo minus ei nominis edendi apud consules potestas fieret, neu quis militis, donec in castris esset, bona  
 7 possideret aut venderet, liberos nepotesve eius moraretur. hoc

2. *imperio consulari*, die Executiv-u. Ordnungsgewalt der Consuln war aber durch die *lex de provocatione* beschränkt. — 3. *adrepto, per licitorem*.

7. *tumultuoso nuntio*; der aufregenden Nachricht. — 9. *adfecere*, machte Eindruck, vgl. *adfectiones animi* = πάθη. — 10. *adducere deos*, die Götter selbst führten sie herbei, seien also dem Unternehmen der Plebs günstig gesinnt. — 12. *perituros*: man erwartet *cum omnibus satius esse quam solos perire*, aber das Futur drückt zugleich den festen Entschluss des Volkes aus. — 14. *praemia*, Benutzung des *ager publicus* und der beste Theil der Kriegsbeute, um welche man

nicht selten die *plebs* ganz betrog. — 16. *expediret*, Dion. VI, 28 sagt Servilius: ὑπεσχῆσθαι δ' αὐτῷ τὴν βουλὴν ἐμπεδώσειν ὅτι ἂν διομολογήσεται τῷ πλήθει, αὐτὸν δ' ἐκείνοις πείσειν τοὺς δημότας μὴ προδώσειν τοῖς πολεμίοις τὴν πατρίδα. — 21. *praeverti*, es könne vor dem Kriege nichts anders behandelt werden. Und wenn auch wirklich (si) ein Augenblick noch Ruhe, Erleichterung von der Gefahr wäre. Statt *nec aut* — *neque* erwartet man *nec aut* — *aut*. — 25. *contioni*, der Rede vor dem Volke. — 29. *possideret*, von *possido*, vgl. Haupt zu Ovid. met. I, 355 *possedit vetera pontus*; häufig mit der Perfectform *possidi!* — 29. *liberos nepotesve*,

proposito edicto et qui aderant nexi profiteri extemplo nomina, et undique ex tota urbe proripientium se ex privato, cum retinendi ius creditori non esset, concursus in forum, ut sacramento dicerent, fieri. magna ea manus fuit, neque aliorum 8  
5 magis in Volscis bello virtus atque opera enituit.

XXVII. Fuscis Auruncis victor tot intra paucos dies bellis 1  
Romanus promissa consulis fidemque senatus expectabat, cum Appius et insita superbia animo, et ut collegae vanam faceret fidem, quam asperrime poterat ius de creditis pecuniis dicere. 2  
10 deinceps et qui ante nexi fuerant creditoribus tradebantur, et nectebantur alii. quod ubi cui militi inciderat, collegam appel- 2  
labat. concursus ad Servilium fiebat; illius promissa iactabant, illi exprobrabant sua quisque belli merita cicatricesque accep- 2  
tas. postulabant, ut aut referret ad senatum aut ut auxilio 2  
15 esset consul civibus suis, imperator militibus. movebant con- 3  
sulem haec; sed tergiversari res cogebat: adeo in alteram cau- 3  
sam non collega solum praeceps erat, sed omnis factio nobi- 3  
lium. ita medium se gerendo nec plebis vitavit odium, nec 4  
4 apud patres gratiam iniiit: patres mollem consulem et ambitio- 4  
20 sum rati, plebes fallacem; sed plebi creverant animi, et longe 4  
alia quam primo instituerant via grassabantur. desperato enim 8  
consulum senatusque auxilio, cum in ius duci debitorem vidis- 8  
sent, undique convolabant. neque decretum exaudiri consulis 8  
25 quam obtemperabat. vi agebatur, metusque omnis et pericu- 9  
lum libertatis, cum in conspectu consulis singuli a pluribus 9  
violarentur, in creditores a debitoribus verterant. super haec 10  
timor incessit Sabini belli; dilectuque decreto nemo nomen dedit. 10

denn das Recht des Gläubigers gegen den Schuldner erstreckte sich auch über die in der *potestas* des Schuldners stehenden Personen. Bei Dion. VI, 26 sagt der ergraute Centurio: ὄθεν διαλύσαι μὲν τὸ χρέος οὐκ ἔχων ἀπήχθη δούλος ὑπὸ τοῦ δανειστοῦ σὺν τοῖς υἱοῖς θυσίν. Vgl. Lange I, 181. — *proripientium se ex privato*] i. e. sie entrissen sich der Gewalt der Gläubiger. Vgl. *publico carere*. — 3. *sacramento dicerent*, den Fahneneid leisten. Wahrscheinlich ist die Formel = *dicere paratos se esse sacramento*, denn man sagte auch *sacramentum dicere*. Andere nehmen den Abl. an und erklären: nach der vorgesagten Eidesformel sprechen.

6. *Fuscis Auruncis*] Nach ein-

ander waren die Volsker, Sabiner u. Aurunker besiegt. — 8. *Appius* kehrt sich nicht weiter an das Edikt seines Collegen und kehrt einfach zu Uebung der alten Rechtsgewohnheit zurück. — 11. *collegam appellabat*] man konnte die Hilfe des andern Consuls anrufen, der gleiches *imperium* hatte. — 19. *mollem*, energielos. — 21. *grassabantur*, gingen vor, womit die Ausschreitung angedeutet wird, welche die gewaltsame Selbsthilfe enthält. — 22. *vidissent*: Der Conj. nach Relativen entspricht dem griechischen *Optativus iterativus*. — 23. *decretum*, die richterliche Entscheidung, welche ohne genaue Beobachtung der Rechtsformeln keine Geltung hatte. Vgl. III, 45, 1.

- 1 XXVIII. A. Verginius inde et T. Vetusius consulatum  
ineunt. tum vero plebs incerta, quales habitura consules es-  
set, coetus nocturnos, pars Esquiliis pars in Aventino, facere,  
2 ne in foro subitis trepidaret consiliis, et omnia temere ac for-  
tuito ageret. eam rem consules rati, ut erat, perniciosam ad 5  
patres deferunt, sed delatam consulere ordine non licuit: adeo  
tumultuose excepta est clamoribus undique et indignatione pa-  
trum, si, quod imperio consulari exsequendum esset, invidiam  
3 eius consules ad senatum reicerent. profecto, si essent in re  
publica magistratus, nullum futurum fuisse Romae nisi publi- 10  
cum concilium: nunc in mille curias contionesque, cum alia  
Esquiliis, alia in Aventino fiant concilia, dispersam et dissipatam  
esse rem publicam. unum hercule virum — id enim plus  
esse quam consulem —, qualis Appius Claudius fuerit, momento  
5 temporis discussurum illos coetus fuisse. correpti consules, 15  
cum, quid ergo se facere vellent, nihil enim segnius molliusve  
quam patribus placeat acturos, percunctarentur, decernunt, ut  
dilectum quam acerrimum habeant: otio lascivire plebem. di-  
6 misso senatu consules in tribunal escendunt; citant nominatim  
iuniores. cum ad nomen nemo responderet, circumfusa multi- 20  
tudo in contionis modum negare ultra decipi plebem posse,  
7 numquam unum militem habituros, ni praestaretur fides publica;  
libertatem unicuique prius reddendam esse quam arma danda,  
8 ut pro patria civibusque, non pro dominis pugnent. consules,  
quid mandatum esset a senatu, videbant; sed eorum, qui intra 25  
parietes curiae ferociter loquerentur, neminem adesse invidiae  
9 suae participem. et apparebat atrox cum plebe certamen.  
prius itaque quam ultima experirentur, senatum iterum consulere  
placuit. tum vero ad sellas consulum prope convolare  
10 minimus quisque natu patrum abdicare consulatum iubentes 30  
et deponere imperium, ad quod tuendum animus deesset.
- 10 XXIX. Utraque re satis experta tum demum consules:

1. 494 v. Chr. — 3. *Esquiliis*, Locativ, immer ohne die Präpos. *in*, vgl. *Μαγαδῶν* etc. — 6. *consulere ordine*] = der Reihe nach berathen, i. e. der Vorsitzende frug die Senatoren der Reihe nach um ihre Meinung, worauf diese in kürzerer oder längerer Rede ihre Ansicht kund gaben. — 8. *invidiam*, die Verantwortlichkeit auf den Senat wälzen. — 10. *magistratus*, d. h. wirkliche, nicht bloß *umbræ*. — 12. *dispersam et dissipatam*, sei aus allen Fugen gegangen, so dass die einzelnen Glieder des Organismus selbst-

ständig zu werden drohten. — 18. *lascivire*, *τρυφᾶν*. — 22. *fides publica*, vgl. zu p. 66, 16. — 26. *invidiae suae*, ihrer gehässigen, schweren Aufgabe. — 27. *apparebat certamen*, ein Kampf stand bevor, war bereits für Jeden wahrnehmbar. — 30. *abdicare consulatum* verächtlich für *abdicare se magistratu*, das Amt abwerfen, für: sich feierlich vom Amte lossagen, vgl. Cic. Or. II, 102: *ubi plus mali quam boni reperio, id totum abdicco atque eicio*.

32. *Utraque re*] i. e. die Stimmung des Volkes und des Senates.

„ne praedictum negetis, patres conscripti, adest ingens seditio. postulamus, ut ii, qui maxime ignaviam increpant, adsint nobis habentibus dilectum. acerrimi cuiusque arbitrio, quando ita placet, rem agemus.“ redeunt in tribunal, citari nominatim unum ex eis, qui in conspectu erant, dedita opera iubent. cum staret tacitus, et circa eum aliquot hominum, ne forte violaretur, constitisset globus, lictorem ad eum cunsules mittunt. quo repulso tum vero indignum facinus esse clamitantes qui patrum consulibus aderant devolant de tribunali, ut lictori auxilio essent. sed ab lictore, nihil aliud quam prendere prohibito, cum conversus in patres impetus esset, consulum intercurso rixa sedata est, in qua tamen sine lapide, sine telo plus clamoris atque irarum quam iniuriae fuerat. senatus tumultuose vocatus tumultuosius consulitur quaestionem postulanti- bus iis, qui pulsati fuerant, decernente ferocissimo quoque non sententiis magis quam clamore et strepitu. tandem cum irae resedissent, exprobrantibus consulibus nihilo plus sanitatis in curia quam in foro esse, ordine consuli coepit. tres fuere sententiae: T. Verginius rem non vulgabat: de iis tantum, qui fidem secuti Publi Servili consulis Vulscio, Aurunco Sabinoque militassent bello, agendum censebat. Titus Larcius non id tempus esse, ut merita tantummodo exsolverentur; totam plebem aere alieno demersam esse, nec sisti posse, ni omnibus consulatur; quin, si alia aliorum sit condicio, accendi magis discordiam quam sedari. Ap. Claudius, et natura innitis et effertus hinc plebis odio illinc patrum laudibus, non miseriis ait sed licentia tantum concitum turbarum, et lascivire magis plebem quam saevire. id adeo malum ex provocatione natum: quippe minas esse consulum, non imperium, ubi ad eos, qui una peccaverint, provocare liceat. „agedum“ inquit „dictatorem

— 1. *praedictum*] = damit ihr (später) nicht sagen könnt, wir hätten euch nicht gewarnt. — 6. *tacitus*, lautlos ohne Antwort zu geben, *ad nomen respondere*. — 7. *globus*, dichter Haufen, Masse. — 10. *nihil aliud*, ohne dass das Volk sich thätliche Misshandlungen erlaubte. — 12. Livius hat hier wohl die Gewaltthätigkeiten seiner Zeit im Auge, wie sie von den Schaaren des Clodius und Milo häufig verübt wurden. — 14. *quaestionem*, i. e. *novam* oder *extra ordinem*, ein ausserordentliches Gerichtsverfahren, vgl. Cic. Mil. § 16: *M. Drusus occisus est: nihil de eius morte populus consultus, nulla quaestio decreta a senatu*

*est*. Die Heisssporne forderten jedenfalls Beschränkung des Provocationsrechts. — 15. *decernere*, sich erklären, sein Votum abgeben, auch vom einzelnen Senator, wie Cic. Mil. § 14. — 18. *consuli coepit*, liess sich allmählich die Berathung (Befragung) ausführen. — 19. *rem non vulgabat*] = wollte die Sache nicht (principiell) auf alle *nexi* ausgedehnt wissen. — 23. *sisti posse*, könne sich aufrecht erhalten, vom Zustande des Staatswesen. Vgl. *stare*, *iacere*, *erigere* etc. — 26. *laudibus*, vgl. p. 68, 13. — 28. *adeo* gehört zu *id*: hier zeige sich eben so recht der Schaden, den das Provocationsrecht gestiftet habe. — 29. *minas*, hätten

a quo provocatio non est, creemus! iam hic, quo nunc omnia  
 12 ardent, conticiscet furor. pulset mihi lictorem, qui sciet ius  
 de tergo vitaeque sua penes unum illum esse, cuius maies-  
 tatem violarit.“

1 XXX. Multis, ut erat, horrida et atrox videbatur Appi 5  
 sententia; rursus Vergini Larciique exemplo haud salubres,  
 utique Larcii sententiam, quae totam fidem tolleret. medium  
 maxime et moderatum utroque consilium Verginii habebatur;  
 2 sed factione respectuque rerum privatarum, quae semper offe-  
 cere officientque publicis consiliis, Appius vicit, ac prope fuit, 10  
 3 ut dictator ille idem crearetur, quae res utique alienasset plebem  
 periculosissimo tempore, cum Volsci Aequique et Sabini forte  
 4 una omnes in armis essent. sed curae fuit consulibus et  
 senioribus patrum, ut imperium vehemens mansueto permitte-  
 5 retur ingenio. M'. Valerium dictatorem, Volusi filium, creant. 15  
 6 plebes etsi adversus se creatum dictatorem videbat, tamen,  
 cum provocationem fratris lege haberet, nihil ex ea familia  
 triste nec superbum timebat. edictum deinde a dictatore pro-  
 positum confirmavit animos Servili fere consulis edicto con-  
 veniens. sed et homini et potestati melius rati credi omisso cer- 20  
 7 tamine nomina dedere. quantus numquam ante exercitus,  
 legiones decem effectae; ternae inde datae consulibus, quattuor  
 dictator usus.

XXXI. Ita trifariam re bello bene gesta de domesticarum  
 rerum eventu nec patribus nec plebi cura decesserat: tanta 25  
 cum gratia tum arte praeparaverant feneratores, quae non  
 7 modo plebem sed ipsum etiam dictatorem frustrarentur. nam-

nur leere Drohungen. — 1. iam, bald, sofort. — 2. ardent, ergriffen ist.

6. *exemplo* gehört zu *salubres*. Vom Nominativ (*videbatur sententia*) geht die or. obl. über in den Accusativ. 7. *utique* = jedenfalls, ganz entschieden. — 7. *totam fidem tolleret*] = allen Credit vernichten, da es dann kein sicheres Pfand mehr geben würde. — 8. *utroque*, nach beiden Seiten hin, für das öffentliche Wohl u. für die Befriedigung der Plebs. — 14. Dion. VI, 39: Μάνιον δὲ Ουάλεριον ἀδελφὸν Ποπλίου Ουάλεριον τοῦ πρώτου ὑπατεύσαντος καὶ δημοτικώτατον δοκοῦντα ἔσεσθαι καὶ ἄνδρα γηραιὸν ἀπέδειξαν, αὐτὸ τὸ φοβερόν (= *vehemens*) οἰόμενοι τῆς ἐξουσίας ἀποχρῆναι, ἀνδρὸς δὲ τὰ πάντα

ἐπιεικοῦς τοῖς πράγμασι δεῖν, ἔναμψδὲν ἐξεργάσθηται νεώτερον. Der Name des Dictators lautet urkundlich: M' Valerius Volusi filius Maximus, vgl. Mommsen, Inscriptt. I, 284. — 18. *triste*, Verletzung des Provocationsrechts. — 20. *omisso certamine*, geben sie den Widerstand auf. — 22. Dion. VI, 42: καὶ γίνεται δέκα στρατιωτικὰ ταγματα, ἐξ ἀνδρῶν τετρακισχιλίων ἕκαστον. — *inde* = *ex eis*.

24. *Ita trifariam re bello bene gesta*] Gegen die Volsker, Sabiner u. Aequer. — 26. *eventu*, Entwicklung, Ausgang. — 25. *praeparaverant*] die Wucherer hatten durch ihren Einfluss ebenso wie durch listige Vorkehrungen (*arte*) den Senat für sich gewonnen. — 26. *quae* mit Conj. consecutiv. —

que Valerius post Vetusi consulis reditum omnium actionum in senatu primam habuit pro victore populo, rettulitque, quid de nexis fieri placeret. quae cum reiecta relatio esset, „non placeo“ inquit „concordiae auctor. optabitis, me dius fidius, 9  
 5 prope diem, ut mei similes Romana plebes patronos habeat. quod ad me attinet, neque frustrabor ultra cives meos, neque 10  
 ipse frustra dictator ero. discordiae intestinae, bellum exter-  
 num fecere, ut hoc magistratu egeret res publica; pax foris  
 parta est, domi impeditur: privatus potius quam dictator sedi-  
 10 tionum interero.“ ita curia egressus dictatura se abdicavit.  
 apparuit causa plebi, suam vicem indignantem magistratu ab- 11  
 isse. itaque velut persoluta fide, quoniam per eum non stes-  
 tisset, quin praestaretur, decedentem domum cum favore ac  
 laudibus prosecuti sunt.

15 XXXII. Timor inde patres incessit, ne, si dimissus exer- 1  
 citus foret, rursus coetus occulti coniurationesque fierent. ita-  
 que, quamquam per dictatorem dilectus habitus esset, tamen,  
 quoniam in consulum verba iurassent, sacramento teneri militem  
 rati, per causam renovati ab Aequis belli educi ex urbe le-  
 20 giones iusserunt. quo facto maturata est seditio. et primo agi- 2  
 tatum dicitur de consulum caede, ut solverentur sacramento;  
 doctos deinde nullam scelere religionem exsolvi, Sicinio quodam  
 auctore iniussu consulum in Sacrum montem secessisse trans 3  
 Anienem amnem, tria ab urbe milia passum. ibi sine ullo 4  
 25 duce vallo fossaque communitis castris quieti, rem nullam nisi  
 necessariam ad victum sumendo, per aliquot dies neque lacessiti  
 neque lacessentes sese tenere. pavor ingens in urbe metuque 5  
 mutuo suspensa erant omnia. timere relicta ab suis plebes

2. *quid—placere*, übliche Formel, womit der Vorsitzende eine Frage zur Verhandlung bringt, vgl. Sall. Cat. 50: *consul convocato senatu refert, quid de eis fieri placeat, qui in custodiam traditi erant.* — 3. *non placeo*, kurz darauf sagt bei Dion. VI, 44 Valerius in einer Volksversammlung: *ὠνειδίσται δέ μοι καὶ ἡ τῶν κληρούχων εἰς Οὐλοούσους ἐκπομπή, ὅτι γῆν πολλὴν καὶ ἀγαθὴν οὐ τοῖς πατρικίοις οὐδὲ τοῖς ἱππεῦσιν ἐχαρισάμην, ἀλλὰ τοῖς ἀπόροις ὑμῶν διένειμα· καὶ ὁ μάλιστα μοι τὴν πλείστην ἀγανάκτησιν παρέσχεν, ὅτι πλείους ἢ τετρακόσιοι ἄνδρες ἐκ τοῦ δήμου τοῖς ἱππεῦσι προσκατελέγησαν ἐπὶ τῆς στρατολογίας βίων εὐπορήσαντες.* Der Dictator hat also mehr gethan, als Livius andeutet.

15. *dimissus*, vgl. p. 68, 18. 18 *in consulum verba*, da diese aber nur im Auftrag des Dictators handelten, so dauerte die Verbindlichkeit nur so lange, als die Consuln ein Mandat des Dictators ausübten. Das Verfahren des Senats war also eine Ungesetzlichkeit. — 19. *per causam*, unter dem Vorwande, vgl. *causari*. — 23. Dion. VI, 45: *ὡς δὲ προῆλθον ἕξω τῆς πόλεως οἱ ὑπατοί, συνελθόντες οἱ στρατιῶται εἰς ἔν ἅπαντες, ὅπλων τε καὶ σημείων ὄντες κύριοι, Σικινίον τινὸς Βελούτου παροξύναντος αὐτοὺς ἀφίστανται τῶν ὑπάτων ἀρπάσαντες τὰ σημεία, λοχαγούς τε ἑτέροισι καὶ περὶ ἁπάντων ἄρχοντα τὸν Σικινίον ἀποδείξαντες ὄρος τι καταλαμβάνονται κτλ.* — 28. *metu mutuo*, nicht nur die Patricier u. die zurückge-

violentiam patrum, timere patres residem in urbe plebem, in-  
 6 certi, manere eam an abire mallent. quamdiu autem tranquillam  
 quae secesserit multitudinem fore? quid futurum deinde, si  
 quod externum interim bellum existat? nullam profecto nisi in  
 concordia civium spem reliquam ducere: eam per aequa per 5  
 7 iniqua reconciliandam civitati esse. sic placuit igitur oratorem  
 ad plebem mitti Menenium Agrippam, facundum virum et, quod  
 inde oriundus erat, plebi carum.

Is intromissus in castra prisco illo dicendi et horrido  
 9 modo nihil aliud quam hoc narrasse fertur: tempore quo in 10  
 homine, non ut nunc, omnia in unum consentientia, sed sin-  
 gulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerit, in-  
 dignatas reliquas partes sua cura, suo labore ac ministerio  
 ventri omnia quaeri, ventrem in medio quietum nihil aliud  
 10 quam datis voluptatibus frui, conspirasse inde, ne manus ad 15  
 os cibum ferrent, ne os acciperet datum dentesve conficerent.  
 hac ira dum ventrem fame domare vellent, ipsa una membra  
 11 totumque corpus ad extremam tabem venisse. inde apparuisse  
 ventris quoque haud segne ministerium esse, nec magis ali-  
 quam alere eum reddentem in omnis corporis partes hunc, quo 20  
 vivimus vigemusque, divisum pariter in venas maturum con-  
 12 fecto cibo sanguinem. comparando hinc quam intestina cor-  
 poris seditio similis esset irae plebis in patres, flexisse mentes  
 hominum.

1 XXXIII. Agi deinde de concordia coeptum, concessumque 25

bliebenen Plebeier, sondern jeden-  
 falls auch die verschiedenen Partei-  
 en unter den Patriciern fürch-  
 teten jetzt einander. — 4. *nullam*  
 —*ducere*, die Negation gehört zum  
 Verbum. — 5. *per aequa per ini-*  
*qua*] = unter jeder Bedingung.  
 — 6. *sic* = *res cum ita se haberet*.  
 — 6. *oratore*] = Unterhändler.  
 — 7. Ein Elogium bei Mommsen  
 284 legt das Verdienst der Aus-  
 söhnung dem Dictator Valerius bei:  
*Plebem de sacro monte deduxit,*  
*gratiam cum patribus reconciliavit,*  
*faenore gravi populum senatus hoc*  
*eius rei auctore liberavit*, vgl. Dion.  
 VI, 58. 69. 71. 88. Cic. Brut. 54:  
*videmus item, cum plebes prope ripam*  
*Anienis ad tertium miliarium con-*  
*sedisset eumque montem, qui sacer*  
*appellatus est, occupavisset, M'.  
 Valerium dictatorem dicendo seda-*  
*visse discordias eique ob eam rem*  
*honores amplissimos habitos et eum*

*primum ob eam ipsam causam Ma-*  
*ximum esse appellatum.* — 9. *hor-*  
*rido more*] = in ungekünstelter  
 drastischer Form. — 10. *nihil*  
*aliud*, sc. *orasse*, nicht etwa *fecisse!*  
 Der Ton ruht auf *narrasse*: der *orator*  
 begnügt sich mit dem einfachen  
*narrare*. — 21. *maturum*, erst durch die  
 Verdauung gesund (flüssig). — 23.  
*flexisse*, er besänftigt nur die Lei-  
 denschaften, um die Gemüther po-  
 litischen Unterhandlungen zugäng-  
 lich zu machen. Die *fabula* ist  
 also nur ein *προοίμιον*!

25. *concessumque in condiciones*]  
 Vgl. *condiciones ferre*, also = man  
 kam über folgende Bedingungen  
 überein; *concedere in* deutet an,  
 dass beide Parteien *condiciones*  
*ferebant*, welche zu einem Com-  
 promiss führten. Die Bedingun-  
 gen, unter denen die Plebs wieder  
 in den römischen Staatsverband  
 eintrat, bestanden nicht blos in der



in condiciones, ut plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilii latio adversus consules esset, neve cui patrum capere eum magistratum liceret. ita tribuni plebei creati duo, C. Licinius et L. Albinus. ii tres collegas sibi creaverunt. in 2  
 5 his Sicinium fuisse seditionis auctorem; de duobus qui fuerint minus convenit. sunt qui duos tantum in Sacro monte creatos 3  
 tribunos esse dicant, ibique sacratam legem latam.

## 2. Die Lex agraria des Sp. Cassius. (Liv. II, 41).

XLI. Sp. Cassius deinde et Proculus Verginius consules 1  
 10 facti. tum primum lex agraria promulgata est, numquam deinde 2  
 usque ad hanc memoriam sine maximis motibus rerum agitata.  
 cum Hernicis foedus ictum, agri partes duae ademptae. inde

Einsetzung rein plebeischer Magistrate (*neve cui patrum capere eum magistratum liceret*), sondern es wurde auch Amnestie u. Tilgung der gegenwärtigen Schulden bewilligt. Vgl. Lange, Röm. Alterth. I, 510. Der Vertrag (*foedus*) hieß wegen des Schwurs (*sacramentum*) und der dabei stattfindenden Anrufung der Götter zu Zeugen (*obtestatio*), ferner wegen der dem Dawiderhandelnden als Strafe angedrohten Achtung (*consecratio capitis et bonorum*), wodurch zugleich die plebeischen Beamten *sacrosancti* waren, *lex sacrata*, auch im Plur. *leges sacratae*. Der Volkstribun hatte nun folgende Befugnisse: 1. das *ius auxilii* oder die *auxilii latio adversus consules*: er konnte jeden Pl. in Schutz nehmen, wenn er diesen forderte (*appellare tribunos*) gegen einen Act der consularischen Amtsgewalt. Es galt dieses Recht nur innerhalb der römischen Bannmeile ebenso wie die Provocation. 2. das *ius agendi cum plebe*: sie durften Versammlungen der Plebs berufen (*concilia plebis*) und in Angelegenheiten der Plebs Beschlüsse fassen (*plebiscita*). Die *lex sacrata* war also eine Beschränkung des *imperium consulare*, im Laufe der Zeit dehnten sich die

Befugnisse der *tribuni plebis* immer mehr aus (*Intercession*) und schwächten dadurch die Executivgewalt der Consuln. Lange I, 513. — 4. Die Cooptation kommt auch später bisweilen vor. Seit 457 v. Chr. wurden zehn *tribuni plebis* gewählt. Neben den *tribuni pl.* erhielt die Plebs durch die *lex sacrata* zwei *aediles plebis*, deren Amtslocal der Tempel der Ceres war, vgl. III, 55, 7. Sie hatten hauptsächlich, die Befugniß, die Befehle der Tribunen zu vollziehen.

8. Die folgende Darstellung enthält auffallende Aehnlichkeiten mit dem Vorgang der Gracchischen Bestrebungen, vgl. p. 74, 12 mit Heft III, 44 sq. u. 46, p. 73, 12 mit III, 36. — 9. 486 v. Chr. — 12. *cum Hernicis foedus ictum*] Es war gleich dem Bündniß, welches kurz vorher (493) Sp. Cassius mit den Latinern geschlossen hatte, es gab den Hernikern und Latinern gleiche Rechte wie den Römern (Isopolitie). Die Folge war, dass alles fortan im Bundeskriege eroberte Land in 3 Theile getheilt wurde, wovon ein Theil den Hernikern zukam. Livius hat dies Verhältniß missverstanden u. glaubte, dass vom eigenen Lande den Hernikern nur  $\frac{1}{3}$  gelassen wurde. Dion. VIII, 69:

- dimidium Latinis, dimidium plebi divisurus consul Cassius erat. 3 adiciebat huic muneri agri aliquantum, quem publicum possideri a privatis criminabatur. id multos quidem patrum, ipsos possessores, periculo rerum suarum terrebat. sed et publica patribus sollicitudo inciderat, largitione consulem periculosas 5 libertati opes struere. consul alter largitioni resistebat auctoribus patribus nec omni plebe adversante, quae primo coeperat fastidire, munus vulgatum a civibus exisse in socios; saepe deinde et Verginium consulem in contionibus velut vaticinantem audiebat pestilens collegae munus esse, agros illos servitutum iis 1 qui acceperint laturus, regno viam fieri. quid ita enim adsumi socios et nomen Latinum? quid attinuisse Hernicis, paulo ante hostibus, capti agri partem tertiam reddi, nisi ut eae gentes pro Coriolano duce Cassium habeant? popularis iam esse dissuasor et intercessor legis agrariae coeperat. uterque deinde 1 consul certatim plebi indulgere. Verginius dicere passurum se adsignari agros, dum ne cui nisi civi Romano adsignentur;

ἦν γὰρ τις χώρα δημοσία πολλῇ παρεμειλημένη τε καὶ ὑπὸ τῶν εὐπορωτάτων κατεχομένη, ταύτην ἔγνω τῷ δήμῳ διανέμειν. Λατίους τε ἤξειλον τῇ καταγραφῇ τῆς χώρας συμπεριλαμβάνειν καὶ τοὺς νεωστὶ προσλήφθéntας εἰς τὴν πολιτείαν Ἑρμικας. — 1. *divisurus*, wahrscheinlich *viritim κατ' ἄνδρα* (Dion.). Der Consul greift damit in die Competenz des Senats ein. — 2. *adiciebat*, wollte hinzugefügt wissen. — 2. *publicum possideri*] Im Kriege erobertes Land wurde Staatsgut, Staatsdomäne (*ager publicus*). Das Recht der Nutzniessung (nicht etwa das Eigenthumsrecht, *dominium*) hatten nur die Patricier, welche sich in den Besitz des Landes setzten (*possidere, occupare*), wofür sie dem Staate eine Abgabe entrichteten. Die Pl. beklagten sich nun, 1. dass sie selbst keinen Antheil erhielten an dem Staatsgut, während sie es doch mit ihrem Blute mit erworben hatten; 2. dass die Patricier vielfach die Abgabe in Vergessenheit zu bringen u. aus der *possessio* ein *dominium* zu machen suchten, wodurch der Staat in doppelter Weise Schaden erlitt. — 4. *rerum suarum*, denn sie sahen das occupirte Staatsland als ihr Eigenthum an, zumal da sie die Meliorationen desselben aus

eigenen Mitteln bestritten hatten. — 7. *omni plebe*, denn es war ein Kampf zwischen Arm und Reich, nicht zwischen Plebeiern u. Patriciern. — 7. *fastidire* mit Acc. c. Inf. ist selten. — 8. *exisse in socios*] die Herniker und Latiner; dem Sp. Cassius konnte daraus ein Vorwurf gemacht werden, weil er den Vertrag abgeschlossen hatte. — 12. *socios et nomen Latinum*, ein Ausdruck aus späterer Zeit, als Rom ausser den Latinern noch andere Bundesgenossen in Italien hatte. — 12. *quid attinuisse*, welchen Zweck habe es, wozu. — 15. *intercessor legis agrariae*] der Consul kann gegen die Amtshandlung seines Collegen ein Veto einlegen, weil er gleiches *imperium* mit ihm besitzt. — 16. *certatim — indulgere*, wie Livius Drusus gegen C. Gracchus III, 46. Dion. Hal. VIII, 76: γράφεται δὴ μετὰ ταῦτα τὸ τῆς βουλῆς δόγμα τοιοῦδε ἄνδρας ἐκ τῶν ὑπατικῶν ἀποδειχθῆναι δέκα, οἵτινες ὀρίσαντες τὴν δημοσίαν χώραν ἀποδείξουσιν, ὅσῃν τε δεῖ μισθοῦσθαι καὶ ὅσῃν τῷ δήμῳ διαιρεθῆναι· τοῖς δὲ ἰσοπολίταις τε καὶ συμμάχοις, εἰάν τινα ὕστερον ἐπικτήσωνται κοινῇ στρατευσάμενοι, τὸ ἐπιβάλλον ἐκάστοις κατὰ τὰς ὁμολογίας ὑπάχειν μέρος. Die Ausführung dieses

Cassius, quia in agraria largitione ambitiosus in socios eoque 8  
 civibus vilior erat, ut alio munere sibi reconciliaret civium  
 animos, iubere pro Siculo frumento pecuniam acceptam retribui  
 populo. id vero haud secus quam praesentem mercedem regni 9  
 5 aspernata plebes: adeo propter suspicionem insitam regni, velut  
 abundarent omnia, munera eius integris animis hominum res-  
 puebantur. quem, ubi primum magistratu abiit, damnatum 10  
 necatumque constat. sunt qui patrem auctorem eius supplicii  
 ferant: cognita domi causa verberasse ac necasse, peculiumque  
 10 filii Cereri consecravisse; signum inde factum esse et inscrip-  
 tum „ex Cassia familia datum.“ invenio apud quosdam, idque 11  
 propius fidem est, a quaestoribus Caesone Fabio et L. Valerio  
 diem dictam perduellionis, damnatumque populi iudicio, dirutas  
 publice aedes. ea est area ante Telluris aedem. ceterum, sive 12  
 15 illud domesticum sive publicum fuit iudicium, damnatur Servio  
 Cornelio Q. Fabio consulibus.

### 3. Das Decemvirat. (Liv. III, 33—37. 44—49).

#### XXXIII. Anno trecentesimo tertio quam condita Roma 1

Beschlusses unterblieb natürlich.—  
 1. *ambitiosus in socios*, eifrig um die Gunst der Bundesgenossen bemüht. — 3. *pro Siculo frumento*] das während einer Theuerung angekauft worden war, vgl. die Geschichte des Coriolanus. — 4. *mercedem regni*, Abfindung für die verlorne Freiheit, um den Preis der Freiheit; *regnum* ist die Sache, welche die Abfindungssumme zahlt. — 8. *patrem*] dem kraft der *patria potestas* die *vitae necisque potestas* über den Sohn zusteht. Dem Vater gehört auch alles Eigenthum des Sohnes, der darum nur ein Spargut (*peculium*) wie der Sklave haben konnte. — 12. *a quaestoribus*] damals noch Untersuchungsrichter, jährlich wechselnde Magistrate. Die gerichtliche Entscheidung über Hochverrath (hier = Streben nach Alleinherrschaft) hat das Volk, wobei die *quaestores* als Ankläger auftreten konnten. — 15. 485 v. Chr.

immer im ausschliesslichen Besitz aller Staatsämter und zwar ohne bei Verwaltung derselben an bestimmte Gesetze gebunden zu sein; in ihrer Hand war die Kenntniss und Handhabung des Rechts u. der Verkehr mit den Göttern. Nun brachte der Tribun C. Terentilius Harsa (462) das Gesetz ein, dass eine Commission von 5 Männern, und zwar aus dem Plebeier-Stande, eingesetzt werden sollte, um für die Ausübung der consularischen Amtsgewalt bestimmte Gesetze aufzustellen und aufzuzeichnen. Nach langen Kämpfen brachte endlich (454) ein Tribun den vermittelnden Vorschlag ein, dass die Commission aus Patr. u. Pleb. bestehen u. dass diese Commission nicht blos Gesetze für das Consulat aufzeichnen, sondern ein Criminal- u. Civil-Gesetzbuch für das ganze Volk, Patr. wie Pleb., entwerfen sollte. Die Patricier gaben nun nach, hielten aber an der

18. Die Patricier waren noch

erat iterum mutatur forma civitatis ab consulibus ad decemviro, quem ad modum ab regibus ante ad consules, translato imperio. minus insignis, quia non diuturna, mutatio fuit. laeta enim principia magistratus eius nimis luxuriaverunt; eo citius lapsa res est repetitumque, duobus uti mandaretur 5  
 3 consulum nomen imperiumque. decemviri creati Appius Claudius T. Genucius P. Sestius L. Veturius C. Iulius A. Manlius  
 4 P. Sulpicius P. Curiatius T. Romilius Sp. Postumius. Claudio et Genucio, quia designati consules in eum annum fuerant, pro honore honos redditus, et Sestio, alteri consulum prioris anni, 10  
 5 quod eam rem conlega invito ad patres rettulerat. his proximi habiti legati tres, qui Athenas ierant, simul ut pro legatione tam longinqua praemio esset honos, simul peritos legum peregrinarum ad condenda nova iura usui fore credebant. supplevere ceteri numerum. graves quoque aetate electos novissimis 15  
 6 suffragiis ferunt, quo minus ferociter aliorum scitis adversarentur. regimen totius magistratus penes Appium erat favore plebis; adeoque novum sibi ingenium induerat, ut plebicola

Forderung fest, dass nur Patr. in die Commission gewählt werden sollten. Es wurde zunächst eine Gesandtschaft von 3 Männern nach Athen geschickt, um die berühmten Gesetze des Solon kennen zu lernen. Nach ihrer Rückkehr (452) wurden für das nächste Jahr alle übrigen Magistrate suspendirt und an ihrer Stelle *decemviri legibus scribundis* mit unumschränkter Vollmacht und Gewalt gewählt, selbst mit Aufhebung der Provocation, *modo ne lex Icilia de Aventino aliaque sacratae leges abrogarentur* (Liv. III, 32). Die Patricier setzten es auch durch, dass sämtliche Decemviren aus ihrer Mitte gewählt wurden. — 17. 451 v. Chr. — 1. *mutatur forma civitatis*] dabei ist an eine bleibende Einrichtung und Verfassung nicht zu denken. Vgl. c. 34, 7. Dion. X, 55: *ένία δ' ή γνώμη, ήν Άππιος Κλαύδιος πρώτος έρωτηθείς άπεφήνατο, άνδρας αίρεθήναι δέκα τους έπιφανεστάτους έν της βουλής. τούτους δ' άρχειν είς ένιαυτόν άφ' ής άν άποδειχθώσιν ήμέρας, έξουσίαν έχοντας ύπέρ άπάντων των κατά την πόλιν ήν είχον οί τε ύπατοι και έτι πρότερον οί βασιλείς, τάς τ' άλλας*

*άρχας άπάσας καταλεύσθαι.* — 4. *luxuriaverunt*] das Bild vom Leben der Pflanze. — 5. *res*, die Regierungsgewalt, Macht; *citius* gehört auch zu *repetitum*. — 7. Nach Livius ist der Decemvir Claudius der Enkel, nach den Capitol. Fasten der Sohn des im J. 504 eingewanderten Attius Clausus. Nach Dion. X, 54—56 setzt Appius die Wahl der Decemviren durch, selbst gegen den Willen des Consuls P. Sestius. — Sp. Postumius, Servius (sic. Dion.) Sulpicius u. A. Manlius waren *οί κομισαντες παρά των Έλλήνων τους νόμους.* — 14. *ad condenda nova iura*] = zur Abfassung eines neuen Landrechts. Dies schliesst nicht aus, dass die Decemviren hauptsächlich das alte Gewohnheitsrecht sammelten und feststellten. Dion X, 55 (Fortsetzung von p. 76, 1): *τούτους δέ τους άνδρας έν τε των πατριών έθών και έν των Έλληνικών νόμων, ούς έκόμισαν οί πρόσβεις, έκλεξαμένους τά κράτιστα και τη Ρωμαίων πόλει πρόσφορα νομοθετήσεσθαι.* Der concrete Plur. im Lat. für das deutsche Abstractum. — 17. *totius magistratus*, der ganzen Behörde, weil die 10 Collegen zusammen eine

repente omnisque aurae popularis captator evaderet pro truci saevoque insectatore plebis.

Decumo die ius populo singuli reddebant. eo die penes praefectum iuris fasces duodecim erant, conlegis novem singuli 8  
5 accensi apparebant. et in unica concordia inter ipsos, qui consensus privatis interdum inutilis est, summa adversus alios aequitas erat. moderationis eorum argrumentum exemplo unius rei notasse satis erit. cum sine provocatione creati essent, 9  
0 defosso cadavere domi apud Sestium, patriciae gentis virum, invento prolatoque in contionem, in re iuxta manifesta atque atroci C. Iulius decemvir diem Sestio dixit, et accusator ad  
populum extitit cuius rei iudex legitimus erat, decessitque 10  
ipse iure suo, ut demptum de vi magistratus populi libertati adiceret.

5 XXXIV. Cum promptum hoc ius velut ex oraculo incorruptum pariter ab iis summi infimique ferrent, tum legibus 1  
condendis opera dabatur. ingentique hominum expectatione propositis decem tabulis populum ad contionem advocaverunt, et, quod bonum faustum felixque rei publicae ipsis liberisque  
20 eorum esset, ire et legere leges propositas iussere. se, quantum 2  
decem hominum ingeniis provideri potuerit, omnibus, summis 3  
infimisque, iura aequasse; plus pollere multorum ingenia consiliaque. versarent in animis secum unamque rem, agitentur deinde sermonibus atque in medium, quid in quaque re plus 4

Commission bilden. — 4. *decumo die*] Immer an einem *dies fastus* sprach ein Dec. Recht. Deutlicher Dion. X, 57: εἰς μὲν αὐτῶν τὰς τε δάβδους καὶ τὰ λοιπὰ παράσημα τῆς ὑπατικῆς εἶχεν ἐξουσίας, ὃς βουλὴν τε συνεκαλεῖ καὶ δόγματα ἐπεκύρου καὶ τὰλλα ἐπραττεν ὅσα ἡγεμόνι προσῆμεν. — εἴτ' αὐτὶς ἔτερός αὐτῶν ἐπὶ τὴν ἐξουσίαν καθίστατο, καὶ τοῦτ' ἐκ περινομῆς ἐγένετο παραλλάξ, ἐκάστου τὴν ἡγεμονίαν παραλαμβάνοντος εἰς συγκείμενόν τινα ἡμερῶν ἀριθμὸν, ἅπαντες δ' ἐξ ἑωθινοῦ καθεζόμενοι διήτων τὰ τ' ἰδιωτικὰ συμβόλαια καὶ τὰ δημόσια κτλ. Der jedesmal an der Spitze stehende Decemvir ist *praefectus iuris*, welcher die Geschäfte an die übrigen Decemvirn vertheilt, ähnlich wie später der *praetor urbanus* an die *iudices (quaestionum etc.)*. Ihm kommt deshalb auch allein das

*ius dicere* oder *reddere* zu. — 9. *apud Sestium*] War nicht der Decemvir, wie schon der Zusatz zeigt. — 12. *cuius rei iudex erat*] der Decemvir hätte (ohne Provocation) in höchster Instanz selbst das Urtheil sprechen können. — 13. *demptum = ut demeret — et adiceret*: er will absichtlich seine Machtfülle schmälern.

15. *hoc ius*, das Recht, wie es im Vorausgehenden geschildert ist; *promptum* wird durch *incorruptum* noch näher bestimmt und gehoben. In *promptum hoc* scheint indessen ein Fehler verborgen zu sein. — 20. *ire et legere*, Formel der Aufforderung: *ite legite*. Die Kunst des Lesens war damals wohl noch nicht allgemein; vgl. indessen c. 44, 6. — 22. *iura aequasse* bezeichnet die Gleichheit vor dem Gesetz, nicht aber die staatsrechtliche Gleich-

- 5 minusve esset, conferrent. eas leges habiturum populum Romanum, quas consensus omnium non iussisse latas magis quam  
 6 tulisse videri posset. cum ad rumores hominum de unoquoque legum capite editos satis correctae viderentur, centuriatis comitiis decem tabularum leges perlatae sunt, qui nunc quoque  
 7 in hoc immenso aliarum super alias acervatarum legum cumulo fons omnis publici privatique est iuris. vulgatur deinde rumor duas deesse tabulas, quibus adiectis absolvi posse velut corpus omnis Romani iuris. ea expectatio, cum dies comitiorum ad-  
 8 propinquaret, desiderium decemviros iterum creandi fecit. iam plebs, praeterquam quod consulum nomen haud secus quam regum perosa erat, ne tribunicium quidem auxilium cedentibus in vicem appellationi decemviris quaerebat.
- 1 XXXV. Postquam vero comitia decemviris creandis in trinum nundinum indicta sunt, tanta exarsit ambitio, ut pri-  
 2 mores quoque civitatis — metu, credo, ne tanti possessio imperii vacuo ab se relicto loco haud satis dignis pateret — prensarent homines honorem summa ope a se inpugnatum ab

stellung der beiden Stände. — 4. *correctae*, cf. Dion. X, 57: δεχόμενοι πᾶσαν ἐπανόρθωσιν ἰδιωτῶν καὶ πρὸς τὴν κοινὴν εὐαρέστησιν ἀπευθύνοντες τὰ γραφέντα. — 6. *leges perlatae sunt*] Es wurde nicht über die Annahme der einzelnen Gesetze, wohl aber der einzelnen Tafeln abgestimmt. — 5. Tac. III, 25: *de principiis iuris et quibus modis ad hanc multitudinem infinitam ac varietatem legum perventum sit, altius disseram.* — 7. *fons*, das Recht wurde fortgebildet theils durch Interpretation der XII tabularum, theils durch das *edictum perpetuum*, zum Theil auch durch Senatsconsulte und Plebiscite. Dazu kamen immer neue Gesetze. — 7. *publici privatique iuris*] = Criminal- und Privatrecht. Daher ist in den Worten (§ 3) *summum infimumque iura aequasse* nicht an eine politische, sondern nur an eine rechtliche Gleichstellung der Patricier u. Plebeier zu denken. — 9. Nach Dion. wird die Fortdauer des Decemvirats für 450 v. Chr. durch Beschlüsse des Senats u. der Centuriatcomitien bestimmt. Nach der Usurpation (449) erklärt Appius Claudius im Senat (Dion. XI, 6): οὐ

γὰρ εἰς ἐνιαυτὸν ἀπεδείχθημεν, οὐδ' εἰς ἄλλον τινὰ χρόνον ὀρισμένον, ἀλλ' ἕως ἂν καταστησώμεθα πᾶσαν τὴν νομοθεσίαν. συντελέσαντες οὖν ὅσα κατὰ νοῦν ἔχομεν καὶ κηρώσαντες τοὺς λοιποὺς νόμους τότε ἀποθησώμεθα τὴν ἀρχὴν καὶ λόγον τῶν πεπραγμένων τοῖς βουλευμένοις ἡμῶν ὑφέξομεν. — 12. *cedentibus invicem appellationi*] die Provocation an das Volk war aufgehoben, aber von dem einen Decemvir konnte man an die Entscheidung des andern appelliren, da alle gleiches *imperium* haben.

13. *nundinum* (ursp. *noundinum*, aus *novendinum*) ist ein Zeitraum von 8 Tagen; an jedem 9. Tage kamen die Plebeier ausserhalb Roms in die Stadt zu Märkte, zu Versammlungen oder Gerichten. Drei Wochen muss jeder Gesetzesvorschlag bekannt gemacht sein, am folgenden Comitialtag kann dann die Verhandlung und Abstimmung stattfinden. — 15. *primores*, Dion. X, 58: μετήεσαν δὲ τὴν ἀρχὴν οἱ ἐντιμότατοι τε καὶ πρεσβύτατοι τῶν πατριῶν. Nach Dion. war die strenge Aristokratie dem Plane des Appius, eine Oligarchie zu gründen u. das Tribunat gänzlich zu besei-

ea plebe, cum qua contenderant, suppliciter petentes. demissa 3  
iam in discrimen dignitas ea aetate iisque honoribus actis  
stimulabat Appium Claudium. nescires, utrum inter decemviros  
an inter candidatos numerares. propior interdum petendo quam 4  
gerendo magistratui erat: criminari optimates, extollere candi- 5  
datorum levissimum quemque humillimumque; ipse medius inter 5  
tribunicios, Duellios Iciliosque, in foro volitare, per illos se  
plebei venditare, donec collegae quoque, qui unice illi dediti  
fuerant ad id tempus, coniecere in eum oculos, mirantes, quid 6  
sibi vellet. apparere nihil sinceri esse; profecto haud gratu- 6  
itam in tanta superbia comitatem fore. nimium in ordinem  
se ipsum cogere et vulgari cum privatis non tam properantis  
abire magistratu quam viam ad continuandum magistratum  
quaerentis esse. propalam obviam ire cupiditati parum ausi 7  
obsecundando mollire impetum adgrediuntur. comitiorum illi 5  
habendorum, quando minimus natus sit, munus consensu iniun-  
gunt. ars haec erat, ne semet ipse creare posset, quod praeter 8  
tribunos plebi, et id ipsum pessimo exemplo, nemo umquam  
fecisset. ille enimvero, quod bene vertat, habiturum se comitia 9  
professus impedimentum pro occasione arripuit, deiectisque 9  
honore per coitionem duobus Quinctiis, Capitolino et Cincinnato,  
et patruo suo C. Claudio, constantissimo viro in optimatium  
causa, et aliis eiusdem fastigii civibus, nequaquam splendore  
vitae pares decemviros creat, se in primis, quod haud secus 10  
factum improbabant boni, quam nemo facere ausurum credi- 10  
derat. creati cum eo M. Cornelius Maluginensis M. Sergius 11  
L. Minucius Q. Fabius Vibulanus Q. Poetilius T. Antonius  
Merenda K. Duellius Sp. Oppius Cornicen M'. Rabuleius.

tigen, nicht fremd. — 1. *demissa*] die grosse Anzahl der Bewerber gab das Amt einer ungewissen Entscheidung (*discrimen*) anheim. — 2. *dignitas*, des Appius. Ganz anders Dion. X, 58: ἐνθα δὴ πολὺς ὑπὸ πάντων ἐπαινούμενος ἦν ὁ τῆς τότε δεκαδαρχίας ἡγεμῶν Ἀππίος, καὶ πᾶς ὁ δημοτικὸς ὄχλος ἐκείνῳ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἡξίον κατέχειν, ὡς οὐκ ἄλλον τινὸς ἀμεινον ἡγησομένον. ὁ δ' ἀναίνεσθαι μὲν προσεποιεῖτο κατ' ἀρχάς, τελευτῶν δ' ὡς ἐλιπάρουν αὐτὸν ἅπαντες, αὐτὸς τε ὑπέμενε μετιέναι τὴν ἀρχὴν καὶ τῶν συμπαράγγελόντων τοὺς ἀρίστους αἰτιασάμενος οὐχ ἡδέως πρὸς ἑαυτὸν ἔχειν διὰ τὸν φθόρον τοῖς ἑαυτοῦ φίλοις συνηγωνίζετο φανερώς. — 11. *in ordinem cogere*] Von der *disci-*

*plina militaris* entlehnt. — 19. *enimvero*, leider, gehört zum Hauptverbum *pro occ. arripuit*. — 21. *per coitionem* wird erklärt durch Dion. τοῖς ἑαυτοῦ φίλοις συνηγωνίζετο, vgl. Cic. Mil. 25 (Clodius wünschte nicht, dass Milo fürs Jahr 52 Consul würde, daher) *contulit se ad eius competitors, sed ita, totam ut petitionem ipse solus gubernaret, tota ut comitia suis umeris sustineret*. — 23. *nequaquam pares*] Es waren nämlich darunter 4, vielleicht 5 Plebeier, wie aus den Namen hervorgeht. Schon dieser Umstand, ebenso wie das folg. Cap. zeigt, dass eine Aenderung mit der Organisation des Decemvirats vorging, welche nicht von dem Charakter des Appius und einem *consensus*

- 1 XXXVI. Ille finis Appio alienae personae ferendae fuit;  
 2 suo iam inde vivere ingenio coepit novosque collegas iam prius-  
 3 quam inirent magistratum, in suos mores formare. cotidie  
 4 coibant remotis arbitris: inde inpotentibus instructi consiliis,  
 5 quae secreto ab aliis coquebant, iam haud dissimulando super-  
 6 biam, rari aditus, conloquentibus difficiles, ad idus Maias rem  
 7 perduxere. idus tum Maiiae sollemnes ineundis magistratibus  
 8 erant. inito igitur magistratu primum honoris diem denun-  
 9 tiatione ingentis terroris insigne fecere. nam cum ita priores  
 10 decemviri servassent, ut unus fasces haberet, et hoc insigne  
 11 regium in orbem suam cuiusque vicem per omnes iret, subito  
 12 omnes cum duodenis fascibus prodire. centum viginti lictores  
 13 forum inpleverant, et cum fascibus secures inligatas praefere-  
 14 bant; nec adtinuisse demi securem, cum sine provocatione  
 15 creati essent, interpretabantur. decem regum species erat, mul-  
 16 tiplicatusque terror non infimis solum sed primoribus patrum,  
 17 ratis caedis causam ac principium quaeri, ut, si quis memorem  
 18 libertatis vocem aut in senatu aut ad populum misisset, statim  
 19 virgae securesque etiam ad ceterorum metum expedirentur.  
 20 nam praeter quam quod in populo nihil erat praesidii sublata  
 21 provocatione, intercessionem quoque consensu sustulerant, cum  
 22 priores decemviri appellatione collegae corrigi reddita ab se  
 23 iura tulissent, et quaedam, quae sui iudicii videri possent, ad  
 24 populum reiecissent. aliquamdiu aequatus inter omnes terror  
 25 fuit, paulatim totus vertere in plebem coepit. abstinebatur a  
 26 patribus; in humiliores lubricinose crudeliterque consulebatur.  
 27 hominum, non causarum toti erant. ut apud quos gratia vim

seiner Collegen abhängig gedacht werden kann. Nach Dion. X, 55 bestimmte die *lex de decemviris creandis* nur, dass die *decemviri* „ἐκ τῆς βουλῆς“ gewählt werden sollten; es waren also Plebeier nicht grundsätzlich ausgeschlossen.

1. *alienae personae*, die Rolle der Verstellung. Die folgende Schilderung lässt deutlich erkennen, dass Appius das Haupt einer oligarchischen Partei ist (Q. Fabius!). — 4. *inpotentibus*, machtlos, schrankenlos; *coquere* = brüten. — 11. *suam* — *vicem* (oder *sua* — *vice*?) adverbialer Acc.: wenn an jeden die ihn treffende Reihe kam, d. h. der Reihe nach (*in orbem*) in bestimmter Aufeinanderfolge (*vicem*). — 18. *ad populum*, in Contionen. — 21. Dion. X, 59: ὄρκια τεμόντες ἀπόρ-

ρητα τῷ πλήθει συνθήκας σφίσιν αὐτοῖς ἔθεντο περὶ μηδενὸς ἀλλήλοις ἐναντιοῦσθαι, ὅτι δ' ἂν εἰς ἐξ αὐτῶν δικαιοσύνη, τοῦθ' ἀπαντες ἠγγεῖσθαι κύριον, τὴν τ' ἀρχὴν καθέξειν διὰ βίον καὶ μηδένα παρήσειν ἕτερον ἐπὶ τὰ πράγματα, cf. § 9. Nach § 8 bleibt indessen die Appellation von einem Decemvir an den andern bestehen. — 26. Dion. X, 60: ἐταιρίαν ἕκαστοι συνῆγον ἐπιλεγόμενοι τοὺς θρασυτάτους τῶν νέων καὶ σφίσιν αὐτοῖς ἐπιτηδειοτάτους . . . ἵνα δ' αὐτοῖς εὐπρεπῶς τὰ γινόμενα ἔχη παράνομα καὶ δεινὰ ὄντα, ὡς δὴ σὺν τῷ δικαίῳ πραττόμενα, δικαστήρια ἐφ' ἐκάστῳ χρήματι ἀπεδίδοσαν ἦσαν δ' οἱ τε κατήγοροι ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων ἐκ τῶν συγκατασκευαζόντων τὴν τυραννίδα ὑποπεμπόμενοι, καὶ τὰ δικαστήρια



aequi haberet. iudicia domi conflabant, pronuntiabant in foro. si quis collegam appellasset, ab eo, ad quem venerat, ita discedebat, ut paeniteret non prioris decreto stetisse. opinio etiam sine auctore exierat non in praesentis modo temporis eos iniuriam conspirasse, sed foedus clandestinum inter ipsos iure iurando ictum, ne comitia haberent perpetuoque decemviratu possessum semel obtinerent imperium.

XXXVII. Circumspectare iam patriciorum vultus plebei et inde libertatis captare auram, unde servitatem timendo in eum statum rem publicam adduxerant. primores patrum odisse decemviros, odisse plebem; nec probare quae fierent, et credere haud indignis accidere; avidè ruendo ad libertatem in servitatem delapsos iuvare nolle; cumulari quoque iniurias, ut taedio paesentium consules duo tandem et status pristinus rerum in desiderium veniant.

Iam et processerat pars maior anni, et duae tabulae legum ad prioris anni decem tabulas erant adiectae, nec quicquam iam supererat, si eae quoque leges centuriatis comitiis perlatae essent, cur eo magistratu rei publicae opus esset. expectabant, quam mox consulibus creandis comitia edicerentur. id modo plebes agitabat, quonam modo tribuniciam potestatem, munimentum libertati, rem intermissam repararent: cum interim mentio comitorum nulla fieri. et decemviri, qui primo tribunicios homines, quia id populare habebatur, circum se ostentaverant plebei, patriciis iuvenibus saepserant latera. eorum catervae tribunalia obsidebant. hi ferre agere plebem plebisque res, cum fortuna publica privataque, quidquid cupitum foret, potentioris esset. et iam ne tergo quidem abstinebatur: virgis caedi alii, alii securi subici, et ne gratuita crudelitas esset, bonorum donatio sequi domini supplicium. hac mercede iuventus nobilis corrupta non modo non ire obviam iniuriae, sed propalam licentiam suam malle quam omnium libertatem.

XLIV. Sequitur aliud in urbe nefas, ab libidine ortum haud minus foedo eventu, quam quod per stuprum caedemque

ἐκ τῶν ἐταίρων ἀποδεικνύμενα, ὃ δὲ διημείβοντο ἀλλήλοις καταχαρίζόμενοι τὰς δίκας.

9. *auram*, Hoffnung. — 13. *delapsos*, unvermerkt, ohne ihr Wissen u. Wollen. — 13. *cumulari*, sc. *velle*, was aus *nolle* zu ergänzen ist, = *in servitatem delapsos iuvare nolle*, immo *cumulari quoque iniurias (velle) etc.* — 20. *quam mox* = ob nicht endlich bald, cf. V, 45, 1. — 26. *ferre agere*, wie Feinde förmlich

brandschatzen, ἄγειν καὶ φέρειν. — 28. Alles Eigenthum des Staates u. der Privaten war in der Gewalt der Machthaber, wenn diese nach irgend einem Besitz begeherten. — 29. Vgl. p. 40, 9.

33. Die Revolution in Rom benutzten die Aequer u. Sabiner zu Einfällen in das Römische Gebiet: jene lagerten auf dem Algidus u. bedrohten Tusculum, diese hatten bei Eretum ein Lager bezogen.

Lucretiae urbe regnoque Tarquinius expulerat, ut non finis solum idem decemviris, qui regibus, sed causa etiam eadem imperii amittendi esset. Ap. Claudium virginis plebeiae stuprandae libido cepit. pater virginis L. Verginius honestum ordinem in Alcido ducebat, vir exempli recti domi militiaeque. 5 perinde uxor instituta fuerat liberique instituebantur. desponderat filiam L. Icilio tribunicio, viro acri et pro causa plebis expertae virtutis. hanc virginem adultam, forma excellentem Appius amore ardens pretio ac spe perlicere adortus postquam omnia pudore saepta animadvertit, ad crudelem superbamque 10 vim animum convertit. M. Claudio clienti negotium dedit, ut virginem in servitutem adsereret, neque cederet secundum libertatem postulantibus vindicias, quod pater puellae abesset locum 6 iniuriae esse ratus. virgini venienti in forum — ibi namque in tabernaculis litterarum ludi erant — minister decemviri libidinis 15 manum iniecit serva sua natam servamque appellans; sequi se iubebat, cunctantem vi abstracturum. pavida puella stupente ad clamorem nutricis fidem Quiritium inplorantis fit concursus; Vergini patris sponsique Icili populare nomen celebratur, notos 7 gratia eorum, turbam indignitas rei virgini conciliat. iam a 20 vi tuta erat, cum adsertor nihil opus esse multitudine concitata ait: se iure grassari, non vi. vocat puellam in ius. auc-

Die Kriegführung der Decemvirn war unglücklich. Im Heere, welches den Sabinern gegenüber lagerte, wurde der frühere Volkstribun L. Siccius (Sicinius) Dentatus von den Decemvirn meuchlerisch ermordet. Daran reiht sich nun das Attentat auf Verginia. Dieses u. die folgenden Ereignisse fallen in das Jahr 449 v. Chr.: *idus Maias venere: nullis subrogatis magistratibus privati pro X viris neque animis ad inperium inminutis neque ad speciem honoris insignibus prodeunt. id vero regnum haud dubie videri.* Liv. III, 38. — 4. *honestum ordinem*, er war ein sehr geachteter Centurio, vgl. Heft II, 172, ein musterhafter (*recti exempli*) Bürger u. Soldat. — 7. *tribunicio*, Dion. XI, 28: ἦν ἐνεργώσατο Λεύκιος εἰς ἓκ τῶν δεδημαρχημότων νόδῳ Ἰυλλίου τοῦ πρώτου τε καταστησαμένον τὴν δημαρχικὴν ἐξουσίαν καὶ πρώτον λαβόντος. — 8. *expertae virtutis*, von erprobter Thatkraft u. Energie. — 11. *Claudio clienti*,

denn die Clienten (*πελάται*) führen den Gentilnamen ihrer *patroni*. — 12. *adsereret = vindicaret.* — 13. *postulantibus vindicias*] *vindiciae* ist das streitige Object, welches bis zur Entscheidung des Processes vom Magistratus einer Partei zuerkannt wurde, wofür Bürgen gestellt werden mussten (*praedes litis et vindiciarum*). In Processen um die Freiheit einer Person bestimmte das Zwölf-Tafelgesetz, dass die *vindiciae* dem die Freiheit Vindicirenden zugesprochen werden sollten (*vindicias dare (postulare) secundum libertatem*). — 13. Wegen der Abwesenheit des Vaters, fehlte der *κύριος*, welcher die *vindicias secundum libertatem* rechtlich fordern konnte. — 15. Dion. XI, 28: ἦν δὲ τὰ διδασκαλεῖα τότε τῶν παιδῶν περὶ τὴν ἀγοράν. — 16. *manum iniecit*] Als *adsertor* (oder *petitor*). — 18. *fidem*, Schutz. — 19. *celebratur*, war in aller Mund, daher bekannt. Dies bewirkt allgemeine Theilnahme. — 22. Wenn z. B.

toribus, qui aderant, ut sequeretur, ad tribunal Appi perventum est. notam iudici fabulam petitor, quippe apud ipsum auctorem 9 argumenti, peragit: puellam domi suae natam furtoque inde in domum Vergini translata suppositam ei esse; id se indicio 10 conpertum adferre probaturumque vel ipso Verginio iudice, ad quem maior pars iniuriae eius pertineat; interim dominum sequi ancillam aequum esse. advocati puellae, cum Verginium 11 rei publicae causa dixissent abesse, biduo adfuturum, si nuntiatum ei sit; iniquum esse absentem de liberis dimicare, postulant, ut rem integram in patris adventum differat, lege ab ipso 0 lata vindicias det secundum libertatem, neu patiatur virginem adultam famae prius quam libertatis periculum adire.

XLV. Appius decreto praefatus, quam libertati faverit, 1 eam ipsam legem declarare, quam Vergini amici postulationi 5 suae praetendant; ceterum ita in ea firmum libertati fore praesidium, si nec causis nec personis variet: in iis enim, qui adserantur in libertatem, quia quivis lege agere possit, id iuris esse; in ea, quae in patris manu sit, neminem esse alium, cui dominus possessione cedat: placere itaque patrem arcessi; interea 3 iuris sui iacturam adsertorem non facere, quin ducat puellam sistendamque in adventum eius, qui pater dicatur, promittat. adversus iniuriam decreti cum multi magis fremerent quam 4 quisquam unus recusare auderet, P. Numitorius puellae avun-

Virginia willig folgte u. Niemand, der ein Recht dazu hatte, Einspruch erhob, so war ein Rechtsverfahren unnöthig. Jetzt erhebt der Client rechtlichen Anspruch auf Virginia vor dem Richter (*in iure*). Virginia ist hier ohne Rechtsbeistand, weil der Vater nicht anwesend ist, in dessen *potestas* sie bisher war, aber das anwesende Volk ist bereit, für sie einzutreten. — 2. *iudici*, uneigentlich für *magistratui*, welcher die Cognition des Prozesses hat. — 3. *argumenti* = *fabulae*, der Intrigue, Comödie. — 6. *pertineat*, welcher am meisten bei der Sache betrogen worden sei; *iniuria* = Rechtswidrigkeit, Frevel, der an jemand verübt wird. Ein anderer *dominus* als der Client sei jetzt nicht vorhanden. — 10. *rem integram*, denn in den Augen der *advocati* ist die Sache nicht mehr *res integra*, wenn Virginia bis zur Entscheidung in die Gewalt des *adsertor* kommt.

13. Der Entscheidung (*decretum*)

schickt der *magistratus* seine rechtlichen Motive voraus (*praefatur*). — 15. *praetendant*, geltend machen, ohne dass sie dazu ein Recht haben. — 16. *variet*, intr. schwanke, d. h. wenn das Recht nicht nach Rücksichten geübt werde. — 17. *id iuris esse*] = Gelte diese Rechtsbestimmung, dass die *vindiciae* dem die Libertät Vindicirenden zuerkannt würden. Da der Vater nicht zugegen ist und kein Anderer seine Stelle vertreten kann, so würde der *dominus*, meint Appius, eine *iactura* erleiden, weil ihm für die *vindiciae* nicht Bürgen gestellt werden könnten — 19. *dominus*, Eigenthümer, der die Forderung erhebt; *possessio* ist der interimistische Besitz des Klageobjects bis zur Entscheidung des Prozesses. — 20. *quin*: er gebe sein Recht auf den Besitz nicht auf, so dass (wodurch) er das Mädchen nicht in seine Gewalt brächte = er solle daher — — in seine Gewalt nehmen etc. — 23. *recusare*, sc. *iniuriam*. — 23. *avunculus*, ó

5 culus et sponsus Icilius interveniunt. dataque inter turbam  
 via, cum multitudo Icili maxime interventu resisti posse Appio  
 crederet, lictor decresse ait, vociferantemque Icilium submovet.  
 6 placidum quoque ingenium tam atrox iniuria accendisset: „ferro  
 hinc tibi submovendus sum, Appi“ inquit, „ut tacitum feras  
 7 quod celari vis. virginem ego hanc sum ducturus nuptamque  
 pudicam habiturus. proinde omnes collegarum quoque lictores  
 8 convoca, expediri virgas et secures iube: non manebit extra  
 domum patris sponsa Icili. non, si tribunicium auxilium et  
 9 provocationem plebi Romanae, duas arces libertatis tuendae,  
 ademistis, ideo in liberos quoque nostros coniugesque regnum  
 10 vestrae libidini datum est. saevite in tergum et in cervices  
 nostras: pudicitia saltem in tuto sit. huic si vis adferetur, ego  
 praesentium Quiritium pro sponsa, Verginius militum pro unica  
 11 filia, omnes deorum hominumque inplorabimus fidem, neque  
 tu istud umquam decretum sine caede nostra referes. postulo  
 Appi, etiam atque etiam consideres, quo progrediare. Ver-  
 12 ginus viderit de filia, ubi venerit, quid agat: hoc tantum sciat,  
 sibi, si huius vindictis cesserit, condicionem filiae quaerendam  
 esse. me vindicantem sponsam in libertatem vita citius de-  
 13 seret quam fides.“

1 XLVI. Concitata multitudo erat certamenque instare vide-  
 batur. lictores Icilium circumsteterant. nec ultra minas tamen  
 2 processum est, cum Appius non Verginiam defendi ab Icilio,  
 sed inquietum hominem et tribunatum etiam nunc spirantem  
 3 locum seditioni quaerere diceret. non praebiturum se illi eo  
 die materiam: sed ut iam sciret, non id petulantiae suae sed  
 Verginio absenti et patrio nomini et libertati datum, ius eo  
 die se non dicturum neque decretum interpositurum; a M.  
 Claudio petiturum, ut decederet iure suo vindicarique puellam  
 4 in posterum diem pateretur. quod nisi pater postero die ad-  
 fuisset, denuntiare se Icilio similibusque Icili neque legi suae  
 latorem neque decemviro constantiam defore; nec se utique  
 5 collegarum lictores convocaturum ad coercendos seditionis auc-  
 tores, contentum se suis lictoribus fore. Cum dilatatum tempus  
 iniuriae esset secessissentque advocati puellae, placuit omnium

πρὸς μητρὸς θεῖος τῆς παρθένου  
 nach Dion. — 16. referes, durch-  
 setzen, *tamquam rem debitam*. Dies  
 kommt eigentlich dem Kläger zu,  
 da dieser aber in der Ausübung  
 seines Rechts gehindert wird, so  
 muss der *magistratus* für ihn ein-  
 treten. Daher nicht *perferes*. —  
 19. *condicionem*] = eine andere  
 Partie (*sponsus*).

25. *trib. spirantem*, ein unruhiger  
 Kopf, welcher noch von Tribunen-  
 stolz erfüllt sei. — 29. *neque de-  
 cretum interpositurum*] = Er wolle  
 seine (Cap. 45 erwähnte) Entschei-  
 dung nicht geltend machen; er  
 cassiert sein Urtheil und sieht die  
 Verhandlung als nichtgeschehen an.  
 — 33. *nec — utique*, durchaus nicht;  
 Antwort auf v. 7—8. —

primum fratrem Icili filiumque Numitorii, inpigros iuvenes, pergere inde recta ad portam et, quantum accelerari posset, Verginium accire e castris; in eo verti puellae salutem, si postero die vindex iniuriae ad tempus praesto esset. iussi pergunt, 6  
 5 citatisque equis nuntium ad patrem perferunt. cum instaret 7  
 adsertor puellae, ut vindicaret sponsoresque daret, atque id ipsum agi diceret Icilius, sedulo tempus terens, dum praciperent iter nuntii missi in castra, manus tollere undique multitudo, et se quisque paratum ad spondendum Icilio ostendere. atque 8  
 10 ille lacrimabundus „gratum est“ inquit; „crastina die vestra opera utar, sponsorum nunc satis est.“ ita vindicatur Verginia 9  
 spondentibus propinquis. Appius paulisper moratus, ne eius rei causa sedisse videretur, postquam omissis rebus aliis prae cura unius nemo adibat, domum se recepit collegisque in  
 15 castra scribit, ne Verginio commeatum dent atque etiam in custodia habeant. inprobum consilium serum, ut debuit, fuit, 10  
 et iam commeatu sumpto profectus Verginius prima vigilia erat, cum postero die mane de retinendo eo nequiquam litterae redduntur.

20 XLVII. At in urbe prima luce cum civitas in foro ex- 1  
 pectatione erecta staret, Verginius sordidatus filiam secum obsoleta veste, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti ad- vocatione in forum deducit. circumire ibi et prensare homines 2  
 coepit et non orare solum precariam opem, sed pro debita  
 25 petere: se pro liberis eorum ac coniugibus cotidie in acie stare, nec alium virum esse, cuius strenue ac ferociter facta in bello plura memorari possent: quid prodesse, si incolumi urbe, quae capta ultima timeantur, liberis suis sint patienda? haec prope contionabundus circumibat homines. similia his ab  
 30 Icilio iactabuntur. comitatus muliebris plus tacito fletu quam 3  
 ulla vox movebat. adversus quae omnia obstinato animo Appius — tanta vis amentiae verius quam amoris mentem turbaverat — in tribunal escendit, et ultro querente pauca petitor, quod  
 35 ius sibi pridie per ambitionem dictum non esset, priusquam aut ille postulatum perageret, aut Verginio respondendi daretur

4. *vindex iniuriae*, Beschützer, Vertreter des Mädchens gegen die gewissenlose Klage. Nur dem Vater gestattet das Recht diese Function. — 6. *vindicaret* = *vindicias postularet*, *puellam tamquam vindicias*. Dies gestattet jetzt der Kläger dem Icilius freiwillig. — 9. *atque*, da. — 10. *gratum est*, wie *benigne*, ablehnend.

20. *exsp. erecta*, in gespannter Erwartung. — 22. *advocatione* = *cum ingenti advocatorum numero*. — 24. *pro debita*, als sein Recht: es sei Pflicht der Bürger, ihm zu helfen. — 28. *capta*, Abl. abs.; *ultima* = *τὰ ἔσχατα*. — 30. *quam ulla vox*, als irgend welche Aeusserungen es vermocht hätten. — 34. *per ambitionem*, aus persönlichen Rücksich-

5 locus, Appius interfatur. quem decreto sermonem praetenderit  
 — forsan aliquem verum auctores antiqui tradiderint — quia  
 nusquam ullum in tanta foeditate decreti veri similem invenio,  
 id quod constat nudum videtur proponendum, decresse vindicias  
 secundum servitutum. primo stupor omnes admiratione  
 6 rei tam atrocis defixit; silentium inde aliquamdiu tenuit. dein,  
 cum M. Claudius circumstantibus matronis iret adprehenden-  
 dam virginem, lamentabilisque eum mulierum comploratio excepisset,  
 Verginius intentans in Appium manus „Icilio“ inquit,  
 7 „Appi, non tibi filiam despondi, et ad nuptias, non ad stuprum  
 educavi. placet pecudum ferarumque ritu promise in concubitus  
 ruere? passurine haec isti sint, nescio; non spero esse passuros  
 illos qui arma habent.“ cum repelleretur adsertor virginis a globo  
 mulierum circumstantiumque advocatorum, silentium factum per  
 praeconem.

1 XLVIII. Decemvir alienatus ad libidinem animo negat  
 ex hesterno tantum convitio Icili violentiaque Verginii, cuius  
 testem populum Romanum habeat, sed certis quoque indicibus  
 conpertum se habere, nocte tota coetus in urbe factos esse  
 2 ad movendam seditionem. itaque se haud inscium eius dimi-  
 cationis cum armatis descendisse, non ut quemquam quietum  
 violaret, sed ut turbantes civitatis otium pro maiestate imperii  
 3 coerceret. „proinde quiesse erit melius“ inquit: „lictor sub-  
 move turbam, et da viam domino ad prendendum mancipium.“  
 cum haec intonisset plenus irae, multitudo ipsa se sua sponte  
 4 dimovit, desertaque praeda iniuriae puella stabat. tum Ver-  
 ginus, ubi nihil usquam auxilii vidit, „quaeso“ inquit, „Appi,  
 primum ignosce patrio dolori, si quid inclementius in te sum  
 invectus; deinde sinas hic coram virgine nutricem percontari,  
 quid hoc rei sit, ut, si falso pater dictus sum, aequiore hinc  
 5 animo discedam.“ data venia seducit filiam ac nutricem prope  
 Cloacinae ad tabernas, quibus nunc novis est nomen, atque ibi  
 ab lanio cultro arrepto „hoc te uno quo possum“ ait „modo,  
 6 filia, in libertatem vindico“: pectus deinde puellae transfigit,

ten. — 1. quem—praetenderit hängt von quia nusquam—invenio ab, obwohl der letztere Satz durch ein Object erweitert ist. Nach Dion. fällt Appius sofort das richterliche Urtheil, indem er zugleich als Belastungszeuge gegen Verginia auftritt. — 4. decresse vindicias secundum servitutum] d. h. er sprach den einstweiligen Besitz der Verginia dem Claudius zu. — 11. Vgl. Hor. Sat. I, 3, 109—114.

16. negat—tantum = dicit non tantum. — 18. certis indicibus, auf Grund zuverlässiger Angaben. — 21. cum armatis, cf. c. 49, 2. — 24. mancipium est quod manu capitur Varro L. L. VI, 87. — 32. Cloacinae] sc. sacrum, Beiname der Venus: cluere enim antiquitus purgare dicebant (Plinius). — 32. novis, an der Nordseite des Forums. —

respectansque ad tribunal „te“ inquit, „Appi, tuumque caput sanguine hoc consecro.“ clamore ad tam atrox facinus orto excitus Appius comprehendit Verginium iubet. ille ferro quacumque ibat viam facere, donec multitudine etiam prosequen-  
 5 tium tuente ad portam perrexit. Icilius Numitoriusque ex- 7  
 sanguine corpus sublatum ostentant populo; scelus Appi, puellae infelicem formam, necessitatem patris deplorant. sequentes 8  
 clamitant matronae, eamne liberorum procreandorum condi-  
 tionem, ea pudicitiae praemia esse, cetera, quae in tali re  
 10 muliebris dolor, quo est maestior inbecillo animo, eo misera-  
 bilia magis querentibus subicit. virorum et maxime Icili vox 9  
 tota tribuniciae potestatis ac provocationis ad populum ereptae  
 publicarumque indignationum erat.

XLIX. Concitatur multitudo partim atrocitate sceleris 1  
 15 partim spe per occasionem repetendae libertatis. Appius nunc 2  
 vocari Icilium, nunc retractantem arripi, postremo, cum locus  
 adeundi apparitoribus non daretur, ipse cum agmine patrici-  
 orum iuvenum per turbam vadens in vincula duci iubet. iam 3  
 circa Icilium non solum multitudo sed duces quoque multitu-  
 20 dinis erant L. Valerius et M. Horatius, qui repulso lictore, si  
 iure ageret, vindicare se a privato Icilium aiebant; si vim  
 adferre conaretur, ibi quoque haud in pares fore. hinc atrox  
 rixa oritur. Valerium Horatiumque lictor decemviri invadit: 4  
 franguntur a multitudine fasces. in contionem Appius escendit,  
 25 secuntur Horatius Valeriusque: eos contio audit, decemviro  
 obstrepitur. iam pro imperio Valerius discedere a privato 5  
 lictores iubebat, cum fractis animis Appius vitae metuens in  
 domum se propinquam foro insciis adversariis capite obvoluto  
 recipit. Sp. Oppius, ut auxilio collegae esset, in forum ex 6  
 30 altera parte inrumpit. videt imperium vi victum. agitatus  
 deinde consiliis, ad quae ex omni parte adsentiendo multis  
 auctoribus trepidaverat, senatum postremo vocari iussit. ea 7

8. *eamne—esse*, Fragen der Indignation, welche nach *clamitant* ganz selbstständig eingefügt sind. — 10. *inbecillo animo*, wegen des Mangels an Selbstbeherrschung ist der Schmerz heftiger (*maestior*). — 12. *tota c. Gen.* = sich mit etwas ausschliesslich beschäftigen, cf. 80, 27.

20. *si iure ageret*] = Wenn er als Ankläger (desh. als *privatus*) den Rechtsweg gegen Icilius betrete, denn als Magistrat, glauben sie, habe Appius kein Recht, sofort einzuschreiten; *vindicare* = in Schutz

nehmen. — 24. Dion. XI, 39: *οἱ δὲ περὶ τὸν Οὐαλέριον ἕτερον τύπον τῆς ἀγορᾶς καταλαβόμενοι . . ἑτέραν συνήγον ἐκκλησίαν*. Damit haben Valerius und Horatius sich ein *imperium* angemasst, welches sie sofort gegen die Amtsdienere des Appius kehren. — 27. *animis*, Trotz. — 31. *ad quae—trepidaverat*, nach denen er den vielfachen einander widersprechenden (*ex. o. p.*) Rathgebern Gehör gebend ohne Plan gehandelt hatte. Indessen ist *ad quae* nicht sicher.

res, quod magnae parti patrum displicere acta decemvirorum videbantur, spe per senatum finiendae potestatis eius multitudinem sedavit. senatus nec plebem inritandam censuit et multo magis providendum, ne quid Verginii adventus in exercitu motus faceret.

#### 4. Zweite Secessio der Plebs. Sturz des Decemvirats.

(Liv. III, 50—55).

1 L. Itaque missi iuniores patrum in castra, quae tum in  
 2 monte Vecilio erant, nuntiant decemviris, ut omni ope ab  
 3 seditione milites contineant. ibi Verginius maiorem, quam re-  
 4 liquerat in urbe, motum excivit. nam praeterquam quod 10  
 5 agmine prope quadringentorum hominum veniens, qui ab urbe  
 6 indignitate rei accensi comites ei se dederant, conspectus est,  
 7 strictum etiam telum respersusque ipse cruore tota in se castra  
 8 convertit. et togae multifariam in castris visae maioris ali-  
 9 quanto quam erat speciem urbanae multitudinis fecerant. quae 15  
 10 rentibus, quid rei esset, flens diu vocem non misit; tandem,  
 11 ut iam ex trepidatione concurrentium turba constitit ac silen-  
 12 tium fuit, ordine cuncta ut gesta erant exposuit. supinas  
 13 deinde tendens manus conmiliones appellans orabat, ne, quod  
 14 scelus Appi Claudii esset, sibi adtribuerent, neu se ut parrici- 20  
 15 dam liberum aversarentur. sibi vitam filiae sua cariorem fuisse,  
 16 si liberae ac pudicae vivere licitum fuisset: cum velut servam  
 17 ad stuprum rapi videret, morte amitti melius ratum quam con-  
 18 tumelia, misericordia se in speciem crudelitatis lapsum. nec  
 19 se superstitem filiae futurum fuisse, nisi spem ulciscendae mortis 25  
 20 eius in auxilio conmilitionum habuisset. illis quoque enim  
 21 filias sorores coniuges derique esse, nec cum filia sua libidinem  
 22 Appi Claudii extinctam esse, sed quo inpunitor sit, eo effrena-  
 23 tiorem fore. aliena calamitate documentum datum illis cavendae

8. *in monte Vecilio*] In der Nähe des Algidus. Der Senat bemüht sich zunächst, einer Revolution im Lager vorzubeugen, was den Plebeiern als Unterstützung der Decemvirn erscheint. — 12. *conspectus est*, Aufsehen erregte. — 13. *telum* ist in der Rechtsprache *vox propria* für jedes Mordwerkzeug. — 17. *ex trepidatione*, nach der ersten Aufregung. Zu *turba* gehört *concurr-*

*tium*; das *concurrere* führt zur *trepidatio*, als diese aufhörte, bildet sich ein geordneter Kreis von Zuhörern und tritt alsbald Ruhe ein. — 21. *fuisse* scheinbar für *futuram fuisse*, aber das Leben der Tochter war ihm wirklich theurer als sein eignes, wenn es ihr nur — gestattet gewesen wäre. — 29. *documentum*, eindringliche Mahnung, wie man — müsse. —



similis iniuriae. quod ad se adtineat, uxorem sibi fato ereptam, filiam, quia non ultra pudica victura fuerit, miseram sed honestam mortem occubuisse. non esse iam Appi libidini locum 9 in domo sua; ab alia violentia eius eodem se animo suum  
 5 corpus vindicaturum, quo vindicaverit filiae; ceteri sibi ac liberis suis consulere. haec Verginio vociferanti succlamabat 10 multitudo, nec illius dolori nec suae libertati se defuturos. et inmixti turbae militum togati atrocius eadem illa querendo docendoque, quanto visa quam audita indigniora debuerint vi-  
 10 deri, simul profligatam iam rem nuntiando Romae esse, insecti eos denique, qui Appium prope interemptum in exilium 11 abisse dicerent, perpulerunt, ut ad arma conclamaretur, vellentque signa et Romam proficiscerentur. decemviri simul his, 12 quae videbant, iisque, quae acta Romae audierant perturbati  
 15 alius in aliam partem castrorum ad sedandos motus discurrent. et leniter agentibus responsum non redditur; imperium si quis inhi- 13 beret, et viros et armatos se esse responderetur. eunt agmine  
 ad urbem et Aventinum insidunt, ut quisque occurrerat, plebem ad repetendam libertatem creandosque tribunos plebis adhor-  
 20 tantes. alia vox nulla violenta audita est. senatum Sp. Oppius habet. nihil placet aspere agi: quippe ab ipsis datum 14 locum seditionis esse. mittuntur tres legati consulares, Sp.  
 Tarpeius C. Iulius P. Sulpicius, qui quaererent senatus verbis, cuius iussu castra deseruissent, aut quid sibi vellent, qui armati  
 25 Aventinum obsedissent belloque averso ab hostibus patriam suam cepissent. non defuit quod responderetur, deerat qui da- 16 ret responsum, nullo dum certo duce, nec satis audentibus sin-  
 gulis invidiae se offerre. id modo a multitudine conclamatum est, ut L. Valerium et M. Horatium ad se mitterent: iis se  
 30 daturus responsum.

LI. Dimissis legatis admonet milites Verginius, in re non 1 maxima paulo ante trepidatum esse, quia sine capite multitudo

8. Leute aus der Stadt (*togati*), welche dieselben Vorgänge mit um so grösserer Heftigkeit (*atrocius*) erzählten, je mehr Erbitterung der Anblick der That selbst hervorrufen musste, zugleich aber auch meldeten, dass die Macht der Decemviren in Rom niedergeworfen sei, endlich andere, welche ihnen nachkamen und die Nachricht brachten, dass Appius bereits Rom verlassen habe, brachten es dahin, dass etc. — 16. *et = et leniter quidem agentibus*, wozu der Gegensatz folgt: *imperium si inhiberet*, wenn dagegen einer von

seiner Gewalt Gebrauch machen wollte (*inhibere*), so erhielt er zur Antwort etc. Folglich ist das Particip aufzulösen: *et leniter quidem si quis ageret, responsum non redditur*. — 22. Weil sie mit Energie gegen die Gewaltthätigkeiten der Decemviren vorgegangen waren, cf. p. 88, 9. — 23. *sen. verbis*, im Namen des Senats.

31. Die schroffe Aristokratie hatte, wie es scheint, gehofft, das Tribunal für immer beseitigen zu können, das Volk besteht aber fest u. rücksichtslos auf seinen alten Rechten.

fuerit, responsumque, quamquam non inutiliter, fortuito tamen  
 2 magis consensu quam communi consilio esse. placere decem  
 3 creati, qui summae rei praeesent, militarique honore tribunos  
 4 militum appellari. cum ad eum ipsum primum is honos de-  
 ferretur, „melioribus meis vestrisque rebus reservate“ inquit 5  
 „ista de me iudicia; nec mihi filia inulta honorem ullum iucun-  
 dum esse patitur, nec in perturbata re publica eos utile est  
 5 praeesse vobis, qui proximi invidiae sunt. si quis usus mei  
 6 est, nihilo minor ex privato capietur.“ ita decem numero tri-  
 bunos militares creant. 10

7 Neque in Sabinis quievit exercitus. ibi quoque auctore  
 Icilio Numitorioque secessio ab decemviris facta est non mi-  
 nore motu animorum Sicci caedis memoria renovata, quam  
 quem nova fama de virgine adeo foede ad libidinem petita  
 8 accenderat. Icilius ubi audivit tribunos militum in Aventino 15  
 creatos, ne comitiorum militarium praerogativam urbana co-  
 mitia isdem tribunis plebis creandis sequerentur, peritus rerum  
 9 popularium imminensque ei potestati, et ipse, priusquam iretur  
 10 ad urbem, pari potestate eundem numerum ab suis creandum  
 curat. porta Collina urbem intravere sub signis, mediaque 20  
 urbe agmine in Aventinum pergunt. ibi coniuncti alteri exer-  
 citui viginti tribunis militum negotium dederunt, ut ex suo  
 numero duos crearent, qui summae rerum praeesent. M. Op-  
 11 pium Sex. Manilium creant. — Patres solliciti de summa re-  
 rum, cum senatus cotidie esset, iurgiis saepius terunt tempus 25  
 12 quam consiliis. Sicci caedes decemviris et Appiana libido et  
 dedecora militiae obiciebantur. placebat Valerium Horatium-  
 que ire in Aventinum. illi negabant se aliter ituros, quam  
 si decemviri deponerent insignia magistratus eius, quo anno  
 13 iam ante abissent. decemviri querentes se in ordinem cogi 30

Endlich siegt im Senate die mildere Partei. — 9. Dion. XI, 43: τῇ θ' ἑξῆς ἡμέρᾳ κρατυνάμενοι τὸν χάρακα καὶ χιλιάρχους δέκα τῶν κοινῶν ἀποδείξαντες κυρίους, ὧν ἡγεμῶν ἦν Μάρκος Ὀπίσιος, ἔμενον ἐφ' ἡσυχίας. — 16. Der Ausdruck *praerogativa* ist der Sitte und dem Sprachgebrauch späterer Zeit entlehnt. Nach der Reform der Centurienverfassung (etwa um 240 v. Chr.) wurde durch das Loos immer die Centurie bestimmt, welche zuerst abstimmen sollte. In dieser Entscheidung des Looses erkannte man den Willen der Gottheit. Die Folge war, dass der Abstimmung der ersten Centurie (*praerogativa*)

die übrigen Centurien in der Regel folgten. Aehnlich wie hier XXI, 3: *in Hasdrubalis locum haud dubia res fuit, quin praerogativam militarem, qua extemplo Hannibal imperator appellatus erat, favor plebis sequeretur.* — 17. *per. rerum pop.*, in der Kunst der Demagogie (Wahl-agitation) erfahren. — 18. *imminens = inhians.* — 20. *sub signis*, also in voller militärischer Ordnung. — 23. Dion. XI, 44: ἐκ δὲ τῶν εἰκοσὶ τοῦς ἐπιφανεστάτους ἀπέδειξαν δύο προβούλους: οὗτοι βουλευτήριον (consilium) ἐξ πάντων καταστήσαντες τῶν λογαίων, μετ' ἐκείνων πάντα διετέλουν πραγματευόμενοι. — 29. Was heisst *anno ante*? — 30. *in*

non ante quam perlatis legibus, quarum causa creati essent, deposituros imperium se aiebant.

LII. Per M. Duilium, qui tribunus plebis fuerat, certior 1  
 facta plebs, contentionibus adsiduis nihil transigi, in Sacrum 2  
 5 montem ex Aventino transit adfirmante Duilio non prius, quam  
 deseri urbem videant, curam in animos patrum descensuram:  
 admoniturum Sacrum montem constantiae plebis, cessurosque,  
 si non restituta tribunicia potestate redigi in concordiam res  
 nequeant. via Nomentana, cui tum Ficulensi nomen fuit, pro- 3  
 10 fecti castra in monte Sacro locavere modestiam patrum suorum  
 nihil violando imitati. secuta exercitum plebs nullo, qui per  
 aetatem ire posset, retractante. prosecuntur coniuges liberique, 4  
 cuinam se relinquerent in ea urbe, in qua nec pudicitia nec  
 libertas sancta esset, miserabiliter rogitantes. — Cum vasta Romae 5  
 15 omnia insueta solitudo fecisset, in foro praeter paucos seniorum  
 nemo esset, vocatis utique in senatum patribus desertum ap-  
 paruisset forum, plures iam quam Horatius ac Valerius voci-  
 ferabantur: „quid expectabitis, patres conscripti? si decemviri 6  
 finem pertinaciae non faciunt, ruere ac deflagrare omnia pas-  
 20 suri estis? quod autem istud imperium est, decemviri, quod  
 amplexi tenetis? tectis ac parietibus iura dicturi estis? non 7  
 pudet lictorum vestrorum maiorem prope numerum in foro  
 conspici quam togatorum aliorum? quid, si hostes ad urbem  
 veniant, facturi estis? quid, si plebs mox, ubi parum secessione  
 25 moveatur, armata veniat? occasune urbis vultis finire imperium?  
 atqui aut plebs non est habenda aut habendi sunt tribuni ple- 8  
 bis: nos citius caruerimus patriciis magistratibus quam illi  
 plebeis. novam inexpertamque eam potestatem eripuerunt patri- 9  
 bus nostris, ne nunc dulcedine semel capti ferant desiderium,  
 30 cum praesertim nec nos temperemus imperiis, quo minus illi  
 auxilii egeant.“ cum haec ex omni parte iactarentur, victi con-  
 sensu decemviri futuros se, quanto ita videatur, in potestate 10

*ordinem cogi*, cf. zu p. 79, 11. —  
 4. Sie verlassen den Aventinus, um den Patriciern damit kund zu geben, dass die Plebs eventuell entschlossen ist, sich von der Gemeinschaft mit Rom gänzlich loszusagen, Cicero lässt zuerst den *mons sacer*, dann erst den Aventinus von den Truppen besetzen. — 9. *Ficulensi*, nach der Stadt *Ficulea vetus* I, 38, 4. Nomentum war latinische Bundesstadt. — 11. *imitati* für *cum imitarentur* oder *imitati essent*? — 14. *vasta*, verödet, wegen der *solitudo*, Menschenleere, Stille, Leblosgkeit. Dieser Zustand war die Folge der

allgemeinen Spannung u. Unsicherheit, welche auch Patricier u. Clienten von der Strasse verscheuchte. — 19. *ruere ac deflagrare*, dass Alles der Auflösung und Vernichtung anheimfällt. — 23. *aliorum*, weil auch die Lictoren die Toga trugen. — 26. *habenda*, Zumpt § 650. — 29. *ne*, = *nedum*. — 30. *quo minus*, eigentlich: auf welche Weise, wenn wir nämlich das *temperare* übten, sie weniger der Hülfe bedürftig wären. — 32. *fut. in pot. ist vox propria* von dem, welcher sich dem Beschluss des Senats unterordnet.

11 patrum adfirmant. id modo simul orant ac monent, ut ipsis  
ab invidia caveatur, nec suo sanguine ad supplicia patrum ple-  
bem adsuefaciant.

1 LIII. Tum Valerius Horatiusque missi ad plebem condi-  
cionibus, quibus vederetur, revocandam componendasque res 5  
decemviris quoque ab ira et impetu multitudinis praecavere  
2 iubentur. profecti gaudio ingenti plebis in castra accipiuntur,  
quippe liberatores haud dubie et motus initio et exitu rei. ob  
haec iis advenientibus gratiae actae. Icilius pro multitudine  
3 verba facit. idem, cum de condicionibus ageretur, quaerentibus 10  
legatis quae postulata plebis essent, composito iam ante ad-  
ventum legatorum consilio ea postulavit, ut appareret in aequitate  
rerum plus quam in armis reponi spei. potestatem enim tri-  
4 buniciam provocationemque repetebant, quae ante decemviros  
creatos auxilia plebis fuerant, et ne cui fraudi esset concisse 15  
milites aut plebem ad repetendam per secessionem libertatem.  
5 de decemvirorum modo supplicio atrox postulatum fuit: dedi  
quippe eos aequum censebant, vivosque igni concrematurus mi-  
6 nabantur. legati ad ea: „quae consilii fuerunt, adeo aequa  
postulastis, ut ultro vobis deferenda fuerint: libertati enim ea 20  
7 praesidia petitis, non licentiae ad inpugnandos alios. irae vestrae  
magis ignoscendum quam indulgendum est, quippe qui crudelitatis  
odio in crudelitatem ruitis, et prius paene, quam ipsi liberi sitis,  
8 dominari iam in adversarios vultis. numquamne quiescet civitas  
nostra a suppliciis aut patrum in plebem Romanam aut plebis 25  
9 in patres? scuto vobis magis quam gladio opus est. satis  
superque humili est, cum iure aequo in civitate vivitur, nec

— 8. *motus initio*, vgl. p. 87, 19. Dass Icilius im Namen der Plebs mit der Deputation des Senats unterhandelt, ist nach p. 90, 23 auffallend. Livius scheint hier verschiedenen Quellen zu folgen. Der Bericht des Dion. ist durch eine Lücke unterbrochen. — 12. *in aequitate rerum*, sie vertrauten mehr der Gerechtigkeit ihrer Sache, ihrer Forderungen. — 15. *ne cui fraudi*, Amnestie. Auffallend ist es, dass über das *conubium* etc. nicht verhandelt, sondern einfach der frühere Rechtszustand wieder hergestellt wird. Auch die Annahme der letzten zwei Gesetzestafeln scheint bedingungslos zugestanden zu sein. — 18. *igni concrematurus*] „P. Mucius trib. pl. omnes collegas suos, qui duce Sp. Cassio id egerant ut ma-

*gistratibus non subrogatis communis libertas in dubium vocaretur, vivos concremavit.*“ Val. Max. — 19. *consilii*, Ueberlegung = eure politischen Forderungen sind so gerecht und billig etc. — 22. *magis — quam*, wohl — aber nicht. — 27. Es ist für den gemeinen Mann (*humilis*) genug u. übergenuß, wenn Rechtsgleichheit im Staate herrscht. Denn wenn ihr Anklagen erheben wollt (*metuendos*), so geben euch die *leges sacrae* und eure plebeischen Magistrate volle Gewalt, in jedem einzelnen Fall über unser Wohl u. Wehe zu entscheiden. Ueber Capitalverbrechen konnten allerdings seit dem Zwölftafelgesetz nur die Centuriatcomitien aburtheilen, aber die Tributcomitien konnten grosse Geldstrafen auflegen, welche

inferendo iniuriam nec patiēdo. nam si quando metuēdos vos praebituri estis, cum recipēdatis magistratibus legibusque vestris iudicia penes vos erunt de capite nostro fortunisque, tunc ut quaeque causa erit statuētis: nunc libertatem repeti  
5 satis est.“

LIV. Facerent ut vellent permittentibus cunctis mox re- 1  
dituros se legati rebus perfectis adfirmant. profecti cum man- 2  
data plebis patribus exposuissent, alii decemviri, quando quidem  
praeter spem ipsorum supplicii sui nulla mentio fieret, haud  
10 quicquam abnuere; Appius truci ingenio et invidia praecipua 3  
odium in se aliorum suo in eos metiens odio „haud ignaro“ 4  
inquit „imminet fortuna. video, donec arma adversariis tra- 4  
dantur, differri adversus nos certamen. dandus invidiae est  
sanguis. nihil ne ego quidem moror, quo minus decemviratu  
15 abeam.“ factum senatus consultum, ut decemviri se primo 5  
quoque tempore magistratu abdicarent, Q. Furius pontifex maxi-  
mus tribunos plebis crearet, et ne cui fraudi esset secessio  
militum plebisque. his senatus consultis perfectis dimisso se- 6  
natu decemviri prodeunt in contionem abdicantque se magistratu  
20 ingenti hominum laetitia. nuntiantur haec plebi. legatos quid- 7  
quid in urbe hominum supererat prosequitur. huic multitudini  
laeta alia turba ex castris occurrit. congratulantur libertatem  
concordiamque civitati restitutam. legati pro contione: „quod 8  
bonum faustum felixque sit vobis rei publicae, redite in  
25 patriam ad penates, coniuges liberosque vestros. sed, qua hic  
modestia fuistis, ubi nullius ager in tot rerum usu necessario  
tantae multitudini est violatus, eam modestiam ferte in urbem.  
in Aventinum ite, unde profecti estis. ibi felici loco, ubi prima 9  
initia inchoastis libertatis vestrae, tribunos plebi creabitis.  
30 praesto erit pontifex maximus, qui comitia habeat.“ ingens  
adsensus alacritasque cuncta adprobantium fuit. convellunt 10

den Betroffenen zwingen, das Vaterland zu verlassen, sobald er die Summe nicht zahlen konnte.

10. *inv. praecipua* ist Abl., weil er ganz besonders Gegenstand des Hasses war. — 12. *donec*, nur so lange bis. — 13. Ich weiss zwar, dass die Volksleidenschaft ihr Opfer haben muss, aber gleichwohl etc. — 16. *Q. Furius pontifex maximus*] Wie er durch einen feierlichen Ritus die Amnestie beschwört, so hatte derselbe die Wiedereinsetzung der *sacrosancta potestas* und die Erneuerung der *leges sacratae* zu leiten. Da es ferner

keine Tribunen gab, welche die Wahl legitim hätten leiten können, so blieb kein Auskunftsmittel, als den *pontifex maximus*, den Kenner der sacralen Formen, mit der Leitung der Wahl zu beauftragen, welcher zugleich den Schwur erneuern liess, welcher die Unverletzlichkeit der Tribunen sicherte. Lange I, 545. — 29. Die Wahlen sollen also in einem *concilium plebis* vorgenommen werden. Aus *felici loco* schliesst man, dass die Erzählung von Cic. p. Corn. 24 richtig ist: *in Aventino consederunt, inde armati in Capitolium venerunt*, so dass die Wahl erst hier

inde signa, profectique Romam certant cum obviis gaudio.  
 11 armati per urbem silentio in Aventinum perveniunt. ibi ex-  
 templo pontifice maximo comitia habente tribunos plebis crea-  
 verunt, omnium primum L. Verginium, inde L. Icilium et P.  
 Numitorium, avunculum Vergini, auctores secessionis, tum C. 5  
 12 Sicinium, progeniem eius, quem primum tribunum plebis crea-  
 tum in Sacro monte proditum memoriae est, et M. Duilium,  
 qui tribunatum insignem ante decemviros creatos gesserat nec  
 in decemviralibus certaminibus plebi defuerat. spe deinde magis  
 13 quam meritis electi M. Titinius M. Pomponius C. Apronius 10  
 14 Appius Villius C. Oppius. tribunatu inito Lucius Icilius ex-  
 templo plebem rogavit, et plebs scivit, ne cui fraudi esset se-  
 15 cессio ab decemviris facta. confestim de consulibus creandis  
 cum provocatione Marcus Duilius rogationem pertulit. ea om-  
 nia in pratis Flaminiis concilio plebis acta, quem nunc circum 15  
 Flaminium appellant.

1 LV. Per interregem deinde consules creati L. Valerius M.  
 Horatius, qui extemplo magistratum occeperunt. quorum con-  
 2 sulatus popularis sine ulla patrum iniuria, nec sine offensione  
 3 fuit: quidquid enim libertati plebis caveretur, id suis decedere 20  
 opibus credebant. omnium primum cum velut in controverso  
 iure esset, tenerentur patres plebi scitis, legem centuriatis  
 comitiis tulere, ut quod tributim plebes iussisset, populum te-  
 neret, qua lege tribuniciis rogationibus telum acerrimum da-  
 4 tum est. aliam deinde consularem legem de provocatione, uni- 25  
 cum praesidium libertatis, decemvirali potestate eversam non  
 restituunt modo, sed etiam in posterum muniunt sanciendo no-  
 vam legem, ne quis ullum magistratum sine provocatione crearet;  
 5 qui creasset, eum ius fasque esset occidi, neve ea caedes capi-  
 6 talis noxae haberetur. et cum plebem hinc provocatione, hinc 30  
 tribunicio auxilio satis firmassent, ipsis quoque tribunis, ut  
 sacrosancti viderentur, cuius rei prope iam memoria aboleverat,  
 7 relatis quibusdam ex magno intervallo caerimoniis renovarunt,  
 et cum religione inviolatos eos tum lege etiam fecerunt san-

erfolgte. — 14. Zur Wiederherstellung des Consulats bedurfte es keines neuen Gesetzes der Centuriat- und Curiatcomitien, da es nur für die Dauer der Gesetzgebung abgeschafft war, so wenig wie nach Beendigung einer Dictatur. Die Legitimität ward dadurch gewahrt, dass ein Interregnum bestellt wurde, dass ein Interrex die Centuriatcomitien berief und dass die *iussu populi* zu Consuln ernannten Männer die *lex*

*curiata de imperio* von den Curien erhielten. Lange I, 545.

23. *populum teneret*] Also auch die Patricier, nur übersieht Livius, dass diese *plebiscita* der Bestätigung durch den Senat und die Curien bedurften. Jedenfalls war der Senat jetzt genöthigt (*tenebatur*), Plebiscite in Berathung zu ziehen. — 28. *ne quis ullum magistratum sine provocatione crearet*] die Dictatur, als ausserordentliche Magistratur,

ciendo, ut qui tribunis plebis, aedilibus, iudicibus decemviris nocuisset, eius caput Iovi sacrum esset, familia ad aedem Cereris, Liberi Liberaeque venum iret. institutum etiam ab isdem consulibus, ut senatus consulta in aedem Cereris ad aediles plebis deferrentur, quae antea arbitrio consulum supprimebantur vitiabanturque. M. Duilius deinde tribunus plebis plebem rogavit plebesque scivit, qui plebem sine tribunis reliquisset, quique magistratum sine provocatione creasset, tergo ac capite puniretur. haec omnia ut invitis ita non adversantibus patriciis transacta, quia nondum in quemquam unum saeviebatur.

### 3. Eroberung Roms durch die Gallier.

(Liv. V, 33—39).

XXXIII. Expulso cive, quo manente, si quicumque humanorum certi est, capi Roma non potuerat, adventante fatali urbi clade legati ab Clusinis veniunt auxilium adversus Gallos petentes. eam gentem traditur fama dulcedine frugum maximeque vini, nova tum voluptate, captam Alpes transisse agrosque ab Etruscis ante cultos possedisse; invexisse in Galliam vinum inliciendae gentis causa Arruntem Clusinum ira corruptae uxoris

bleibt durch dies Gesetz unberührt, doch konnte der Dictator nach Ablauf seiner Amtszeit zur Rechenschaft gezogen werden. — *iudicibus decemviris*] Schon von Servius Tullius eingesetzte Richter zur Entscheidung von Privatstreitigkeiten der Plebeier unter sich. Die Plebeier u. Patr. bilden gewissermaßen zwei Gemeinden, daher kamen Rechtsstreitigkeiten zwischen Patr. u. Pleb. vor die Consuln, dagegen Streitigkeiten unter Pleb. wurden von pleb. Richtern geschlichtet. Vgl. später den *praetor urbanus* u. *praetor inter peregrinos*. — 4. *senatus consulta*] Aus demselben Grunde wohnten von nun an die Tribunen den Senatssitzungen bei.

13. *Expulso cive*] *M. Furius Camillus die dicta ab L. Apuleio trib. pl. propter praedam Veientanam, cum accitis domum tribulibus et clientibus percontatus animos eorum responsum tulisset, se*

*conlaturos, quanti damnatus esset, absolvere eum non posse, in exilium abiit precatus ab dis immortalibus, si innoxio sibi ea iniuria fieret, primo quoque tempore desiderium sui civitati ingratae facerent.* Liv. V, 32. — 13. *quo manente = qui si maneret.* — 14. *adventante — clade*, mit dem Erscheinen der Gesandten von Clusium naht bereits der Stadt das vom Schicksal bestimmte Verhängniss, dessen Bestimmung sich schon in der Verbannung des Camillus erkennen lässt. — 18. *ab Etruscis*] In jene Zeit fällt der Sturz der etruskischen Macht, 1. durch die Uebermacht der Syrakusaner auf dem Tyrrhenischen Meere, 2. durch die Unterwerfung der Etrusker in Campanien durch die sabellischen Völkerschaften, 3. durch die Ausbreitung der Gallier (Kelten) im nördlichen Italien bis an den Appennin, 4. durch innere Uneinigkeit, 5. durch die

ab Lucumone, cui tutor ipse fuerat, praepotente invene et a quo expeti poenae, nisi externa vis quaesita esset, nequirent. 4 hunc transeuntibus Alpes ducem auctoremque Clusium oppugnandi fuisse.

Equidem haud abnuerim Clusium Gallos ab Arrunte seu 5 quo alio Clusino adductos; sed eos, qui oppugnaverint Clusium, 5 non fuisse qui primi Alpes transierint, satis constat. ducentis quippe annis ante quam Clusium oppugnarent, urbemque Ro- 6 mam caperent, in Italiam Galli transcenderunt; nec cum Clusinis primum Etruscorum sed multo ante cum iis, qui inter 10 Appenninum Alpesque incolebant, saepe exercitus Gallici pugnavere. Tuscorum ante Romanum imperium late terra marique opes patuere. mari supero inferoque, quibus Italia insulae modo cingitur, quantum potuerint nomina sunt argumento, quod alterum Tuscum, communi vocabulo gentis, alterum Atria- 15 ticum ab Atria Tuscorum colonia vocavere Italicae gentes; 8 Graeci eadem Tyrrhenum atque Adriaticum vocant. et in 9 utrumque mare vergentes incoluere urbibus duodenis terras, prius cis Appenninum ad inferum mare, postea trans Appenninum totidem, quot capita originis erant, coloniis missis, 20 quae trans Padum omnia loca excepto Venetorum angulo, qui 10 sinum circumcolunt maris, usque ad Alpes tenuere. Alpinis quoque ea gentibus haud dubie origo est, maxime Raetis; quos loca ipsa efferarunt, ne quid ex antiquo praeter sonum linguae, nec eum incorruptum, retinerent. 25

1 XXXIV. De transitu in Italiam Gallorum haec accepimus. Prisco Tarquinio Romae regnante Celtarum penes Bituriges

Eroberung von Vei durch die Römer (396). — 14. *potuerint*, besonders war auch die Seeräuberei der Etrusker berichtet. — 16. *ab Atria*] Am linken Ufer des Po. — 18. *urbibus duodenis*] 12 Bundesstädte, in deren Abhängigkeit die übrigen waren. Tarquinius galt als die Mutterstadt. — 18. „Da die ältesten u. bedeutendsten etruskischen Städte tief im Binnenlande liegen, ja unmittelbar am Meer keine einzige namhafte etruskische Stadt begegnet, da ferner in geschichtlicher Zeit die Etrusker von Norden nach Süden sich bewegen, so sind sie wahrscheinlich zu Lande nach der Halbinsel gekommen, wie denn auch die niedere Culturstufe, auf der wir sie zuerst finden, mit einer Einwanderung über das Meer sich schlecht vertragen würde. Danach

muss die ältere Heimath der Etrusker west- od. nordwärts von Italien gesucht werden. Es ist nicht unwahrscheinlich, dass sie über die rätischen Alpen nach Italien gekommen sind, da die ältesten in Graubünden und Tirol nachweisbaren Ansiedler, die Räter, bis in die historische Zeit etruskisch redeten und auch ihr Name auf den der Rasen anklingt.“ Mommsen I, 123. — 23. *maxime Raetis*] „*Raetos Tuscorum prolem arbitrantur a Gallicis pulsos ducere Raeto*“. Plinius. Vgl. J. Grimm, Gesch. der deutschen Sprache p. 164.

26. Die Erzählung des Livius geht, wie es scheint, auf eine keltische Volkssage in Oberitalien zurück. Die Zeitbestimmung beruht auf synchronistischen Berechnungen früherer Historiker. — 27. *Celtarum*, Caes.



summa imperii fuit. ii regem Celtico dabant. Ambigatus is 2  
 fuit, virtute fortunaque cum sua tum publica praepollens, quod  
 in imperio eius Gallia adeo frugum hominumque fertilis fuit,  
 ut abundans multitudo vix regi videretur posse. hic magno 3  
 natu ipse iam exonerare praegravante turba regnum cupiens  
 Bellovesum ac Segovesum sororis filios, impigros iuvenes, mis-  
 surum se esse in quas dii dedissent auguriis sedes ostendit:  
 quantum ipsi vellent numerum hominum excirent, ne qua gens 4  
 arcere advenientes posset. tum Segoveso sortibus dati Hercy-  
 nei saltus; Belloveso haud paulo laetiozem in Italiam viam  
 di dabant. is, quod ceteris ex populis abundabat, Bituriges 5  
 Arvernos Aeduos Ambarros Carnutes Aulercos excivit. pro-  
 fectus ingentibus peditum equitumque copiis in Tricastinos  
 venit. Alpes inde oppositae erant; quas inexcuperabiles visas 6  
 haud equidem miror nulladum via — quod quidem continens  
 memoria sit, nisi de Hercule fabulis credere libet — superatas.  
 ibi cum velut saeptos montium altitudo teneret Gallos, circum- 7  
 spectarentque, quam per iuncta caelo iuga in alium orbem  
 terrarum transirent, religio etiam tenuit, quod adlatum est ad-  
 venas quaerentes agrum ab Saluvium gente oppugnari. Mas-  
 silienses erant ii, navibus a Phocaea profecti. id Galli fortunae 8  
 suae omen rati adiuvare, ut quem primum in terram egressi  
 occupaverant locum patentibus silvis communirent. ipsi per

g. I, 1: qui ipsorum lingua Celticae, nostra Galli appellantur. Griechisch Κελτοί und Γαλάται. — 1. Celtico, Vgl. τὸ Κελτικόν = die Gesamtheit der Kelten, deren Verfassung damals noch eine monarchische war. — 4. vix regi posse deutet auf den Grund, welchen Justin. XX, 5, 7 angibt: his autem Gallis causa in Italiam veniendi sedesque novas quaerendi intestina discordia et adsiduae domi dissensiones fuere. — 7. auguriis, Die Druiden beobachteten den Flug und Gesang der Vögel. Es ist aber wohl auch an andere sortes zu denken. Just. XXIV, 4: augurandi studio Galli praeter ceteros callent. — 9. Hercynei saltus] Von der Donau (Schwaben, Franken, Böhmen) bis nach Dacien. Caes. g. VI, 24: ac fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute superarent, ultro bella inferrent, propter hominum multitudinem agrique inopiam trans Rhenum colonias mitterent. Itaque ea, quae fertilissima

Germaniae sunt, loca circum Hercyniam silvam Volcae Tectosages occupaverunt. — 11. ceteris ex p., denn das ver sacrum der ersten Völkergruppe war dem Segovesus zu gefallen. — 13. Tricastinos] Zwischen der Drome\* u. Isère. — 19. religio] Das Zusammentreffen der Nachricht mit dem Naturhinderniss erschien wunderbar und darum als religio. Die Salyes oder Saluvii waren ein keltisch-ligurisches Volk an der Meeresküste Galliens bis zu den Seealpen. — 20. Die Verknüpfung der Wanderung des Bellovesus mit der Gründung von Massalia, wodurch jene chronologisch auf die Mitte des 2. Jahrhunderts der Stadt bestimmt wird, gehört unzweifelhaft nicht der einheimischen natürlich zeitlosen Sage an, sondern der späteren chronologisirenden Forschung.“ Mommsen I, 331. — 22. Die glückliche Ankunft der Phocäer über das Meer lässt die Gallier hoffen, dass auch sie die Alpen ersteigen

9 Taurinos saltusque †Alpis transcenderunt, fuisque acie Tuscis haud procul Ticino flumine, cum in quo consederant agrum Insubrium appellari audissent, cognominem Insubribus, pago Haeduarum, ibi omen sequentes loci condidere urbem, Mediolanium appellarunt.

1 XXXV. Alia subinde manus Cenomanorum Elitovio duce vestigia priorum secuta eodem saltu favente Belloveso cum transcendisset Alpes, ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt, locos tenere, Libui considunt post hos Saluviique propter  
2 antiquam gentem Laevos Ligures incolentes circa Ticinum amnem. Poenino deinde Boii Lingonesque transgressi, cum iam inter Padum atque Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus traiecto non Etruscos modo sed etiam Umbros agro pellunt: intra Appenninum tamen sese tenuere. tum Senones recentissimi advenarum ab Utente flumine usque ad Aesim fines habuere. hanc gentem Clusium Romamque inde venisse comperio; id parum certum est, solamne an ab omnibus Cisalpinorum Gallorum populis adiutam.

4 Clusini novo bello exterriti, cum multitudinem, cum formas hominum invisitatas cernerent et genus armorum, audirentque saepe ab iis cis Padum ultraque legiones Etruscorum fusas, quamquam adversus Romanos nullum eis ius societatis erat, nisi quod Veientes consanguineos adversus populum Romanum non defendissent, legatos Romam, qui auxilium ab senatu peterent, misere. de auxilio nihil impetratum: legati M.  
5 Fabi Ambusti filii missi, qui senatus populi Romani nomine agerent cum Gallis, ne, a quibus nullam iniuriam accepissent, socios populi Romani atque amicos oppugnarent. Romanis eos

und das fremde Land erreichen werden. — 1. Der Name des Alpenpasses ist in den Hdschr. verschrieben. Wegen *per Taurinos* sollte man *Cottiae Alpis* erwarten. „Es ist nach der einsichtigen Ausführung von Wickham u. Cramer nicht daran zu zweifeln, dass der Zug des Bellovesus wie der des Hannibal nicht über die cottischen Alpen (*Mont Genève*) und durch das Gebiet der Tauriner, sondern über die Graischen (den kleinen St. Bernhard) und durch das der Salasser ging.“ Mommsen I, 331. — 4. *Mediolanium*] Sonst *Mediolanum*. Der Name ist keltisch.

9. *Libui*] In der Gegend von Vercellae. Die *Saluvii* werden sonst in dieser Gegend *Salassi* genannt. — 10. Die *Laevi* sind auch nach

Plinius Ligurer. Polyb. II, 17: τὰ μὲν οὖν πρότα καὶ περὶ τὰς ἀνατολάς τοῦ Πάδου κείμενα Λάοι καὶ Λεβέκιοι, μετὰ δὲ τούτους Ἰσομβρες κατώκησαν, ὃ μέγιστον ἔθνος ἦν αὐτῶν· ἐξῆς δὲ τούτοις παρὰ τὸν ποταμὸν Γονομάνοι. — 11. *Poenino*] Der Pass über den grossen Bernhard. — 13. *Umbros*] In der Gegend zwischen dem Padus, dem Meer und dem Apenninus. Diese Gegend besetzen die Senones. — 15. *Utens*, j. Montone. Aesis, j. Esino. — 17. *solamne*, i. e. *statuendam sit venisse an — adiutam*. — 22. *ius societatis*, Bundesverhältniss. — 28. *socios p. R.*, obwohl kurz vorher dieses Verhältniss in Abrede gestellt ist. Klarer Diod. XIV, 113: καθ' ὃν δὴ χρόνον ὁ δῆμος ὁ τῶν Ρωμαίων πρέσβεις ἀπέστειλεν εἰς Τυρρηλίαν τοὺς

bello quoque, si res cogat, tuendos esse; sed melius visum bellum ipsum amoveri, si posset, et Gallos, novam gentem, pace potius cognosci quam armis.

XXXVI. Mitis legatio, ni praeferoces legatos Gallisque  
 5 magis quam Romanis similes habuisset. quibus, postquam man-  
 data ediderunt in concilio Gallorum, datur responsum: etsi no- 2  
 vum nomen audiant Romanorum, tamen credere viros fortes  
 esse, quorum auxilium a Clusinis in re trepida sit inploratum.  
 et quoniam legatione adversus se maluerint quam armis tueri 3  
 10 socios, ne se quidem pacem quam illi adferant aspernari, si  
 Gallis egentibus agro, quem latius possideant quam colant Clu-  
 sini, partem finium concedant: aliter pacem impetrari non posse. 4  
 et responsum coram Romanis accipere velle, et, si negetur  
 ager, coram isdem Romanis dimicaturos, ut nuntiare domum  
 15 possent, quantum Galli virtute ceteros mortales praestarent. 5  
 quodnam id ius esset, agrum a possessoribus petere aut minari  
 arma, Romanis quaerentibus, et quid in Etruria rei Gallis esset,  
 cum illi se in armis ius ferre et omnia fortium virorum esse fero-  
 citer dicerent, accensis utrimque animis ad arma discurritur  
 20 et proelium conseritur. ibi, iam urgentibus Romanam urbem 6  
 fatis, legati contra ius gentium arma capiunt. nec id clam  
 esse potuit, cum ante signa Etruscorum tres nobilissimi for-  
 tissimique Romanae iuventutis pugnarent: tantum eminebat  
 peregrina virtus. quin etiam Q. Fabius evectus extra aciem 7  
 25 equo ducem Gallorum ferociter in ipsa signa Etruscorum in-  
 cursantem per latus transfixum hasta occidit; spoliaque eius  
 legentem Galli agnovere, perque totam aciem Romanum lega-  
 tum esse signum datum est. omissa inde in Clusinos ira re-  
 ceptui canunt minantes Romanis. erant qui extemplo Romam 8  
 30 eundum censerent; vicere seniores, ut legati prius mitterentur  
 questum iniurias postulatunquē, ut pro iure gentium violato  
 Fabii dederentur. legati Gallorum cum ea, sicut erant man- 9  
 data, exposuissent, senatui nec factum placebat Fabiorum, et  
 ius postulare barbari videbantur. sed ne id quod placebat  
 35 decerneretur in tantae nobilitatis viris, ambitio obstabat. ita- 10  
 que ne penes ipsos culpa esset cladis forte Gallico bello ac-  
 ceptae, cognitionem de postulatis Gallorum ad populum rei-

κατασκευομένους τὴν στρατιὰν τῶν  
 Κελτῶν. — 4. *mitis legatio, ni*] Die G. war an sich friedlich, aber  
 leider etc. — 4. *praeferoces*, Diod.  
 ἀνδρειότεροι μᾶλλον ἢ φρονιμώτεροι  
 γεννηθέντες παρετάξαντο τοῖς Κλου-  
 σίνοις πρὸς τοὺς πολιορκοῦντας. —  
 11. *quem* = *cum eum*, während etc.

Zur Sache vgl. Caes. b. g. I, 13—  
 14. — 21. *urgentibus* — *fatis*, vgl.  
 zu p. 95, 14. — 30. *seniores*, i. e.  
*magistratus maioresque natu*, cf.  
 XXI, 20. — 37. *ad populum reiciunt*,  
 Dies geschah jetzt in der Regel,  
 wenn ein wichtiger und schwerer  
 Krieg unternommen werden sollte.

ciunt. ubi tanto plus gratia atque opes valuere, ut, quorum de poena agebatur, tribuni militum consulari potestate in insequentem annum crearentur. quo facto haud secus quam dignum erat infensi Galli bellum propalam minantes ad suos redeunt. tribuni militum cum tribus Fabiis creati Q. Sulpicius Longus Q. Servilius quartum P. Cornelius Maluginensis.

1 XXXVII. Cum tanta mali moles instaret — adeo obcaecat animos fortuna, ubi vim suam ingruentem refringi non vult —, civitas, quae adversus Fidenatem ac Veientem hostes aliosque finitimos populos ultima experiens auxilia dictatorem multis tempestatibus dixisset, ea tunc invisitato atque inaudito hoste ab Oceano terrarumque ultimis oris bellum ciente nihil extraordinarii imperii aut auxilii quaesivit. tribuni, quorum temeritate bellum contractum erat, summae rerum praeerant, dilectumque nihilo accuratiorem, quam ad media bella haberi solitus erat, extenuantes etiam famam belli, habebant. interim Galli, postquam acceperere ultro honorem habitum violatoribus iuris humani elusamque legationem suam esse, flagrantes ira, cuius impotens est gens, confestim signis convulsis citato agmine iter ingrediuntur. ad quorum praetereuntium raptim tumultum cum exterritae urbes ad arma concurrerent fugaque agrestium fieret, Romam se ire magno clamore significabant, quacumque ibant equis virisque longe ac late fuso agmine inmensum obtinentes loci. sed antecedente fama nuntiisque Clusinorum deinceps inde aliorum populorum plurimum terroris Romam celeritas

Diodor berichtet: ἡ δὲ γερονσία τὸ μὲν πρῶτον ἐπειθε τοὺς πρεσβυτάς τῶν Κελτῶν χρήματα λαβεῖν περὶ τῶν ἡδικημένων, ὡς δ' οὐ προσείχον, ἐνῆψίσαντο παραδοῦναι τὸν κατηγοροῦμενον. ὁ δὲ πατήρ . . . προεκαλέσατο τὴν δίκην ἐπὶ τὸν δῆμον, καὶ δυνατὸς ὢν ἐπὶ τοῖς πληθεσιν ἐπεισεν ἄκυρον ποιῆσαι τὴν κρίσιν τῆς συγκλήτου. — 2. *tribuni militum*] Von den *Rogationes Canuleiae* (444), 1. *ut conubia plebei cum patribus essent*, 2. *ut alterum ex plebe consulem fieri liceret*, war das erste Gesetz durchgebracht worden, das andere ging mit der Beschränkung durch, dass an die Stelle der Consuln Kriegstribune treten sollten, welche aus den Patriciern und Pleb. wählbar waren (3, 4, zuletzt 6 *tribuni militares consulari potestate*). Von dem Consulat wurde nun die Censur abgetrennt, welche den Patriciern verblieb.

9. Nach dem Bericht der Gesandten hatte das Volk die Wehrkraft der Barbaren unterschätzt (cf. v. 16). Nach Diodor standen bei Clusium nur 30000 Kelten, erst als sie gegen Rom aufbrachen, verstärkten sie sich aus der Heimath bis zu 70000 Mann. — 11. *ab Oceano*] Denn die Gallier in Italien werden mit den transalpinischen Kelten in Verbindung stehend gedacht. — 15. *nihilo accuratiorem*: Diod. XIV, 114: οἱ δὲ νιλιαρχοὶ τῶν Ῥωμαίων . . . ἅπαντας τοὺς ἐν ἡλικίᾳ καθώπισαν. Die Heranziehung der Bundesgenossen deutet Polyb. II, 18 an: μάχῃ νικήσαντες Ῥωμαίους καὶ τοὺς μετὰ τούτων παραταξαμένους, ἐπόμενοι τοῖς φεύγουσι τρισὶ τῆς μάχης ἡμέραις ὕστερον κατέσχον αὐτὴν τὴν Ῥώμην πλὴν τοῦ Καπετωλίου. Neben Diodor und Polybius kann aber die Angabe des Livius recht wohl bestehen. — 25. *celeritas*] Die

hostium tulit, quippe quibus velut tumultuario exercitu raptim 7  
ducto aegre ad XI lapidem occursum est, qua flumen Alia,  
Crustumini montibus praealto defluens alveo, haud multum  
infra viam Tiberino amni miscetur. iam omnia contra circa- 8  
5 que hostium plena erant, et nata in vanos tumultus gens truci  
cantu clamoribusque variis horrendo cuncta conpleverant sono.

XXXVIII. Ibi tribuni militum non loco castris ante capto, 1  
non praemunito vallo, quo receptus esset, non deorum saltem,  
si non hominum, memores, nec auspicato nec litato instruunt  
10 aciem diductam in cornua, ne circumveniri multitudine hostium  
possent. nec tamen aequari frontes poterant, cum extenuando 2  
infirmam et vix cohaerentem mediam aciem haberent. paulum  
erat ab dextera editi loci, quem subsidiariis repleti placuit;  
eaeque res ut initium pavoris ac fugae sic una salus fugienti-  
15 bus fuit. nam Brennus regulus Gallorum, in paucitate hostium 3  
artem maxime timens, ratus ad id captum superiorem locum,  
ut, ubi Galli cum acie legionum recta fronte concucurrissent,  
subsidia in aversos transversosque impetum darent, ad subsidi-  
diarios signa convertit, si eos loco depulisset, haud dubius fa- 4  
20 cilem in aequo campi tantum superanti multitudine victoriam  
fore. adeo non fortuna modo sed ratio etiam cum barbaris 5  
stabat. in altera acie nihil simile Romanis, non apud duces,  
non apud milites erat. pavor fugaque occupaverat animos et  
tanta omnium oblivio, ut multo maior pars Veios in hostium  
25 urbem, cum Tiberis arceret, quam recto itinere Romam ad  
coniuges ac liberos fugerent. parumper subsidiarios tutatus 6  
est locus; in reliqua acie simul est clamor proximis ab latere,  
ultimis ab tergo auditus, ignotum hostem prius paene quam  
viderent, non modo non temptato certamine sed ne clamore  
30 quidem reddito integri intactique fugerunt. nec ulla caedes 7  
pugnantium fuit: terga caesa suomet ipsorum certamine in turba  
impedientium fugam. circa ripam Tiberis, quo armis abiectis 8  
totum sinistrum cornu defugit, magna strages facta est; mul-

Römer werden offenbar von dem Andrang der Feinde überrascht. Man hatte vielleicht auf einen grösseren Widerstand Etruriens gehofft. 3: *Crustumini montibus*] Nördlich von Fidenae, östlich von der Salarischen Strasse.

9. *nec auspicato nec litato*] dass das Opfer stattfand, ist sicher, jedenfalls waren weder die Auspicien noch das Opfer (*exta*) günstig (*καλλιχεῖν*), aber der überraschende Andrang der Feinde machte eine Verzögerung des Kampfes unmöglich.

— 10. Diod. τοὺς μὲν ἀνδρειστάτους διαμορλοὺς καὶ τετρακισχιλοὺς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ μέχρι τῶν λόφων διέταξαν, ἐπὶ δὲ τῶν ὑψηλοτάτων λόφων τοὺς ἀσθενεστάτους ἔστησαν. οἱ δὲ Κελτοὶ μακρὰν τὴν φάλαγγα παρεκτείνοντες — τοὺς ἀρίστους ἔστησαν ἐπὶ τῶν λόφων. οἱ δὲ τοὺς ἀσθενεστάτους τῶν Ῥωμαίων ἔραδίδως ἀπὸ τῶν λόφων ἐτρέψαντο. — 13. *subsidiariis*] Die *seniores*, welche in der grossen Gefahr mit ins Feld gezogen waren (*ἀσθενέστατοι* Diodor). — 24. *in hostium urbem*] Die

tosque inperitos nandi aut invalidos graves lorice aliisque  
 9 tegminibus hausere gurgites. maxima tamen pars incolumis  
 Veios perfugit, unde non modo praesidii quicquam sed ne nun-  
 10 tius quidem cladis Romam est missus. ab dextro cornu, quod  
 procul a flumine et magis sub monte steterat, Romam omnes 5  
 petiere, et ne clausis quidem portis urbis in arcem confugerunt.  
 1 XXXIX. Gallos quoque velut obstupefactos miraculum  
 victoriae tam repentinae tenuit. et ipsi pavore defixi primum  
 steterunt, velut ignari, quid accidisset; deinde insidias vereri;  
 postremo caesorum spolia legere armorumque cumulos, ut mos 10  
 2 eis est, coacervare. tum demum, postquam nihil usquam ho-  
 stile cernebatur, viam ingressi haud multo ante solis occasum  
 ad urbem Romam perveniunt. ubi cum praegressi equites non  
 portas clausas, non stationem pro portis excubare, non armatos  
 esse in muris rettulissent, aliud priori simile miraculum eos 15  
 3 sustinuit; noctemque veriti et ignotae situm urbis inter Romam  
 atque Anienem consedere exploratoribus missis circa moenia  
 aliasque portas, quaenam hostibus in perdita re consilia essent.  
 4 Romae, cum pars maior ex acie Veios petisset, nemo superesse  
 quemquam praeter eos qui Romam refugerant credere; con- 20  
 plorati omnes pariter vivi mortuique totam prope urbem la-  
 5 mentis inpleverunt. privatos deinde luctus stupefecit publicus  
 pavor, postquam hostes adesse nuntiatum est. mox ululatus  
 cantusque dissonos vagantibus circa moenia turmatim barbaris

Veienter waren vernichtet, die Stadt gehörte den Römern. — 2. *maxima tamen pars incolumis*] Vgl. Liv. XXII, 50, 1 *Haec est pugna Cannensis Aliensi cladi nobilitate par, ceterum ut illis quae post pugnam accidere levior, quia ab hoste est cessatum, sic strage exercitus gravior foediorque. Fuga namque ad Aliam sicut (= zwar) urbem prodidit, ita (aber doch) exercitum servavit.* — 3. *Veios perfugit*, Diod. 115: *οἱ μὲν πλείστοι τῶν διασωθέντων πόλιν Βηθίους κατέλαβοντο, προσφάτως ὑφ' ἐαυτῶν κατεσκευασμένην, καὶ τὸν τε τόπον ὠχύρων κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ τοὺς ἐκ τῆς φυγῆς σωζομένους ἀνελάμβανον; ὀλίγοι δὲ τῶν διανηξαμένων ἄνοιλοι φηγόντες εἰς Ῥώμην ἀπήγγειλαν πάντας ἀπολωλέναι.*

7. Diod. *ὑπελάμβανον ἐνεδρεύειν ἑαυτοῖς τοὺς Ῥωμαίους.* — 10. *ut mos eis est*] Vgl. Caes. b. g. VI, 17, 3. So sind auch hier *tumuli locis*

*consecratis exstructi* gemeint. In Bezug auf die Einnahme der Stadt ist die Nachricht des Polyb. II, 18 richtig, welcher von den Galliern sagt *ἐπόμενοι τοῖς φεύγουσι τρισὶ τῆς μάχης ἡμέραις ὕστερον κατέσχον αὐτὴν τὴν Ῥώμην πλὴν τοῦ Καπετωλίου.* Nur so sind die Vorkehrungen, welche getroffen werden, denkbar. — 14. Nach Diod. erbrachen die Kelten am 4. Tage gewaltsam die Thore, *καὶ τὴν πόλιν ἐλυμαίνοντο, χωρὶς ὀλίγων οἰκιῶν ἐν τῷ Παλατίῳ.* — 20. *conplorati* — *inpleverunt* ist eine kühne Verbindung eines passiven und activen Begriffs, denn nicht die Betrauernden erfüllten die Stadt mit Wehklagen, sondern die Trauernden. Vielleicht bildete *conpl.* — *mortuique* ursprünglich einen selbständigen Satz, so dass vor *totam* eine Lücke anzunehmen wäre, etwa *viri mulieresque totam p. urbem lamentis inpleverunt.* — 24. Die furchtbare gallische Reiterei

audiebant. omne inde tempus suspensos ita tenuit animos us- 6  
 que ad lucem alteram, ut identidem iam in urbem futurus vi-  
 deretur impetus: primum eorum adventu, quia accesserant ad  
 urbem, mansuros enim ad Aliam fuisse, nisi hoc consilii foret;  
 5 deinde sub occasum solis, quia haud multum diei supererat, 7  
 ante noctem rati invasuros; tum in noctem dilatum consi-  
 lium esse, quo plus pavoris inferrent; postremo lux adpro- 8  
 pinquans exanimare timorique perpetuo ipsum malum con-  
 tinens fuit, cum signa infesta portis sunt inlata. nequaquam  
 10 tamen ea nocte neque insequenti die similis illi, quae ad Aliam  
 tam pavidè fugerat, civitas fuit. nam cum defendi urbem posse 9  
 tam parva relicta manu spes nulla esset, placuit cum coniugi-  
 bus ac liberis iuventutem militarem senatusque robur in arcem  
 Capitoliumque concedere armisque et frumento conlato ex loco 10  
 15 inde munito deos hominesque et Romanum nomen defendere,  
 sacerdotesque et Vestales sacra publica a caede, ab incendiis 11  
 procul auferre, nec ante deserì cultum deorum quam non su-  
 peressent qui colerent. si arx Capitoliumque, sedes deorum, 12  
 si senatus, caput publici consilii, si militaris iuventus super-  
 20 fuerit imminenti ruinae urbis, facilem iacturam esse relictae in  
 urbe utique periturae turbae. et quo id aequiore animo de 13  
 plebe multitudo ferret, senes triumphales consularesque simul  
 se cum illis palam dicere obituros nec his corporibus, quibus  
 non arma ferre, non tueri patriam possent, oneratos inopiam  
 25 armatorum.

XL. Haec inter seniores morti destinatos iactata solacia. 1  
 versae inde adhortationes ad agmen iuvenum, quos in Capito-  
 lium atque in arcem prosequabantur, commendantes virtuti eorum  
 iuventaeque urbis, per trecentos sexaginta annos omnibus bellis  
 30 victricis, quaecumque reliqua esset fortuna. digredientibus, qui 2  
 spem omnem atque opem secum ferebant, ab his, qui captae  
 urbis non superesse statuerant exitio, cum ipsa res speciesque  
 miserabilis erat, tum muliebris fletus et concursatio incerta 3  
 nunc hos nunc illos sequentium rogitantiumque viros natosque,  
 35 cui se fato darent, nihil quod humanis superesset malis relin-  
 quebant. magna pars tamen earum in arcem suos persecutae 4  
 sunt nec prohibente ullo nec vocante, quia, quod utile obsessis

wird auch X, 28 hervorgehoben. —  
 2. iam, sofort, jeden Augenblick.  
 — 3. primum ist nicht mit rati  
 se invasuros zu verbinden, sondern  
 lehnt sich an identidem impetus fu-  
 turus videbatur als Einzelausführung  
 an. — 15. inde, dann, nach den  
 erwähnten Vorbereitungen.

30. fortuna gehört eigentlich als  
 Acc. zu urbis von commendantes ab-

hängig, hat sich aber dem Neben-  
 satz angeschlossen. — 35. nihil —  
 relinquebant, liessen nichts übrig,  
 was — noch hätte hinzukommen  
 können, vollendeten alle Gestalten  
 des Elends, welches Menschen tref-  
 fen kann. —

36. persequi ist das prosequibis an  
 eingenanntes Ziel, welches hier selbst

ad minuendam inbellem multitudinem, id parum humanum erat.  
 5 alia maxime plebis turba, quam nec capere tam exiguus collis  
 nec alere in tanta inopia frumenti poterat, ex urbe effusa velut  
 6 agmine iam uno petiit Ianiculum. inde pars per agros dilapsi,  
 pars urbes petunt finitimas, sine ullo duce aut consensu, suam  
 7 quisque spem, sua consilia communibus deploratis exsequentes.  
 7 flamen interim Quirinalis virginesque Vestales omissa rerum  
 suarum cura, quae sacrorum secum ferenda, quae, quia vires  
 ad omnia ferenda deerant, relinquenda essent consultantes,  
 8 quisve ea locus fideli adservaturus custodia esset, optimum  
 10 ducunt condita in doliolis sacello proximo aedibus flaminis  
 Quirinalis, ubi nunc despui religio est, defodere; cetera inter  
 eos onere partito feruntur via, quae sublicio ponte ducit ad  
 9 Ianiculum. in eo clivo eas cum L. Albinus de plebe homo con-  
 spexisset plaustro coniugem ac liberos habens inter ceteram  
 15 turbam, quae inutilis bello urbe excedebat, salvo etiam tum  
 discrimine divinarum humanarumque rerum, religiosum ratus  
 sacerdotes publicos sacraque populi Romani pedibus ire ferri-  
 que, se ac suos in vehiculo conspici, descendere uxorem ac  
 pueros iussit, virgines sacraque in plastrum inposuit et Caere,  
 20 quo iter sacerdotibus erat, pervexit.

1 XLI. Romae interim satis iam omnibus ut in tali re ad  
 tuendam arcem compositis turba seniorum domos regressa ad-  
 2 ventum hostium obstinato ad mortem animo expectabat. qui  
 eorum curules gesserant magistratus, ut in fortunae pristinae  
 25 honorumque aut virtutis insignibus morerentur, quae augustis-  
 sima vestis est tensas ducentibus triumphantibusve, ea vestiti  
 3 medio aedium eburneis sellis sedere. sunt qui M. Fabio pon-  
 tifice maximo praefante carmen devovisse eos se pro patria  
 4 Quiritibusque Romanis tradant. Galli, et quia interposita nocte 30

erstrebt und erreicht wird. — 2. *exiguus*, denn der Capitolinus ist der kleinste der 7 Hügel. — 4. *agmine uno*, also nicht vereinzelt, sondern massenhaft. — 6. *exsequentes*, zur Ausföhrung bringend, weil jeder sich selbst Föhrer sein muss, also nicht *sequentes*. — 7. Der *flamen Quirinalis* erscheint als der *tutor* der *virgines Vestales*, er hat für sie u. ihre *sacra* zu sorgen. — 11. *in doliolis*, cf. Paul. Diac. p. 69: *doliola locus in urbe sic vocatus, quia invadentibus Gallis urbem sacra in eodem loco doliolis reposita fuerunt*. — 16. *etiam tum*] Denn zu Livius Zeiten war es anders geworden.

26. *augustissima vestis*] Die mit

Gold auf purpurnem Grunde gestickte *toga (picta)* und die mit Purpurstreifen versehene oder mit Palmzweigen gestickte *tunica (palmata)*, welche die Triumphatoren oder die Magistrate trugen, wenn sie die Processions-Wagen mit den Bildern der Götter (*tensae*) zur Feier der Spiele in den Circus geleiteten. — 29. *devovisse*] Diese Ueberlieferung, welche auch Plutarch und Zonaras erwähnen, ist gewiss richtig; denn wenn das Vaterland in der äussersten Gefahr war, so suchte man in jener Zeit immer den Zorn der Götter durch Menschenopfer zu versöhnen, welche man in ruhigen Zeiten vermied oder um-



a contentione pugnae remiserant animos et quod nec in acie  
 ancipiti usquam certaverant proelio nec tum impetu aut vi  
 capiebant urbem, sine ira, sine ardore animorum ingressi postero  
 die urbem patente Collina porta in forum perveniunt, circum-  
 5 ferentes oculos ad templa deum arcemque solam belli speciem  
 tenentem. inde modico relicto praesidio, ne quis in dissipatos 5  
 ex arce aut Capitolio impetus fieret, dilapsi ad praedam vacuis  
 occursum hominum viis pars in proxima quaeque tectorum agmine  
 ruunt, pars ultima, velut ea demum intacta et referta praeda,  
 10 petunt. inde rursus ipsa solitudine absterriti, ne qua fraus ho-  
 stilis vagos exciperet, in forum ac propinqua foro loca conglo-  
 obati redibant; ubi eos plebis aedificiis obseratis, patentibus atriiis 7  
 principum maior prope cunctatio tenebat aperta quam clausa  
 invadendi: adeo haud secus quam venerabundi intuebantur in 8  
 15 aedium vestibulis sedentes viros, praeter ornatum habitumque hu-  
 mano augustiorem maiestate etiam, quam vultus gravitasque oris  
 prae se ferebat, simillimos dis. ad eos velut simulacra versi cum  
 starent, M. Papirius unus ex his dicitur Gallo barbam suam, 9  
 ut tum omnibus promissa erat, permulcenti scipione eburneo  
 20 in caput incusso iram movisse; atque ab eo initium caedis  
 ortum, ceteros in sedibus suis trucidatos. post principum cae- 10  
 dem nulli deinde mortalium parci, diripi tecta, exhaustis inici  
 ignes.

XLII. Ceterum — seu non omnibus delendi urbem libido 1  
 25 erat, seu ita placuerat principibus Gallorum, et ostentari quae-

ging. Vgl. die Decier. Die Weihe-  
 formel bei Liv. VIII, 9, 6. — In  
 der Schlacht (*in acie*) war kein ein-  
 zelner schwankender Kampf (*proe-  
 lium anceps*) vorgekommen. — 12.  
*patentibus atriiis*] Wenn die Thüre  
 des Vorsaals (*atrium*) geöffnet war  
 (zugleich mit dem *vestibulum*), so  
 konnte man von der Strasse aus  
 das Innere erblicken. Uebrigens  
 vgl. Ovid. Fast. VI, 357 *vidimus or-  
 natos aevata per atria picta veste  
 triumphales occubuisse senes*. — 15.  
 Das *vestibulum* ist der Hausraum  
 zwischen der Hausthüre und dem  
 Atrium. Nach p. 104, 28 sassen die  
 Greise *medio aedium*, also im Atrium,  
 welches genau in der Mitte des  
 Römischen Hauses sich befindet.  
 Livius unterscheidet beide Theile  
 nicht genau, weil die Thüren ge-  
 öffnet und deshalb das Ganze als  
 ein Raum gedacht werden soll. —  
 19. *scip. eb.*, das Scepter mit dem

goldenen Eichenkranze trugen die  
 Triumphatoren.

24. „Die Gallier hausten schreck-  
 lich in Rom, schrecklicher noch als  
 1527 die Spanier und deutschen  
 Söldnertruppen; der Soldat plündert  
 und zerstört, wenn er keine Men-  
 schen findet, ist thierisch in seinen  
 Leidenschaften, es geht Feuer auf  
 ganz ohne Absicht wie 1812 in  
 Moskau; die ganze Stadt ward ein-  
 geäschert bis auf wenige Häuser  
 auf dem Palatinus, wo die vorneh-  
 meren Gallier wohnten. Bei der  
 Wiedererbauung der Stadt wurden  
 nicht einmal die alten Strassen wie-  
 derhergestellt.“ Niebuhr Vorl. R. G.  
 — 24. *seu — seu*, sei es dass es ab-  
 sichtsloser Zufall war, insofern nicht  
 alle Gallier Mordbrenner waren, sei  
 es, dass die Häuptlinge den be-  
 stimmten Plan verfolgten, durch  
 Erhaltung eines Theiles der Stadt  
 ihr Ziel schneller zu erreichen. —

dam incendia terroris causa, si compelli ad deditionem caritate  
 2 sedum suarum obsessi possent, et non omnia concremari tecta,  
 ut quodcumque superesset urbis, id pignus ad flectendos ho-  
 stium animos haberent, — nequaquam perinde atque in capta  
 3 urbe prima die aut passim aut late vagatus est ignis. Romani 5  
 ex arce plenam hostium urbem cernentes vagosque per vias  
 omnes cursus, cum alia atque alia parte nova aliqua clades  
 oreretur, non mentibus solum consipere sed ne auribus quidem  
 4 atque oculis satis constare poterant. quocumque clamor hostium,  
 mulierum puerorumque ploratus, sonitus flammae et fragor 10  
 ruentium tectorum avertisset, paventes ad omnia animos oraque  
 et oculos flectebant, velut ad spectaculum a fortuna positi oc-  
 cidentis patriae nec ullius rerum suarum relictis praeterquam  
 5 corporum vindices, tanto ante alios miserandi magis, qui um-  
 quam obsessi sunt, quod interclusi a patria obsidebantur om- 15  
 6 nia sua cernentes in hostium potestate. nec tranquillior nox  
 diem tam foede actum excepit: lux deinde noctem inquietam  
 inquietior insecuta est, nec ullum erat tempus, quod a novae  
 7 semper cladis alicuius spectaculo cessaret. nihil tamen tot  
 onerati atque obruti malis flexerunt animos, quin, etsi omnia 20  
 flammis ac ruinis aequata vidissent, quamvis inopem parvum-  
 que, quem tenebant, collem libertati relictum virtute defen-  
 8 derent. et iam, cum eadem cotidie acciderent, velut adsueti  
 malis abalienaverant ab sensu rerum suarum animos arma  
 tantum ferrumque in dextris velut solas reliquias spei suae 25  
 intuentes.

1 XLIII. Galli quoque per aliquot dies in tecta modo urbis  
 nequiquam bello gesto, cum inter incendia ac ruinas captae  
 urbis nihil superesse praeter armatos hostes viderent, nequi-  
 quam tot cladibus territos nec flexuros ad deditionem animos, 30  
 ni vis adhiberetur, experiri ultima et impetum facere in arcem  
 2 statuunt. prima luce signo dato multitudo omnis in foro in-  
 struitur; inde clamore sublato ac testudine facta subeunt. ad-  
 versus quos Romani nihil temere nec trepide: ad omnis aditus

8. *consipere* — *constare*, konnten nicht nur ihre Gedanken nicht zusammennehmen, sondern waren nicht einmal ihrer Sinne mächtig: es verging ihnen Hören und Sehen!

29. *neq.* — *terrutos nec flexuros etc.* ist Charakteristik der genannten *armati hostes*, Feinde, die vergebens — erschreckt u. die, wie sie sahen, sich nicht beugen, nicht capituliren würden etc. — 33. *testudine facta*, wie X, 29, 6. — 33. *subeunt*] Auf dem Capitol und der Burg waren

an 1000 Bewaffnete versammelt (*satis constat vix Mille hominum fuisse, Florus*): unter ihnen die überlebenden Consulartribunen u. jüngeren Senatoren. Uneinnehmbar war der Ort nicht: Appius Herdonius hatte den Römern unterliegen müssen; wiederholt liefen auch die Gallier Sturm gegen den Clivus, wurden aber durch verzweifelten Widerstand zurückgeworfen. Niebuhr R. G. II, 611. — 34. *nihil temere*, sc. *facere* (*Inf. hist.*), eine

stationibus firmatis, qua signa ferri videbant, ea robore virorum opposito scandere hostem sinunt, quo successerit magis in arduum, eo pelli posse per proclive facilius rati. medio fere 3 clivo restitere, atque inde ex loco superiore, qui prope sua 5 sponte in hostem inferebat, impetu facto strage ac ruina fudere Gallos, ut numquam postea nec pars nec universi temptaverint tale pugnae genus.

Omissa itaque spe per vim atque arma subeundi obsidionem 4 parant, cuius ad id tempus inmemores et quod in urbe fuerat 10 frumentum incendiis urbis absumpserant, et ex agris per eos ipsos dies raptum omne Veios erat. igitur exercitu diviso 5 partim per finitimos populos praedari placuit, partim obsideri arcem, ut obsidentibus frumentum populatores agrorum praeberent. proficiscentes Gallos ab urbe ad Romanam experien- 6 dam virtutem fortuna ipsa Ardeam, ubi Camillus exulabat, duxit; qui maestior ibi fortuna publica quam sua, cum diis 7 hominibusque accusandis senesceret, indignando mirandoque, ubi illi viri essent, qui secum Veios Faleriosque cepissent, qui alia bella fortius semper quam feliciter gessissent, repente audit 8 Gallorum exercitum adventare atque de eo pavidos Ardeates 20 consultare. nec secus quam divino spiritu tactus, cum se in mediam contionem intulisset, abstinere suetus ante talibus conciliis:

XLIV. „Ardeates“ inquit, „veteres amici, novi etiam cives 1 25 mei, quando et vestrum beneficium ita tulit, et fortuna hoc

der häufigsten Ellipsen in lebhafter Schilderung oder im Conversations-ton. Vgl. Nägelsbach, Stil. §. 183, 3. — 5. Diod. μετὰ ταῦτα προσβολὰς ποιούμενοι καθ' ἡμέραν πρὸς ὄχρουν τοῦ τόπου οὐδὲν μὲν ἀξιόλογον ἔβλαπτον τοὺς ὑπεναντίους, ἐαυτῶν δὲ πολλοὺς ἀπέβαλλον· ὁμῶς δ' οὐκ ἀφίσταντο, ἐλπίζοντες, εἰ μὴ βία κρατήσωσι, τῷ γε χρόνῳ πάντως τῶν ἀναγκαίων ἐκλιπόντων καταπονθήσειν. — 12. praedari placuit] Es rächte sich die wilde Verwüstung, auf den Brandstätten begannen die Gallier grosses Ungemach zu leiden. Schon die Hundstage, dann der Sept., zu Rom von jeher seuchen-voll, erzeugten Fieber, welche die Fremden bei Tausenden weggrafften, wie Kaiser Friedrichs nordisches Heer in denselben Monaten unter den Mauern der Stadt hinstarb. Vgl. *busta gallica*. Nieb. Es musste daher der grösste Theil sich über

die ganze Umgegend zerstreuen, wobei sie das flache Land in Latium verheerten. — 14. *ad Rom. virt. exp.* gehört zu *fortuna duxit*, nicht etwa zu *proficiscentes*. — 17. *accusandis*] Abl. des Umstandes = unter Anklagen, Vorwürfen. Vgl. XXV, 19 *exercitus vincendo veteranus* = unter Siegen ergraut. — 17. *senescere* bildlich von dem Schwinden der Lebenslust, sich abhärten, fast wie *tabescere*; das Oppositum wäre *vigere, florere*. — 23. *conciliis*, Bürgerversammlungen: *publico carebat, coetus hominum fugiebat*.

25. *beneficium*] Die Ardeaten haben ihn als *municeps* aufgenommen, daher *novi cives mei* in der Anrede; seine Lage (*fort.*) zwang ihn, das Asylrecht anzunehmen. In dieser Stellung (*condicio*) ist er an und für sich nicht berechtigt, in der Volksversammlung zu erscheinen. — 25. *hoc. egit*, dies betrieben, ver-

egit mea, nemo vestrum condicionis meae oblitum me huc processisse putet. sed res ac periculum commune cogit, quod  
 2 quisque possit in re trepida praesidii in medium conferre. et  
 quando ego vobis pro tantis vestris in me meritis gratiam  
 referam, si nunc cessavero? aut ubi usus erit mei vobis, si in 5  
 bello non fuerit? hac arte in patria steti, et invictus bello,  
 3 in pace ab ingratis civibus pulsus sum. vobis autem, Ardeates,  
 fortuna oblata est et pro tantis populi Romani beneficiis,  
 quanta ipsi meministis — nec enim exprobranda ea apud me-  
 mores sunt —, gratiae referendae, et huic urbi decus ingens 10  
 belli ex hoste communi pariendi, qui effuso agmine adventat.  
 4 gens est, cui natura corpora animosque magna magis quam  
 firma dederit. eo in certamen omne plus terroris quam virium  
 5 ferunt. argumento sit clades Romana: patentem cepere urbem;  
 ex arce Capitolioque his exigua resistitur manu. iam obsi- 15  
 6 dionis taedio victi abscedunt vagique per agros palantur. cibo  
 vinoque raptim hausto repleti, ubi nox adpetit, prope rivos  
 aquarum sine munimento, sine stationibus ac custodiis, passim  
 ferarum ritu sternuntur, nunc ab secundis rebus magis etiam  
 7 solito incauti. si vobis in animo est tueri moenia vestra nec 20  
 pati haec omnia Galliam fieri, prima vigilia capite arma, fre-  
 quentesque me sequimini ad caedem, non ad pugnam. nisi  
 vinctos somno velut pecudes trucidandos tradidero, non recuso  
 eundem Ardeae rerum mearum exitum, quem Romae habui.“

1 XLV. Aequis iniquisque persuasum erat tantum bello vi- 25  
 rum neminem usquam ea tempestate esse. contione dimissa  
 corpora curant intenti, quam mox signum daretur. quo dato  
 2 primae silentio noctis ad portas Camillo praesto fuere. egressi  
 haud procul urbe, sicut praedictum erat, castra Gallorum in-  
 tuta neglectaque ab omni parte nacti cum ingenti clamore in- 30  
 3 vadunt. nusquam proelium, omnibus locis caedes est; nuda  
 corpora et soluta somno trucidantur. extremos tamen pavor  
 e cubilibus suis excitos, quae aut unde vis esset ignaros, in  
 fugam et quosdam in hostem ipsum improvidos tulit. magna  
 pars in agrum Antiatem delati excursionem ab oppidanis facta 35  
 circumveniuntur.

4 Similis in agro Veienti Tuscorum facta strages est, qui  
 urbis, iam prope quadringentesimum annum vicinae, oppressae

anlasst, so gewollt hat. — 6. *steti*] = habe ich eine hervorragende Stellung eingenommen; opp. *iacere* = *pulsus esse*. — 10. *decus belli*, Kriegeruhm. — 12. Vgl. die Ausführung X, 28, 3—4, u. Caes. b. g. III, 10. IV, 5. Camillus konnte von

dieser Eigenthümlichkeit der Kelten schon damals recht wohl unterrichtet sein, cf. v. 16.

25. *Aequis iniquisque*] Freund u. Feind, Vernünftige und Unvernünftige. — 32. *soluta somno*] Verg. IX, 236 *Rutuli somno vinoque soluti*.

ab hoste invisitato adeo nihil miseriti sunt, ut in agrum Romanum eo tempore incursiones facerent, plenique praedae Veios etiam praesidiumque, spem ultimam Romani nominis, in animo habuerint oppugnare. viderant eos milites Romani vagantes 5 per agros et congregatos agmine praedam prae se agentes, et castra cernebant haud procul Veis posita. inde primum miseratio sui, deinde indignitas atque ex ea ira animos cepit: Etruscisne etiam, a quibus bellum Gallicum in se avertissent, ludibrio esse clades suas? vix temperavere animis, quin extemplo 7 impetum facerent, compressisque a Caedicio centurione, quem sibimet ipsi praefecerant, rem in noctem sustinuerunt. tantum 8 par Camillo defuit auctor, cetera eodem ordine eodemque fortunae eventu gesta. quin etiam ducibus captivis, qui caedi nocturnae superfuerant, ad aliam manum Tuscorum ad Salinas profecti nocte insequenti ex improvise maiorem caedem edidere, duplicique victoria ovantes Veios redeunt.

XLVI. Romae interim plerumque obsidio segnis et utrimque silentium esse ad id tantum intentis Gallis, ne quis hostium evadere inter stationes posset, cum repente iuvenis Romanus admiratione in se cives hostesque convertit. sacrificium 2 erat statum in Quirinali colle genti Fabiae. ad id faciendum C. Fabius Dorsuo Gabino cinctu cinctus sacra manibus gerens cum de Capitolio descendisset, per medias hostium stationes egressus nihil ad vocem cuiusquam terroremve motus in Quirinali collem pervenit; ibique omnibus sollemniter peractis 3 eadem revertens similiter constanti vultu graduque, satis sperans propitios esse deos, quorum cultum ne mortis quidem metu prohibitus deseruisset, in Capitolium ad suos rediit seu attonitis Gallis miraculo audaciae, seu religione etiam motis, 4 cuius haudquaquam neglegens gens est. — Veis interim non

— 1. Diod. XIV, 116: τῶν δὲ Ῥωμαίων ἐν τοιαύταις ταραχαῖς ὄντων, οἱ περιραιοῦντες Τυρρηνοὶ μετὰ δυνάμειος ἀδράς ἐπεπορεύοντο τὴν τῶν Ῥωμαίων χώραν λεηλατοῦντες, καὶ πολλῶν μὲν σωμάτων οὐκ ὀλίγης δ' ὀφελείας ἐγκρατεῖς ἐγένοντο. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἀπροσδοκῆτως τοῖς Τυρρηνοῖς ἐπιπεσόντες ἐτρέψαντο καὶ τὴν τε λείαν ἀφείλοντο καὶ τῆς παρεμβολῆς ἐκυρίευσαν. — 2. facerent — habuerint] Impf. Innere Folge (graduall) Perf. äussere Folge (factisch). Vgl. Zumpt 504. — 7. indignitas, Entrüstung. — 14. Salinas] Nicht weit von Veii auf dem rechten Tiberufer. Dass besonders

die Tarquinienser die Noth der Römer benutzten, um Veii wiederzugewinnen, ist sehr wahrscheinlich. Nieb. II, 613.

21. statum, feststehend, welches immer an einem bestimmten Tage im Jahr dargebracht wird. Das Opfer war ein gentilicisches (genti F.) — 22. Gabino cinctu cinctus] Dabei wurde die Toga so umgeworfen, dass der Gipfel, welcher sonst über die linke Schulter herabhing, fest um die Brust gezogen wurde. VIII, 9, 9 ipse incinctus cinctu Gabino. — 22. sacra, Opfergeräthe. — 28. prohibitus, abgeschreckt. — 30. haudquaquam neglegens] Caes. b. g. VI,

animi tantum in dies sed etiam vires crescebant. nec Romanis solum eo convenientibus ex agris, qui aut proelio adverso aut clade captae urbis palati fuerant, sed etiam ex Latio voluntariis confluentibus, ut in parte praedae essent, maturum iam videbatur repeti patriam eripique ex hostium manibus. sed corpori valido caput deerat. locus ipse admonebat Camilli, et magna pars militum erat, qui ductu auspicioque eius res prospere gesserant; et Caedicius negare se commissurum, cur sibi aut deorum aut hominum quisquam imperium finiret potius, quam ipse memor ordinis sui posceret imperatorem. consensu omnium placuit ab Ardea Camillum acciri, sed antea consulto senatu, qui Romae esset: adeo regebat omnia pudor, discriminaque rerum prope perditis rebus servabant. ingenti periculo transeundum per hostium custodias erat. ad eam rem Pontius Cominius impiger iuvenis operam pollicitus incubans cortici secundo Tiberi ad urbem defertur. inde, qua proximum fuit a ripa, per praeruptum eoque neglectum hostium custodiae saxum in Capitolium evadit, et ad magistratus ductus mandata exercitus edit. accepto inde senatus consulto, uti comitiis curiatis revocatus de exilio iussu populi Camillus dictator extemplo diceretur, militesque haberent imperatorem quem vellent, eadem degressus nuntius Veios contendit, missique Ardeam legati ad Camillum Veios eum perduxere; seu — quod magis credere libet, non prius profectum ab Ardea quam conperit legem latam, quod nec iniussu populi mutari finibus

16: *natio est omnis Gallorum admodum dedita religionibus.* — 3. *ex Latio*] Die Verwüstung von Latium zwang die Bewohner, in Veii eine Zuflucht zu suchen und das Aeusserste mit den Römern gegen die Barbaren zu wagen. — 5. *videbatur*, war allgemeine Ansicht zu Veii, *is qui Veis erant.* Diod. τὸς ἀπὸ τῆς χώρας ἀφροίζοντες καθ' ὅπλιζον· ἠβούλοντο γὰρ τοὺς εἰς τὸ Καπετώλιον συμπεφευγότας ἐκ τῆς πολιορκίας ἐξελεῖσθαι. — 6. *caput deerat*] Es war kein Consulartribun vorhanden, Caedicius war nur *centurio*. — 10. *quam posceret*, er werde vielmehr selbst verlangen. — 12. *pudor*, Achtung vor Recht u. Sitte. — 13. *discrimina rerum*] Die Rücksicht auf Stand, Recht und Herkommen. — 14. *ad eam rem*, dagegen Diod. 116: Κομίνιος τις Πόντιος ὑπέσχετο παραδαρρῦναι τοὺς

ἐν τῷ Καπετώλιῳ, d. h. den Belagerten die Nachricht zu bringen, dass die Römer in Veii zum Entsatz entschlossen seien. — 18. *ad mag.*] Zu den Consulartribunen. — 20. *comitiis curiatis*] Kann nach der Wortstellung nur mit *revocatus de exilio, iussu populi* mit *dictator diceretur* verbunden werden = *uti com. curiatis si revocatus esset de exilio Camillus iussu p. extemplo dictator diceretur* (nicht von den Consulartribunen). Er wird durch Curiatcomitien zurückgerufen, weil förmliche Centuriatcomitien nicht abgehalten werden konnten, dann aber in Veii durch Volksbeschluss (*iussu populi*), ohne Umschweife sofort (*extemplo*) zum Dictator ernannt. — 25. *legem latam*, in Centuriatcomitien. — 25. *mutari finibus*, das Gebiet verlassen, in welchem er sich befand, u. in das Römische

posset, nec nisi dictator dictus auspicia in exercitu habere —  
lex curiata lata est dictatorque absens dictus.

XVII. Dum haec Veis agebantur, interim arx Romae Ca- 1  
pitoliūque in ingenti periculo fuit. namque Galli seu vestigio 2  
5 notato humano, qua nuntius a Veis pervenerat, seu sua sponte  
animadverso ad Carmentis saxo ascensu aequo nocte sublustrī,  
cum primo inermem, qui temptaret viam, praemisissent, tra-  
dentes inde arma, ubi quid iniqui esset, alterni innixi suble-  
vantesque in vicem et trahentes alii alios, prout postularet  
10 locus, tanto silentio in summum evasere, ut non custodes 3  
solum fallerent, sed ne canes quidem, sollicitum animal ad  
nocturnos strepitus, excitarent. anseres non fefellere, quibus 4  
sacris Iunonis in summa inopia cibi tamen abstinebatur. quae  
res saluti fuit: namque clangore eorum alarumque crepitu ex-  
15 citus M. Manlius, qui triennio ante consul fuerat, vir bello  
egregius, armis arreptis simul ad arma ceteros ciens vadit, et  
dum ceteri trepidant, Gallum, qui iam in summo constiterat,  
umbone ictum deturbat. cuius casus prolapsi cum proximos 5  
sterneret, trepidantes alios armisque omissis saxa, quibus ad-  
20 haerebant, manibus amplexos trucidat. iamque et alii con-  
gregati telis missilibusque saxis proturbare hostes, ruinaque  
tota prolapsa acies in praeceps deferri. sedato deinde tumultu 6  
reliquum noctis, quantum turbatis mentibus poterat, cum  
praeteritum quoque periculum sollicitaret, quieti datum est. luce 7  
25 orta vocatis classico ad concilium militibus ad tribunos, cum  
et recte et perperam facto pretium deberetur, Manlius primum  
ob virtutem laudatus donatusque non ab tribunis solum mili-  
tum sed consensu etiam militari; cui universi selibras farris 8  
et quartarios vini ad aedes eius, quae in arce erant, contule-  
30 runt — rem dictu parvam, ceterum inopia fecerat eam argu-  
mentum ingens caritatis, cum se quisque victu suo fraudans  
detractum corpori atque usibus necessariis ad honorem unius

Gebiet zurückkehren. — 1. *dic-  
tator dictus*, auf förmliche Weise,  
durch Ernennung der Consulatri-  
bunen und durch Uebertragung  
des *imperium* in Folge der üblichen  
*lex curiata*. — Wenn er in *Veii*  
*iussu populi* ernannt war, nachdem  
das *Veios perduxere* statt gefunden,  
dann erschien er nicht als *absens*  
*dictus*.

6. *ad Carmentis*] sc. *sacrum*  
der *Carmenta* oder *Carmentis*, in  
der Nähe die *porta Carmentalis*.  
Die *Carm.* war die göttliche, mit  
prophetischer Kunst begabte Mutter

des Evander, welche Roms Schick-  
sal weissagte, vgl. Ovid. *Fast.* I,  
497 sqq. bei Seyff. *Lesest.* p. 63. —  
6. *ascensu aequo*] Vgl. *asperum*  
*tactu leonem* Horat. — 8. *alterni*,  
einer um den andern. — 13. *Iu-  
nonis*] Eigenthum der Iuno, daher  
Gen., sonst Dat. — 21. *ruinaque*,  
durch das Losreißen von Steinen.  
— 22. *in praeceps*, Abgrund. — 23.  
*poterat*, sc. *fieri*, häufige Ellipse. —  
25. *classico*, cf. zu VIII, 32, 1. —  
29. *quartarios*] Z. § 876. — 31.  
*fraudans*, wie p. 56, 28. —

9 viri conferret. tum vigiles eius loci, qua fefellerat ascendens  
 hostis, citati; et cum in omnes more militari se animadver-  
 10 surum Q. Sulpicius tribunus militum pronuntiasset, consentiente  
 clamore militum in unum vigilem coicientium culpam deterritus  
 a ceteris abstinuit, reum haud dubium eius noxae adprobantibus 5  
 11 cunctis de saxo deiecit. inde intentiores utrimque custodiae  
 esse, et apud Gallos, quia vulgatum erat inter Veios Roman-  
 que nuntios commeare, et apud Romanos ab nocturni periculi  
 memoria.

1 XLVIII. Sed ante omnia obsidionis bellique mala fames 10  
 2 utrimque exercitum urgebat, Gallos pestilentia etiam, cum loco  
 iacente inter tumulos castra habentes tum ab incendiis torrido  
 et vaporis pleno cineremque non pulverem modo ferente, cum  
 3 quid venti motum esset. quorum intolerantissimus gens umor-  
 ique ac frigori adsueta, cum aestu et angore vexata vulgatis 15  
 velut in pecua morbis morerentur, iam pigritia singulos sepe-  
 liendi promisce acervatos cumulos hominum urebant; busto-  
 4 rumque inde Gallicorum nomine insignem locum fecere. In-  
 dutiae deinde cum Romanis factae et colloquia permissu im-  
 peratorum habita; in quibus cum identidem Galli famem obi- 20  
 cerent, eaque necessitate ad deditionem vocarent, dicitur aver-  
 tendae eius opinionis causa multis locis panis de Capitolio  
 iactatus esse in hostium stationes. sed iam neque dissimulari  
 5 neque ferri ultra fames poterat. itaque dum dictator dilectum  
 per se Ardeae habet, magistrum equitum L. Valerium a 25  
 Veis abducere exercitum iubet, parat instruitque quibus haud  
 6 impar adoriatur hostes, interim Capitolinus exercitus stationibus  
 vigiliis fessus superatis tamen humanis omnibus malis cum  
 famem unam natura vinci non sineret, diem de die pro-  
 7 spectans, equod auxilium ab dictatore appareret, postremo 30  
 spe quoque iam non solum cibo deficiente et, cum in stationes  
 procederent, prope obruentibus infirmum corpus armis, vel dedi  
 vel redimi se quacumque pactione possent iussit, iactantibus  
 non obscure Gallis, haud magna mercede se adduci posse, ut  
 8 obsidionem relinquunt. tum senatus habitus tribunisque mili- 35  
 tum negotium datum, ut paciscerentur. inde inter Q. Sulpi-  
 cium tribunum militum et Brennum regulum Gallorum con-

6. *de saxo*] Tarpeio.

12. *inter tumulos*] Den Hügeln der Stadt oder Grabhügel? Die Gegend, wo die Leichen der Gallier verbrannt wurden, behielt, so lange das alte Rom bestand, den Namen der gallischen Scheiterhaufen (*busta gallica*). Die Hügel der

Stadt heißen *colles, montes*, nicht *tumuli*. — 13. *ferente*, bei jedem Windzug entgegen führte. — 15. *frigori adsueta*] Caes. b. g. I, 16; VII, 8. — 15. *angore*, Beklemmung. — 22. *panis*] Vgl. Ovid Fast. VI, 350. — 33. *iussit*, sc. *Capitolinus exercitus*, d. h. die Masse stellt die



loquio transacta res est et mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperaturi factum. rei foedissimae per se 9 adiecta indignitas est: pondera ab Gallis adlata iniqua, et tribuno recusante additus ab insolenti Gallo ponderi gladius, 5 auditaque intoleranda Romanis vox, vae victis.

XLIX. Sed diique et homines prohibuere redemptos vivere 1 Romanos. nam forte quadam, priusquam infanda merces perficeretur per altercationem nondum omni auro appenso, dictator intervenit, auferrique aurum de medio et Gallos summoveri iubet. 10 cum illi renitentes pactos dicerent sese, negat eam pactionem 2 ratam esse, quae, postquam ipse dictator creatus esset, iniussu suo ab inferioris iuris magistratu facta esset; denuntiatque Gallis, ut se ad proelium expediant. suos in acervum coni- 3 cere sarcinas et arma aptare ferroque non auro recuperare 15 patriam iubet in conspectu habentes fana deum et coniuges et liberos et solum patriae deforme belli malis et omnia, quae defendi repetique et ulcisci fas sit. instruit deinde aciem, ut 4 loci natura patiebatur in semirutae solo urbis et natura inaequali, et omnia quae arte belli secunda suis eligi praepararive poterant, providit. Galli nova re trepidi arma capiunt, 5 iraque magis quam consilio in Romanos incurrunt. iam verterat fortuna, iam deorum opes humanaque consilia rem Romanam adiuabant. igitur primo concursu haud maiore molimento fusi Galli sunt, quam ad Aliam vicerant. iustiore 6

Forderung an den Kriegsrath. — 1. *mille pondo auri*] Ungefähr 50000 Friedrichsd'or (denn das römische Pfund ist sehr leicht, etwa 23 Loth kölnisches Gewicht). Für die damalige Zeit war das eine ungeheure Summe, zur Zeit des Theodosius freilich gab es Leute in Rom, die mehrere Centner, ja einen der 200 Centner Goldes Revenuen gehabt haben soll. Nieb. Vorl. I, 365. Diodor erwähnt dieselbe Befreiungssumme, erwähnt aber weder das *vae victis* noch weiss er etwas von der Intervention des Camillus. — 5. *vae victis*] „Dass die Summe den Galliern bezahlt worden ist u. dass sie Rom dafür verlassen haben, ist historische Wahrheit; dass sie höhrenden Betrug beim Wägen geübt haben, ist sehr leicht möglich, auch das *vae victis* kann wahr sein, dergleichen haben auch wir vor dem Jahr 1813 erlebt.“ Nieb. Vorl. I, 385.

11. Man beachte, wie die historische Erfindungskraft der Römer staatsrechtliche Verhältnisse auszunutzen versteht. — 24. Ganz verschieden von der patriotischen Darstellung des Livius ist der Bericht des Polybius II, 22 Die Insubrer und Boier suchen die Gae-saten zum Krieg gegen Rom zu bestimmen, indem sie ihnen Geld geben u. auf den Reichthum in Rom hinweisen, dann führt Pol. fort: ὁδῶς δ' ἔπεισαν ἅμα τοῖς προειρημένοις διδόντες μὲν τὰ πιστὰ περὶ τῆς αὐτῶν συμμαχίας, ἀναμιμνήσκοντες δὲ τῆς τῶν ἰδίων προγόνων πράξεως αὐτούς, ἐν ᾗ ἐκείνοι στρατεύσαντες οὐ μόνον ἐνίκησαν μαχόμενοι Ῥωμαίους, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν μάχην ἐξ ἐφόδου (ex itinere) κατέσχον αὐτὴν τὴν Ῥώμην, γενόμενοι δὲ καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἀπάντων ἐγκρατεῖς καὶ τῆς πόλεως αὐτῆς ἐπὶ μῆνας κυριεύσαντες τέλος (= zuletzt) ἐθέλοντι καὶ

altero deinde proelio ad octavum lapidem Gabina via, quo se ex fuga contulerant, eiusdem ductu auspicioque Camilli vincuntur. ibi caedes omnia obtinuit. castra capiuntur, et ne nuntius quidem cladis relictus. dictator recuperata ex hostibus patria triumphans in urbem redit, interque iocos militares, quos inconditos iaciunt, Romulus ac parens patriae conditorque alter urbis haud vanis laudibus appellabatur. Servatam deinde bello patriam iterum in pace haud dubie servavit, cum prohibuit migrari Veios et tribunis rem intentius agentibus post incensam urbem et per se inclinata magis plebe ad id consilium. eaque causa fuit non abdicandae post triumphum dictaturae, senatu obsecrante, ne rem publicam in incerto relinqueret statu.

## 6. Politische Gleichstellung der Plebs.

(Liv. VI, 34. 35. 39—42).

XXXIV. Quanto magis prosperis eo anno bellis tranquilla omnia foris erant, tanto in urbe vis patrum in dies miseriaeque plebis crescebant, cum eo ipso, quod necesse erat solvi,

μετα χάριτος (= gratis) παραδόντες τὴν πόλιν ἄθραυστοι καὶ ἀσινεῖς ἔχοντες τὴν ἀφέλειαν εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανήλθον. Diese Stelle ist aber gemissbraucht worden zur Verdächtigung des Livius; denn Polyb. gibt hier nicht einen historischen Bericht, sondern prahlerische Worte der Insubrer und Boier zur Erreichung ihres besonderen Zweckes. Man darf dabei nicht den eigentlichen historischen Bericht des Polyb. übersehen, welcher sich II, 18 findet und von Livius nicht so sehr abweicht: Die Gallier hatten Rom eingenommen, γενομένου δ' ἀντισπάσματος καὶ τῶν Οὐενέτων ἐμβalόντων εἰς τὴν χώραν αὐτῶν, τότε μὲν ποιησάμενοι συνθήκας πρὸς Ῥωμαίους καὶ τὴν πόλιν ἀποδόντες ἐπανήλθον εἰς τὴν οἰκίαν, μετὰ δὲ ταῦτα τοῖς ἐμφυλίοις συνέειχοντο πολέμοις (civilibus bellis). Auch die Worte ἐπανήλθον des Polyb. u. ne nuntius

multi, ni nox victoriam magis quam proelium diremisset. et 16  
 Romani fatebantur numquam cum pertinaciore hoste conflictum,  
 et Samnites, cum quaereretur, quaenam prima causa tam ob-  
 5 aiebant vesanosque vultus et furentia ora; inde plus quam ex  
 alia ulla re terroris ortum. quem terrorem non pugnae solum  
 eventu sed nocturna profectione confessi sunt. postero die va- 18  
 cuis hostium castris Romanus potitur, quo se omnis Campano-  
 rum multitudo gratulabunda effudit.

b) Abfall der Latiner und Campaner.

(Liv. VIII, 9. 10).

Pugnatum est haud procul radicibus Vesuvii montis, qua 19  
 via ad Vesperim ferebat. IX. Romani consules, priusquam 1  
 educerent in aciem, immolaverunt. Decio caput iocineris a  
 familiari parte caesum haruspex dicitur ostendisse: alioqui ac-  
 15 ceptam dis hostiam esse; Manlium egregie litasse. „atqui bene  
 habet“ inquit Decius, „si ab collega litatum esse.“ instructis  
 ordinibus processere in aciem. Manlius dextro, Decius laevo 2  
 cornu praeerat. primo utrimque aequis viribus, eodem ardore 3  
 animorum gerebatur res; deinde ab laevo cornu hastati Ro-  
 20 mani, non ferentes impressionem Latinorum, se ad principes  
 recepere. in hac trepidatione Decius consul M. Valerium magna 4  
 voce inelamat: „deorum“ inquit „ope, M. Valeri, opus est:

8. Der mons Gaurus ist von Capua etwa 3 deutsche Meilen entfernt, u. doch gestattet *omnis* nur an die Bürgerschaft von Capua zu denken. —

10. Lib. VIII, 9. Todesweihe des Decius in der Schlacht am Vesuv. — 11. *qua via ad Vesperim ferebat*] Est ist unbekannt, ob es ein Fluss oder ein vicus war; der Ausdruck *via fert* lässt auf letzteres schliessen. Der Zusatz macht es wahrscheinlich, dass die Quelle des Livius nicht den Vesuv bei Neapel, sondern etwa einen vulcanischen Berg des *saltus Vescivinus* an der Grenze des Sidiciner-u. Campanerlandes gemeint hatte. — 13. *caput iocineris*] Eine Protuberation an dem rechten Lappen (*a familiari parte*, die andere Seite war *pars inimici*) der Leber, *caesum* mit einem Einschnitt. — 14. *acceptam*, genehm.

— 15. *litasse*] Vgl. V, 38. — 16. *litatum*, cf. τῶν ἰερῶν γενομένων Plut. Pyrr. 25. — 18. *cornu*, ohne dass ein besonderes Centrum vorhanden ist. — 21. Liv. VIII, 6, 9: *in quiete utrique consuli eadem dicitur visa species viri maioris quam pro humano habitu augustiorisque, dicentis ex una acie imperatorem, ex altera exercitum dis manibus matricque Terrae deberi: utrius exercitus imperator legiones hostium superque eas se devovisset, eius populi partisque victoriam fore. Placuit igitur, averruncandae deum irae victimas caedi, simul ut, si extis eadem, quae somnio visa fuerant, portenderentur, alteruter consulum fata impleret. Ubi responsa haruspicum tacitae religioni congruerunt, comparant inter se, ut, ab utra parte cedere Romanus exercitus coepisset, inde se consul*

agedum, pontifex publicus populi Romani praei verba, quibus  
 5 me pro legionibus devoveam.“ pontifex eum togam praetex-  
 tam sumere iussit et velato capite, manu subter togam ad men-  
 tum exserta super telum subiectum pedibus stantem sic dicere:  
 6 „Iane, Iuppiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, divi Noven- 5  
 siles, di Indigites, divi, quorum est potestas nostrorum hostiumque,  
 diique manes, vos precor veneror veniam peto feroque, uti populo  
 7 Romano Quiritium vim victoriamque prosperetis hostesque po-  
 puli Romani Quiritium terrore, formidine morteque adficiatis.  
 8 sicut verbis nuncupavi, ita pro re publica populi Romani Qui- 10  
 ritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium  
 legiones auxiliaque hostium mecum deis manibus Tellurique devo-  
 9 veo.“ haec ita precatus lictores ire ad T. Manlium iubet matureque  
 collegae se devotum pro exercitu nuntiare. ipse incinctus cinctu  
 Gabino armatus in equum insilivit ac se in medios hostes in- 15  
 misit et conspectus ab utraque acie aliquanto augustior quam  
 pro humano visu sicut caelo missus, piaculum omnis deorum  
 11 irae, qui pestem ab suis aversam in hostes ferret: ita omnis  
 terror pavorque cum illo latus signa primo Latinorum turba-  
 12 vit, deinde in totam penitus aciem pervasit. evidentissimum 20

*devoveret pro p.R. Quiritibusque.* —  
 1. *pontifex publicus*] Es scheint  
 als ob immer ein Abgeordneter des  
 Priestercollegiums das Heer beglei-  
 tete, um die Gebräuche bei Gelübden,  
 Devotionen und Testamenten  
 zu vollziehen. — 3. *velato capite*,  
 cf. p. 32, 18. — 5. *Lares*] sc. *pub-  
 lici*, die *lares praestites*, die *genii*  
 des Romulus u. Remus. — 6. *divi  
 Novensiles*] Gegentheil von *Indi-  
 getes* = *nove in deos insiti: ne ali-  
 quid deorum multitudine aut igno-  
 rantia praeriretur, brevitatis causa  
 uno nomine cunctos Novensiles (No-  
 vensides) invocari.* Arnobius. Vgl.  
 Corssen II, 418. — 7. *feroque*, als  
 Sühnopfer; vielleicht ist *oroque* zu  
 schreiben. — 11. *auxiliis*] Die ita-  
 lischen Bundesgenossen, denn an-  
 dere waren bis zu den Punischen  
 Kriegen nicht im Römischen Heere.  
 Vgl. Liv. XXII, 37, 7: *levium ar-  
 morum auxilia etiam externa  
 vidisse in castris Romanis* (habe er  
 Hiero während des I. pun.  
 Krieges gesehen). Die wich-  
 tigsten Bundesgenossen waren nach  
 dem Abfall der Latiner die Sam-  
 niten. — 14. *cinctu Gabino*] cf.

zu V, 46. — 15. *in medios hostes*]  
 Durch die Weihe wird Decius  
 ein Eigenthum der Götter (*divi  
 sacer*), er stürzt sich nun mitten  
 in die Feinde, damit diese sich an  
 dem Eigenthum der Götter vergrei-  
 fen und dadurch eine Schuld auf  
 sich laden sollen. — 16. *conspectus*.  
 er stürzt sich in die Reihen der  
 Feinde, in dem beide Heere nur  
 auf ihn blickten und er wie vom  
 Himmel gesandt grösser und erha-  
 bener erschien als sonst das mensch-  
 liche Ansehen zu sein pflegt (*quam  
 pro — visu*). — 17. *piaculum* etc.]  
 Mit diesem Satze ist deutlich an-  
 gedeutet, dass die Todesweihe mit  
 der älteren Sitte der Menschenopfer  
 zusammenhängt. Dass diese in be-  
 drängten Zeiten in Rom vorkamen  
 zeigt Livius XXII, 57 *interim ex  
 fatalibus libris sacrificia aliquot  
 extraordinaria facta, inter quae  
 Gallus et Galla, Graecus et  
 Graeca in foro boario sub terra  
 vivi demissi sunt in locum saxo  
 consaeptum iam ante hostiis hu-  
 manis minime Romano sacro im-  
 butum.* — 19. *signa* = *antesignanos*,  
 d. h. *hastatos*. — 20. *pervasit*] Es

id fuit, quod quacumque equo invecus est, ibi haud secus quam pestifero sidere icti pavebant: ubi vero corruit obrutus telis, inde iam haud dubie consternatae cohortes Latinorum fugam ac vastitatem late fecerunt. simul et Romani exsolutis 5 religione animis, velut tum primum signo dato coorti, pugnam 13 integram ediderunt. nam et rorarii procurrebant inter ante- 14 pilanos addiderantque vires hastatis ac principibus, et triarii genu dextro innixi nutum consulis ad consurgendum expectabant. X. Procedente deinde certamine cum aliis partibus mul- 1 titudo superaret Latinorum, Manlius consul audito eventu col- 10 legae, cum, ut ius fasque erat, lacrumis non minus quam laudibus debitis prosecutus tam memorabilem mortem esset, paulisper 2 addubitavit, an consurgendi iam triariis tempus esset; deinde melius ratus integros eos ad ultimum discrimen servari, accen- 15 sos ab novissima acie ante signa procedere iubet. qui ubi subiere, extemplo Latini, tamquam idem adversarii fecissent, 3 triarios suos excitaverunt; qui aliquamdiu pugna atroci cum et semet ipsi fatigassent et hastas aut praefregissent aut he- 20 betassent, sed pellerent vi tamen hostem, debellatum iam rati 4 perventumque ad extremam aciem, tum consul triariis: „con- surgite nunc“ inquit „integri adversus fessos, memores patriae parentumque et coniugum ac liberorum, memores consulis pro 5 vestra victoria mortem occubantis.“ ubi triarii consurrexerunt 5 integri, refulgentibus armis, nova ex improviso exorta acies, 25 receptis in intervalla ordinum antepilanis, clamore sublato principia Latinorum perturbant, hastisque ora fodientes primo 6

ist wahrscheinlich, dass die Feinde den geweihten Consul nicht tödten wollten, um das Opfer nicht für die Römer zu vollziehen; aber zuletzt entschied doch der Unwille über die Verheerung, welche er anrichtete. Sein Fall scheint die Latiner in Schrecken versetzt zu haben (*inde iam haud dubie consternatae*). — 5. *religione*, der religiösen Furcht, der *δεισιδαιμονία*. — 6. *rorarii*] Leichtbewaffnete Truppen hinter den *triarii*, *rorarii appellabantur milites, qui antequam congressae essent acies primo non multis iaculis inibant proelium; nomen inde tractum, quod ante maximas pluvias coelum rorare incipiat*. — 6. *procurrebant inter antepilanos*] *antepilani* sind die *hastati* u. *principes*, in deren *intervalla* die *rorarii* vorgingen. — 7. *addiderant*, sofort

mit ihrem Vorgehen; warum nicht *addebant*?

9. *aliis partibus*] auf anderen Seiten (der rechte Flügel der Römer? — 14. *accensos*] Angehörige der 6. Classe (*fundis lapidibuse proeliaturi*), gewöhnlich nur Ersatzmannschaft, jetzt in der Gefahr vielleicht besser gerüstet den Legionen zugetheilt. — 16. *subiere*, gegen den Feind rückten; zuvor waren sie durch die Stellung der *principes* u. *hastati* (*ante signa*) vorgegangen (*procedere iubet*). — 23. *occubantis*] *occubare* Perfectbegriff zu *occumbere* (*mortem*, poet. *morti*, nicht *morte*). — 25. *antepilanis*, die vorgeschickten *accensi*. — 26. *principia Lat.*, die vordersten Reihen der Latiner, die *Triarii*, welche nachher *robur virorum* genannt werden. Indem die Römer

robore virorum caeso per alios manipulos velut inermes prope intacti evasere tantaque caede perrupere cuneos, ut vix quartam partem relinquerent hostium. Samnites quoque sub radicibus montis procul instructi praebuere terrorem Latinis. ceterum inter omnes cives sociosque praecipua laus eius belli penes consules fuit, quorum alter omnis minas periculaque ab deis superis inferisque in se unum vertit, alter ea virtute eoque consilio in proelio fuit, ut facile convenerit inter Romanos Latinosque, qui eius pugnae memoriam posteris tradiderunt, utrius partis T. Manlius dux fuisset, eius futuram haud dubie victoriam. Latini ex fuga se Menturnas contulerunt. castra secundum proelium capta multique mortales ibi vivi oppressi, maxime Campani. Decii corpus ne eo die inveniretur, nox quaerentes oppressit; postero die inventum inter maximam hostium stragem, coopertum telis; funusque ei par morti celebrante collega factum est. illud adiciendum videtur, licere consuli dictatorique et praetori, cum legiones hostium devoveat, non utique se, sed quem velit ex legione Romana scripta civem devovere. si is homo, qui devotus est, moritur, probe factum videri; ni moritur, tum signum septem pedes altum aut maius in terram defodi et piaculum hostiam caedi; ubi illud signum defossum erit, eo magistratum Romanum escendere fas non esse. sin autem sese devovere volet, sicuti Decius devovit, ni moritur, neque suum neque publicum divinum pure faciet sive hostia sive quo alio volet; qui sese devoverit, Vulcano arma sive cui

vorgehen, zielen sie mit dem Speer nach dem Gesicht des Gegners u. hauen ihn dann mit dem Schwerte nieder (*fodientes — caeso = hastis ora fodientes ubi robur ceciderunt*). — 4. *procul instructi*] Die Samniten scheinen nicht eine *συμμαχία*, sondern nur eine *ἐπιμαχία*, mit den Römern geschlossen zu haben, vgl. Thuc. I, 44: Ἀθηναῖοι δὲ μετέγνωσαν Κερκυραίους ξυμμαχίαν μὲν μὴ ποιήσασθαι, ὥστε τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν — εἰ γὰρ ἐπὶ Κόρινθον ἐκέλευον σφίσις οἱ Κερκυραῖοι ξυμπλεῖν, ἐλύοντ' ἂν οὐτοῖς αἰ πρὸς Πελοποννησίους σπονδαί — ἐπιμαχίαν δ' ἐποιήσαντο τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν εἰάν τις ἐπὶ Κερκυραν ἢ ἢ Ἀθήνας ἢ τοὺς τούτων ξυμμάχους. Deshalb sahen die Athener in der Seeschlacht bei Kerkyra den beiden Theilen bewaffnet

zu, unterstützten damit aber doch durch ihre Aufstellung die Kerkyräer. — 5. *belli*, Kampfes. — 7. *consilio*, Umsicht. — 8. Darf man hier an gleichzeitige Lateinische Historiker denken? Setzt *memoriam posteris tradere* überhaupt nothwendig Historiker voraus? — 11. *Menturnas*, am Liris, etwa 10 Meilen vom Schlachtfelde entfernt. — 18. *quem velit*] Wieder ein Beweis, dass die Weihe ein Ersatz des Menschenopfers war. — 18. *scripta*, förmlich ausgehoben und (*sacramento*) verpflichtet. — 20. *signum*, ein symbolisches Menschenopfer? Will die Erde den Devovirten nicht aufnehmen, so soll sie ein Bild desselben (*signum*) annehmen: der Erde wird damit gewissermassen Zwang angethan. — 24. *divinum*, Opfer, cf. *rem divinam facere*. — 25. *qui sese devoverit* steht am Anfang im Ge-

alii divo vovere volet, ius est. telo, super quod stans consul 14  
 precatus est, hostem potiri fas non est; si potiat, Marti  
 suovetaurilibus piaculum fieri.

### c) Der zweite Samnitische Krieg.

- 5 a) Streit des Dictators L. Papirius Cursor und des magister equitum  
 Q. Fabius Maximus Rullianus (Liv. VIII, 30—35).

XXX. In Samnium incertis itum auspiciis est; cuius rei 1  
 vitium non in belli eventum, quod prospere gestum est, sed  
 in rabiem atque iras imperatorum vertit. namque Papirius 2  
 dictator a pullario monitus cum ad auspicium repetendum Ro-  
 mam proficisceretur, magistro equitum denunciavit, ut sese loco  
 teneret, neu absente se cum hoste manum consereret. Q. Fabius 3  
 cum post profectionem dictatoris per exploratores conperisset,  
 perinde omnia soluta apud hostes esse, ac si nemo Romanus in  
 Samnio esset, seu ferox adulescens indignitate accensus, quod om- 4  
 nia in dictatore viderentur reposita esse, seu occasione bene  
 gerendae rei inductus, exercitu instructo paratoque profectus  
 ad Inbrinium — ita vocant locum — acie cum Samnitibus  
 conflixit. ea fortuna pugnae fuit, ut nihil relictum sit, quo, 5  
 si adfuisset dictator, res melius geri potuerit. non dux militi,  
 non miles duci defuit. eques etiam auctore L. Cominio tribuno 6  
 militum, qui aliquotiens impetu capto perrumpere non poterat  
 hostium agmen, detraxit frenos equis atque ita concitatos cal-  
 caribus permisit, ut sustinere eos nulla vis posset: per arma,

gensatz zu *sin autem sese devovere volet*. — 3. *fieri*, sc. *fas est*.

4. Die folgenden Ereignisse fallen in das Jahr 429 a. u. = 325 v. Chr. — 7. *incertis auspiciis*] Liv. XXII, 1: *magistratus auspicium a domo, publicis privatisque penetibus, votis rite in Capitolio nuncupatis secum ferre*. Wenn nun nach Abzug des Heeres die Auspicien sich nicht als sicher oder zuverlässig erwiesen (cf. X, 40 *pullarius auspicium mentiriusus*), so musste der Magistrat auf römisches Gebiet zurückkehren, um die Auspicien von Neuem anzustellen (*repetere*). — 10. *a pullario monitus*] Der Wärter der heiligen Hühner vertritt im Felde die Stelle der

Augurn. — 11. Die triftigen Gründe, welche ihn zu diesem Befehl bestimmten, entwickelt der Dictator selbst c. 32, 4. — 15. *adulescens*, er war 6 Jahre vorher Aedil gewesen. Motive u. Ausführung der folgenden Episode erinnern nur zu sehr an die Kämpfe zwischen Q. Fabius Maximus Cunctator u. M. Minucius Rufus im zweiten punischen Krieg. Beachtenswerth ist, dass Livius hier den Fabius Pictor benutzt hat, cf. p. 136, 9. — 18. *ita vocant locum*] Ort oder Gegend ist unbekannt; vielleicht war es Imbrivium im Lande der Aequer bei Subiaco, von wo Kaiser Claudius die Wasserleitungen herleitete. Nieb. Vorl. I, 483. — 22. *inpetum*

- 7 per viros late stragem dedere. secutus pedes impetum equitum  
 turbatis hostibus intulit signa. viginti milia hostium caesa  
 eo die traduntur. auctores habeo bis cum hoste signa conlata  
 dictatore absente, bis rem egregie gestam; apud antiquissimos  
 5 scriptores una haec pugna invenitur; in quibusdam annalibus  
 8 tota res praetermissa est. magister equitum, ut ex tanta caede,  
 multis potitus spoliis congesta in ingentemacervum hostilia arma  
 9 subdito igne concremavit, seu votum id deorum cuiquam fuit, seu  
 credere libet Fabio auctori, eo factum, ne suae gloriae fructum  
 dictator caperet nomenque ibi scriberet aut spolia in triumpho  
 10 ferret. litterae quoque de re prospere gesta ad senatum, non  
 ad dictatorem missae argumentum fuere minime cum eo com-  
 municantis laudes. ita certe dictator id factum accepit, ut  
 laetis aliis victoria parta prae se ferret iram tristitiamque.  
 11 misso itaque repente senatu se ex curia proripuit, tum vero  
 non Samnitium magis legiones quam maiestatem dictatoriam  
 et disciplinam militarem a magistro equitum victam et ever-  
 12 sam dictitans, si illi inpune spretum imperium fuisset. itaque  
 plenus minarum iraeque profectus in castra cum maximis iti-  
 neribus isset, non tamen praevenire famam adventus sui potuit.  
 13 praecurrerant enim ab urbe qui nuntiarent, dictatorem avidum  
 poenae venire, alternis paene verbis T. Manlii factum laudantem.  
 1 XXXI. Fabius contione extemplo advocata obtestatus mi-  
 lites est, ut, qua virtute rem publicam ab infestissimis hosti-

*capere* einen Anlauf nehmen, vom heftigen Reiterangriff. — 3. *traduntur*, als unzuverlässige Angabe der Annalisten. — 4. *antiquissimos*, wie Fabius Pictor. — 5. *in quibusdam annalibus*] Solche Angaben bezeugen die Unsicherheit der ältesten Geschichte in Einzelheiten, aber auch zugleich den Fleiss und die Umsicht des Livius. — 9. *Fabio auctori*] Q. Fabius Pictor, der älteste Geschichtsschreiber der Römer (*Fabius aequalem temporibus huiusce belli* (II. Pun.) *potissimum auctorem habui* Liv. XXII, 7), behandelte die Geschichte Roms von Erbauung der Stadt bis auf seine Zeit, in griechischer Sprache. Es war die vorzüglichste Quelle des Livius, Polybius und Dionysius. Nach der Schlacht bei Cannae wurde er als Gesandter vom Senat nach Delphi zum Orakel geschickt (Liv. XXII, 57), worüber er nach seiner Rückkehr Bericht erstattet (XXIII, 11).

Er scheint die Geschichte seiner Ahnen (*gens Fabia*) sehr ausführlich behandelt zu haben, nicht ohne persönliche Theilnahme. — 9. Etwa als *tropaeum*. Daran erinnert auch *nomenque ibi scriberet*. — 10. *nomenque ibi scriberet*] Dazu hatte er ein Recht, weil der *mag. equitum* ihm untergeordnet nicht *suis auspiciis* kämpfte. — 11. *non ad dictatorem*] Dies war die Pflicht des Unterbefehlshabers, denn nur der Oberfeldherr verhandelt direct mit dem Senate. — 15. *tum vero* steht in Beziehung zu *si — fuisset*. — 22. *alternis*, bei jedem zweiten Wort (immer und immer wieder), vgl. *alterni versus*. — 22. *T. Manlii factum*] Der seinen eigenen Sohn hatte hinrichten lassen, weil er im Latinerkrieg gegen das ausdrückliche Verbot des Vaters sich in einen Einzelkampf mit einem vornehmen Latiner eingelassen hatte. Liv. VIII, 7.



bus defendissent, eadem se, cuius ductu auspicioque vicissent, ab inpotenti crudelitate dictatoris tutarentur: venire amentem 2 invidia, iratum virtuti alienae felicitatique; furere, quod se absente res publica egregie gesta esset; malle, si mutare fortunam posset, apud Samnites quam Romanos victoriam esse; 5 imperium dictitare spretum, tamquam non eadem mente pugnari 3 vetuerit, qua pugnatum doleat: et tunc invidia impedire virtutem alienam voluisse cupidissimisque arma ablaturum fuisse militibus, ne se absente moveri possent, et nunc id furere, id aegre 4 10 pati, quod sine L. Papirio non inermes, non manci milites fuerint, quod se Q. Fabius magistrum equitum duxerit ac non accensum dictatoris. quid illum facturum fuisse, si, quod belli 5 casus ferunt Marsque communis, adversa pugna evenisset, qui sibi devictis hostibus, re publica bene gesta, ita ut non ab 15 illo unico duce melius geri potuerit, supplicium magistro equitum minetur! neque illum magistro equitum infestio- 6 rem quam tribunis militum, quam centurionibus, quam militibus esse. si 7 posset, in omnes saeviturum; quia id nequeat, in unum saevire; etiam invidiam tamquam ignem summa petere; in caput consilii, in ducem incurrere. si se simul cum gloria rei gestae 20 extinxisset, tunc victorem, velut in capto exercitu dominantem, quidquid licuerit in magistro equitum, in militibus ausurum. proinde adessent in sua causa omnium libertati. si consensum 8 exercitus eundem, qui in proelio fuerit, in tuenda victoria videat, et salutem unius omnibus curae esse, inclinaturum ad 25 clementiorem sententiam animum. postremo se vitam fortunas- 9 que suas illorum fidei virtutisque permittere. XXXII. Clamer 1 e tota contione ortus, uti bonum animum haberet: neminem illi vim adlaturum salvis legionibus Romanis.

30 Haud multo post dictator advenit, classicoque extemplo ad contionem advocavit. tum silentio facto praeco Q. Fabium 2 magistrum equitum citavit. qui simul ex inferiore loco ad

1. *ductu auspicioque*] Nur im uneigentlichen Sinne zu verstehen, vgl. zu p. 136, 10. — 8. *cupidissimis*, sc. *pugnandi*. — 10. *manci milites*] = *manibus constrictis debilitati*. — 12. *accensum*] Ordonanzdiener. — 15. *magistro eq.*, zur Hebung des Contrastes hinzugefügt und neben *supplicium* gestellt! Denn an sich ist dieser Begriff überflüssig, ja störend. — 19. *ignem*, der Blitz, cf. Hor. II, 10, 11: *feriuntque summos fulgura montes*, Herod. VII, 10: *ὄρας τὰ ὑπερέχοντα* [ἄρα] ὡς κεραινοὶ ὁ θεός — ὄρας δὲ ὡς ἐς οὐρανὸν

*ματα τὰ μέγιστα αἰεὶ καὶ δένδρα τὰ τοιαῦτ' ἀποσκήπτει τὰ βέλεα· φιλείει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν.* — 21. *dominari in c. Abl.* = sich wie Despot in einem Kreise frei und ungehindert bewegen, cf. *regnare in civitate*. — 26. *animum* ist Objectaccusativ.

30. Der Dictator beruft eine militärische *contio*, deren Zweck hier schwer zu bezeichnen ist. Das Signal (*classicum*) wird mit der *bucina* gegeben, cf. Lange I, 487. Bei *advocare* u. *convocare* fehlt häufig das Object. — 31. *praeco*] So wie in der Gerichts-

3 tribunal accessit, tum dictator: „quaero“ inquit „de te, Q. Fabi,  
 cum summum imperium dictatoris sit, pareantque ei consules,  
 regia potestas, praetores, isdem auspiciis quibus consules creati,  
 aequum censeas necne magistrum equitum dicto audientem  
 4 esse? itemque illud interrogo, cum me incertis auspiciis pro- 5  
 fectum ab domo scirem, utrum mihi turbatis religionibus res  
 publica in discrimen committenda fuerit an auspicia repetenda,  
 5 ne quid dubiis dis agerem? simul illud, quae dictatori religio  
 impedimento ad rem gerendam fuerit, num ea magister equitum  
 solutus ac liber potuerit esse? sed quid ego haec interrogo? 10  
 cum, si ego tacitus abissem, tamen tibi ad voluntatis interpre-  
 tationem meae dirigenda tua sententia fuerit. quin tu respon-  
 6 des, vetuerimne te quicquam rei me absente agere, vetuerimne  
 7 signa cum hostibus conferre? quo tu imperio meo spreto, in-  
 certis auspiciis, turbatis religionibus adversus morem milita- 15  
 rem disciplinamque maiorum et numen deorum ausus es cum  
 8 hoste configere. ad haec, quae interrogatus es, responde, at  
 9 extra ea cave vocem mittas. accede, lictor.“ adversus quae  
 singula cum respondere haud facile esset, et nunc quereretur  
 eundem accusatorem capitis sui ac iudicem esse, modo vitam 20  
 sibi eripi citius quam gloriam rerum gestarum posse voci-  
 feraretur, purgaretque se invicem atque ultro accusaret, tunc  
 Papirius redintegrata ira spoliari magistrum equitum ac virgas  
 11 et secures expediri iussit. Fabius fidem militum inplorans la-  
 cerantibus vestem lictoribus ad triarios tumultum iam miscen- 25  
 tes sese recepit. inde clamor in totam contionem est perlatus:  
 12 alibi preces, alibi minae audiebantur. qui proximi forte tri-  
 bunalis steterant, quia subiecti oculis imperatoris noscitari po-  
 terant, orabant, parceret magistro equitum, neu cum eo exer-  
 13 citum damnaret; extrema contio et circa Fabium globus in- 30  
 crepabant inclementem dictatorem nec procul seditione aberant.  
 14 ne tribunal quidem satis quietum erat. legati circumstantes  
 sellam orabant, ut rem in posterum diem differret, et irae suae  
 spatium et consilio tempus daret: satis castigatam adulescen-  
 15 tiam Fabii esse, satis deformatam victoriam; ne ad extremum 35  
 finem supplicii tenderet, neu unico iuveni, neu patri eius cla-

versammlung immer ein *praeco* die Beklagten vorlud. — 3. *isdem auspiciis*] Darum heisst der *praetor* auch *collega* des Consuls; dennoch heissen die *auspicia* des Prätors *minora*. Der *mag. equitum* hat sonst *dignitas consularis*, cf. XXIII, 11 *magistrum equitum, quae consularis potestas sit, fusum fugatumque*. — 11. *ad vol. interp.*, also war er nicht an den Buchstaben

gebunden. — 18. *accede lictor*] Damit wird Befehl zur Verhaftung gegeben. — 22. *atque ultro*, ja sogar, indem er die ihm angewiesene Grenze überschritt (*ultro*). — 23. — *spoliari*] Der *insignia* u. *vestis* = entkleiden. — 23. Warum ausdrücklich *magistrum equitum*? — 28. Warum nicht *stabant*? — 36. Eine Strafe (*supplicium*) hat Fabius bereits durch den Tadel erlitten,

rissimo viro, neu Fabiae genti eam iniungeret ignominiam. 16  
 cum parum precibus, parum causa proficerent, intueri saevien-  
 tem contionem iubebant: ita inritatis militum animis subdere  
 ignem ac materiam seditioni non esse aetatis, non prudentiae  
 5 eius. neminem id Q. Fabio poenam deprecanti suam vitio ver- 17  
 surum, sed dictatori, si occaecatus ira infestam multitudinem  
 in se pravo certamine movisset. postremo, ne id se gratiae 18  
 dare Q. Fabii crederet, se ius iurandum dare paratos esse non  
 videri e re publica in Q. Fabium eo tempore animadverti.

0 XXXIII. His vocibus cum in se magis incitarent dicta- 1  
 torem quam magistro equitum placarent, iussi de tribunali  
 descendere legati; et silentio nequiquam p̄r praeconem temptato, 2  
 cum prae strepitu ac tumultu nec ipsius dictatoris nec appa-  
 ritorum eius vox audiretur, nox velut in proelio certamini  
 5 finem fecit.

Magister equitum iussus postero die adesse, cum omnes 3  
 adfirmarent infestius Papirium exarsurum, agitatum contentione  
 ipsa exacerbatumque, clam ex castris Romam profugit; et patre 4  
 auctore M. Fabio, qui ter iam consul dictatorque fuerat, vocato  
 0 extemplo senatu cum maxime conquereretur apud patres vim  
 atque iniuriam dictatoris, repente strepitus ante curiam lictor-  
 um summoventium auditur, et ipse infensus aderat, postquam 5  
 conperit profectum ex castris, cum expedito equitatu secutus.  
 iterata deinde contentio, et preni Fabium Papirius iussit. ibi 6  
 5 cum deprecantibus primoribus patrum atque universo senatu  
 perstaret in incepto innitis animus, tum pater M. Fabius: 7  
 „quando quidem“ inquit „apud te nec auctoritas senatus nec aetas  
 mea, cui orbitatem paras, nec virtus nobilitasque magistri equitum  
 a te ipso nominati valet, nec preces, quae saepe hostem mitigavere,  
 0 quae deorum iras placant, tribunos plebis appello et provoco ad  
 populum eumque tibi, fugienti exercitus tui, fugienti senatus iudi-

weshalb auch sein Sieg *deformata* genannt wird; der Dictator aber will bis zur äussersten Linie der Bestrafung, bis zur Hinrichtung, vorgehen. — 2. *causa*] = Entschuldigung. — 5. *eius*] *dictatoris*. — 7. *pravo certamine* durch falschen Eifer. — 9. Selbst der Dictator konnte sich also durch einen Beschluss des Kriegsraths decken.

17. *contentione*, der schon durch die entschiedene Parteinahme des Heeres an sich in voller Aufregung sei. — 19. Er war Dictator 350 v. Chr., *nullo terrore belli, sed ne Licinia lex comitiis consularibus observaretur*, konnte aber doch die

Wahl eines plebeischen Consuls nicht verhindern. — 19. *vocato*, als *magister equitum* hat er das Recht, den Senat zu berufen, wenn der Dictator nicht anwesend ist. — 22. *summoventium*] i. e. *hominum turbam*. — 24. *ibi*, da, bei dieser Gelegenheit, gehört zu *tum pater inquit*, bereitet also das entscheidende Moment (*tum*) vor. — 31. *provoco ad populum*] Welche immer erst nach der *prensio* eintritt. Der Vater appellirt für den Sohn an das Volk vermöge der *patria potestas*. Die Provocation vom Dictator an das Volk war allerdings in der Stadt selbst zulässig seit der Zeit der

8 cium, iudicem fero, qui certe unus plus quam tua dictatura potest  
 polletque. videro, cessurusne provocationi sis, cui rex Romanus  
 9 Tullus Hostilius cessit.“ ex curia in contionem itur. quo cum  
 paucis dictator, cum omni agmine principum magister equitum  
 cum escendisset, deduci eum de rostris Papirius in partem in- 5  
 10 ferio rem iussit. secutus pater: „bene agis“ inquit „cum eo nos  
 deduci iussisti, unde et privati vocem mittere possemus.“ ibi  
 primo non tam perpetuae orationes quam altercatio exaudie-  
 11 bantur. vincit deinde strepitum vox et indignatio Fabi senis,  
 12 increpantis superbiam crudelitatemque Papiri: se quoque dicta- 10  
 torem Romae fuisse, „nec a se quemquam, ne plebis quidem  
 13 hominem, non centurionem, non militem violatum; Papirium  
 tamquam ex hostium ducibus, sic ex Romano imperatore vic-  
 toriam et triumphum petere. quantum interesse inter mode-  
 rationem antiquorum et novam superbiam crudelitatemque! 15  
 14 dictatorem Quinctium Cincinnatum in L. Minucium consulem  
 ex obsidione a se ereptum non ultra saevisse, quam ut lega-  
 15 tum eum ad exercitum pro consule relinqueret. M. Furium  
 Camillum in L. Furio, qui contempta sua senectute et aucto-  
 ritate foedissimo cum eventu pugnasset, non solum in prae- 20  
 16 sentia moderatum irae esse, ne quid de collega secus populo  
 aut senatui scriberet, sed, cum revertisset, potissimum ex tri-  
 bunis consularibus habuisse, quem, ex collegis optione ab senatu  
 17 data, socium sibi imperii deligeret. nam populi quidem, penes  
 quem potestas omnium rerum esset, ne iram quidem umquam 25  
 atrocio rem fuisse in eos, qui temeritate atque inscitia exercitus  
 amisissent, quam ut pecunia eos multaret: capite anquisitum  
 ob rem bello male gestam de imperatore nullo ad eam diem

*leges Valeriae-Horatiae* (449), aber die Lage war schwierig, weil Fabius in das Lager gehörte u. sich ohne Urlaub entfernt hatte. Er war also dem *imperium militare* des Dictators unterworfen, von dem eine Provocation nicht stattfinden konnte. Wollte man das Recht der Appellation anerkennen, so musste man auch die willkürliche Entfernung als rechtlich zulässig billigen; dies war unmöglich, es wäre einer Auflösung der *disciplina militaris* gleich gewesen. — 1. *fero*, neulateinisch *offero*. — 2. *videro*, ich will zusehen, warten etc., cf. Terent. Andr. 456: *ego istaec recte ut fiant videro*, werde schon dafür sorgen. — 3. *in contionem*] Also nur zur Vorverhandlung

der Sache, nicht zur richterlichen Entscheidung. — 5. *deduci eum de rostris*] Als *magistratus* hatte Fabius das Recht von den *rostra* herab zu sprechen, dies will der Dictator sich gegenüber nicht zugestehen, wohl auch weil er Fabius nicht mehr als *mag.* anerkennt. Der Vater des Fabius scheint dies so zu deuten, als sei dadurch mit Zustimmung des Dictators sein Sohn aus dem militärischen Verband getreten. — 8. *altercatio* collectiv = *altercationes*. — 16. Liv. III, 29, 18. Liv. VI, 25. — 27. Im J. 476 v. Chr. klagten zwei Tribunen den abgegangenen Consul T. Menenius Aprippa an, weil er durch Ungeschick seinem Heere eine schwere Niederlage be-

esse. nunc ducibus populi Romani, quae ne victis quidem bello 18  
 fas fuerit, virgas et secures victoribus et iustissimos meritis  
 triumphos intentari. quid enim tandem passurum fuisse filium  
 suum, si exercitum amisisset, si fusus fugatus castris exutus 19  
 5 fuisset? quo ultra iram violentiamque eius excessuram fuisse,  
 quam ut verberaret necaretque? quam conveniens esse, propter 20  
 Q. Fabium civitatem in laetitia victoria, supplicationibus ac  
 gratulationibus esse, eum, propter quem deum delubra pateant, 21  
 10 arae sacrificiis fument, honore donis cumulentur, nudatum virgis  
 atque arcem deosque ab se duobus proeliis haud frustra ad-  
 vocatos? quo id animo exercitum, qui eius ductu auspiciisque  
 vicisset, laturum? quem luctum in castris Romanis, quam lae- 22  
 titiam inter hostes fore? haec simul iurgans querens, deum  
 15 hominumque fidem obtestans, et complexus filium plurimis cum 23  
 lacrumis agebat. XXXIV. Stabat cum eo senatus maiestas, 1  
 favor populi, tribuniciam auxilium, memoria absentis exercitus;  
 ex parte altera imperium invictum populi Romani et disciplina 2  
 rei militaris et dictatoris edictum pro numine semper obser-  
 20 vatum et Manliana imperia et posthabita filii caritas publicae  
 utilitati iactabantur. hoc etiam L. Brutum, conditorem Romanae 3  
 libertatis, antea in duobus liberis fecisse: nunc patres comes et  
 senes faciles pro alieno imperio spreto, tamquam rei parvae,  
 disciplinae militaris eversae iuventuti gratiam facere. se tamen 4  
 25 perstaturum in incepto, nec ei, qui adversus dictum suum tur-  
 batis religionibus ac dubiis auspiciis pugnasset, quicquam ex  
 iusta poena remissurum. maiestas imperii perpetuane esset, non 5  
 esse in sua potestate: L. Papirium nihil eius deminuturum; 6  
 optare, ne potestas tribunicia, inviolata ipsa, violet intercessione  
 30 sua Romanum imperium, neu populus in se potissimum dicta-  
 tore ius dictaturae extinguat. quod si fecisset, non L. Papi- 7

reitet hatte. Er wurde verurtheilt zu einer Vermögensbusse von 2000 As (20 Rinder). Lange II, 492. Aehnliche Anklagen kamen öfter, doch verhältnissmässig nur selten vor. — 1. *victis bello*, sc. *ducibus*. — 8. *propter quem*, dem man es verdanke. — 13. Nach Homers Vorgang A. 254: ὦ πόποι, ἦ μέγα πένθος Ἀχαιῶν γαῖαν ἰκάνει· ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος Πριάμοιο τε παῖδες, ἄλλοι τε Τρῶες μέγα κεν κρηαροῖατο θυμῷ, εἰ σφῶιν τάδε πάντα πνθιοῖατο μαρναμένων. — 15. *et*, und dabei, dem *simul* correspondirend.

18. *imperium invictum pop. Rom.*]

Das Volk im ideellen Sinne (= Staat) hat das *imperium* u. überträgt es zeitweise durch die *lex curiata*. — 23. *pro alieno*, sie setzen sich über das *imperium* hinweg, als wäre das eine Sache, welche sie nicht berührte; ganz anders handelten Männer wie Manlius und Brutus, welche in persönlichen Angelegenheiten das Recht des Staats als ihre eigene Sache zu schützen wussten, *suam salutem posteriorem salute communi duxerunt*. — 24. *gratiam facere alicuius rei*, etwas einem zu Gute halten, nachsehen. — 28. Streng conservativer Grundsatz! — 31. Es ist fraglich, ob gegen den

rium, sed tribunos, sed pravum populi iudicium neququam  
 posteros accusaturos, cum polluta semel militari disciplina non  
 miles centurionis, non centurio tribuni, non tribunus legati,  
 8 non legatus consulis, non magister equitum dictatoris pareat  
 imperio, nemo hominum, nemo deorum verecundiam habeat,  
 9 non edicta imperatorum, non auspicia observentur, sine com-  
 meatu vagi milites in pacato, in hostico errent, inmemores sa-  
 10 sacramenti licentia sola se ubi velint exauctorent, infrequentia  
 deserantur signa, neque conveniatur ad edictum nec discernatur,  
 interdiu nocte, aequo iniquo loco, iussu iniussu imperatoris  
 pugnent, et non signa, non ordines servant, latrocinii modo  
 11 caeca et fortuita pro sollempni et sacrata militia sit —: horum  
 criminum vos reos in omnia saecula offerite, tribuni plebi; vestra  
 1 obnoxia capita pro licentia Q. Fabi obicite. XXXV. Stupentes  
 tribunos et suam iam vicem magis anxios quam eius, cui  
 2 auxilium ab se petebatur, liberavit onere consensus populi Ro-  
 mani ad preces et obtestationem versus, ut sibi poenam ma-  
 gistri equitum dictator remitteret. tribuni quoque inclinatum  
 rem in preces subsecuti orare dictatorem insistunt, ut veniam  
 3 errori humano, veniam adulescentiae Q. Fabii daret; satis eum  
 poenarum dedisse. iam ipse adulescens, iam pater M. Fabius  
 4 contentionis obliti procumbere ad genua et iram deprecari  
 dictatoris. tum dictator silentio facto: „bene habet“ inquit,  
 „Quirites: vicit disciplina militaris, vicit imperii maiestas, quae  
 5 in discrimine fuerunt, an ulla post hanc diem essent. non noxae  
 eximitur Q. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnavit, sed  
 6 noxae damnatus donatur populo Romano, donatur tribuniciae po-  
 testati, precarium, non iustum auxilium ferenti. vive, Quinte Fabi,  
 felicior hoc consensu civitatis ad tuendum te, quam qua paulo  
 ante exultabas victoria; vive, id facinus ausus, cuius tibi ne  
 7 veniam dedisset. mecum, ut voles, reverteris in gratiam; po-

Dictator eine Intercession u. Pro-  
 vocation noch niemals erhoben  
 worden war: hier handelt es sich  
 um ein militärisches Vorgehen, um  
 die militärische Jurisdiction, um  
 die willkührliche Entfernung von der  
 Armee ohne Urlaub, cf. vv. 2 sqq.  
 u. 24.

14. *stupentes*, verlegen. Das Volk  
 und die Tribunen wollen das *inpe-  
 rium militare* des Dictators inmitten  
 eines gefährlichen Kriegs nicht ge-  
 schwächt wissen. — 15. *suam iam  
 vicem*] Denn achteten sie nicht das  
 Recht der Dictatur, so war Gefahr,  
 dass umgekehrt die *sacrosancta po-*

*testas* der Tribunen nicht geachtet  
 wurde: Wer anderer Rechte ver-  
 letzt, ist in dem seinigen nicht  
 sicher. Und in diesem Fall hatte  
 der Dictator offenbar das Recht  
 auf seiner Seite. — 16. *consensus  
 populi Romani*] Das Volk erkennt  
 das Recht des Dictators an, ver-  
 langt aber von ihm Gnade, weil  
 damit das Recht nicht verletzt wird  
 (*non noxae eximitur* = die Schuld  
 wird zugestanden). — 32. *reverteris in  
 gratiam*, woraus indess nicht folgt,  
 dass der Dictator den Fabius so-  
 fort die Functionen des *magister  
 equitum* wieder ausüben lassen

pulo Romano, cui vitam debes, nihil maius praestiteris, quam si hic tibi dies satis documenti dederit, ut bello ac pace pati legitima imperia possis.“ cum se nihil morari magistrum equitum pronuntiasset, degressum eum templo laetus senatus, laetior populus, circumfusi ac gratulantes hinc magistro equitum, hinc dictatori, prosecuti sunt, firmatumque imperium militare haud minus periculo Q. Fabii quam supplicio miserabili adulescentis Manlii videbatur.

b) Niederlage der Römer in den Caudinischen Pässen.

(Liv. IX, 1—12).

I. Sequitur hunc annum nobilis clade Romana Caudina pax T. Veturio Calvino Sp. Postumio consulibus. Samnites eo anno imperatorem C. Pontium Herrenni filium habuerunt, patre longe prudentissimo natum, primum ipsum bellatorem ducemquo. is, ubi legati, qui ad dedendas res missi erant, pace infecta redierunt: „ne nihil actum“ inquit „hac legatione censeatis, expiatum est, quidquid ex foedere rupto irarum in nos caelestium fuit. satis scio, quibuscumque diis cordi fuit subigi nos ad necessitatem dedendi res, quae ab nobis ex foedere repetitae fuerant, eis non fuisse cordi tam superbe ab Romanis foederis expiationem spretam. quid enim ultra fieri ad placandos deos mitigandosque homines potuit, quam quod nos fecimus? res hostium in praeda captas, quae belli iure nostrae videbantur, remisimus; auctores belli, quia vivos non potuimus, perfunctos iam fato dedidimus; bona eorum, ne quid ex contagione noxae remaneret penes nos, Romam portavimus.

musste; es war genug, dass er ihm die Schmach der Abdication ersparte, vgl. c. 36 *dictator magistro equitum Q. Fabio vetito quicquam pro magistratu agere. — 4. templo*] Liv. VIII, 14 *rostris Antiatium navium suggestum in foro exstructum adornari placuit, rostraque id templum appellatum.*

10. *nobilis*] berüchtigt. — 11. 321 v. Chr. = 433 a. u. — 12. *Herrenni filium*] Der Vater hiess also Herennius Pontius, denn jenes ist Vorname. — 15. *ne—censeatis*, damit ihr nicht etwa glaubt, dass —, so sage ich euch = es ist ein Irrthum, wenn ihr glaubt etc. —

16. *ex foedere rupto*] Nach Römischer Auffassung, vgl. VIII, 39 *hoc demum proelium Samnitium res ita infregit, ut omnibus conciliis (Landtagen) fremerent minime id quidem mirum esse, si in ipso bello et contra foedus suscepto nihil prospere agerent: expiandum id bellum magna mercede luendumque esse. decretum fecerant, ut Brutulus Papius dederetur et cum eo praeda omnis captivique ut Romam mitterentur; quaeque res per fetales ex foedere repetitae essent, secundum ius fasque restituerentur. Papius ipse morte voluntaria ignominiae se ac supplicio subtraxit.* Liv. VIII, 39. Die Römer behielten ihr Ei-

7 quid ultra tibi, Romane, quid foederi, quid diis arbitris debeo?  
 quem tibi tuarum irarum, quem meorum suppliciorum iudicem  
 8 feram, neminem, neque populum neque privatum, fugio. quod  
 si nihil cum potentiore iuris humani relinquitur inopi, at ego  
 ad deos vindices intolerandae superbiae confugiam et precabor, 5  
 9 ut iras suas vertant in eos, quibus non suae redditae res, non  
 alienae adcumulatae satis sint; quorum saevitiam non mors  
 noxiorum, non deditio exanimatorum corporum, non bona se-  
 quentia domini deditioem exsatient, placari nequeant nisi hau-  
 riendum sanguinem laniandaque viscera nostra praebuerimus. 10  
 10 iustum est bellum, Samnites, quibus necessarium, et pia arma,  
 11 quibus nulla nisi in armis relinquitur spes. proinde cum rerum  
 humanarum maximum momentum sit, quam propitiis rem, quam  
 adversis agant diis, pro certo habete priora bella adversus deos  
 magis quam homines gessisse, hoc, quod instat, ducibus ipsis 15  
 diis gesturos.“

1 II. Haec non laeta magis quam vera vaticinatus, exercitu  
 educto circa Caudium castra quam potest occultissime locat.  
 2 inde ad Calatiam, ubi iam consules Romanos castraque esse  
 audiebat, milites decem pastorum habitu mittit, pecoraque di- 20  
 versos alium alibi haud procul Romanis pascere iubet praesi-  
 3 diis; ubi inciderint in praedatores, ut idem omnibus sermo constet,  
 legiones Samnitium in Apulia esse, Luceriam omnibus  
 4 copiis circumsedere, nec procul abesse, quin vi capiant. iam  
 is rumor ante de industria volgatus venerat ad Romanos, sed 25  
 fidem auxere captivi eo maxime, quod sermo inter omnes con-  
 5 gruebat. haud erat dubium, quin Lucerinis opem Romanus  
 ferret, bonis ac fidelibus sociis, simul ne Apulia omnis ad  
 praesentem terrorem deficeret: ea modo, qua irent, consultatio  
 6 fuit. duae ad Luceriam ferebant viae, altera praeter oram 30

gentium und die Gefangenen zurück, *ceterarum rerum irrita fuit deditio* (322 v. Chr.). — 1. *diis arbitris*, der Gerechtigkeit der Götter, welche als Zeugen des Vertrags) *testes* oder *arbitri foederis*) angerufen worden waren. — 3. *feram*, vgl. p. 140, 1. Der *iudex* könnte entscheiden, ob der Zorn gerecht, ob die Sühne (*supplicia*) genügend sei. — 4. *at ego*, nun denn, so will ich etc. Die Ueberhebung (*superbia*) ist Sünde und erheischt die göttliche Strafe. — 9. *placari*, schroffer Chiasmus. — 14. *agant*, sc. *homines*, was aus *rerum humanarum* zu ergänzen ist.

19. *ad Calatiam*] Südlich vom Volturnus, dagegen Caiatia nördlich von demselben Flusse. — 22. *ut — constet*, sollten sie übereinstimmend aussagen. — 23. *Luceriam*] Ursprünglich eine samnitische Stadt war den Samniten von den Apuliern entrissen worden u. hatte jetzt eine römische Besatzung. Die Stadt wurde wirklich von den Samniten belagert. — 30. *altera praeter oram*] Der Weg führte durch das Gebiet der Vestiner und Fren-taner, aber ein erzwungener Durch-marsch erschien bedenklich, weil sie dadurch leicht mit den Marsern, Marrucinern u. Paelignern in Krieg



superi maris, patens aperta que, sed quanto tutior, tanto fere longior, altera per furculas Caudinas brevior. sed ita natus 7 locus est: saltus duo alti angusti silvosique sunt, montibus circa perpetuis inter se iuncti. iacet inter eos satis patens 5 clausus in medio campus herbidus aquosusque, per quem medium iter est. sed antequam venias ad eum, intrandae primae 8 angustiae sunt, et aut eadem, qua te insinuaveris, retro via repetenda aut, si ire porro pergas, per alium saltum artio rem impeditioremque evadendum. in eum campum via alia per 9 cavam rupem Romani demisso agmine cum ad alias angustias protinus pergerent, saeptas deiectu arborum saxorumque ingentium obiacentem molem invenerunt. cum fraus hostilis apparuisset, praesidium etiam in summo saltu conspicitur. citati 10 inde retro, qua venerant, pergunt repetere viam. eam quoque clausam sua obice armisque inveniunt. sistunt inde gradum 5 sine ullius imperio, stupor quoque omnium animos ac velut torpor quidam insolitus membra tenet, intuentesque alii alios, cum 11 alterum quisque conpotem magis mentis ac consilii ducerent, diu immobiles silent. deinde ubi praetoria consulum erigi videre et expedire quosdam utilia operi, quamquam ludibrio fore munientes perditis rebus ac spe omni adempta cernebant, tamen, ne culpam malis adderent, pro se quisque nec hortante 13 ullo nec imperante ad muniendum versi castra propter aquam vallo circumdant, sua ipsi opera laboremque inritum, praeter- 14 quam quod hostes superbe increpabant, cum miserabili confessione eludentes. ad consules maestos, ne advocantes quidem 15 in consilium, quando nec consilio nec auxilio locus esset, sua sponte legati ac tribuni conveniunt, militesque ad praetorium versi opem, quam vix dii immortales ferre poterant, ab ducibus 30 exposcunt. III. Querentes magis quam consultantes nox oppressit, cum pro ingenio quisque fremerent, alius: „per obices viarum, per adversa montium, per silvas, qua ferri arma poterunt, eamus; modo ad hostem pervenire liceat, quem per annos iam prope triginta vincimus: omnia aequa et plana erunt 35 Romano in perfidum Samnitum pugnanti,“ alius: „quo aut qua eamus? num montes moliri sede sua paramus? dum haec in-

verwickelt werden konnten. — 2. *per furculas Caudinas*] Die Strasse über Beneventum nach Luceria. Wahrscheinlich glaubten die Römer durch Bedrohung Benevents die Samniten von Luceria abziehen zu können. — 2. *natus*, beschaffen, cf. *natura loci*. — 16. *stupor*, Verlegenheit, *torpor* Entmuthigung, *immobiles* rathlos, obwohl alle diese Ausdrücke auf verschiedener An-

schauung beruhen. — 19. *praetoria consulum*] Es waren zwei consularische Heere, also ein doppeltes Lager.

30. Die Oertlichkeit sowohl wie die Lage des Römischen Heeres erinnert an die Schlacht im Teutoburger Wald und an die Kämpfe in Tyrol im Jahr 1809. — 34. *vincimus*, wie Tac. Germ. 37: *tam diu Germania vincitur*. — 36. *moliri*]

minebunt iuga, qua tu ad hostem venies? armati inermes, fortes ignavi, pariter omnes capti atque victi sumus. ne ferrum quidem ad bene moriendum oblaturus est hostis, sedens bellum conficiet.“ his invicem sermonibus qua cibi qua quietis inmemor nox traducta est.

Ne Samnitibus quidem consilium in tam laetis suppetebat rebus. itaque universi Herennium Pontium, patrem imperatoris, per litteras consulendum censent. iam is gravis annis non militaribus solum sed civilibus quoque abscesserat muneribus; in corpore tamen adfecto vigeat vis animi consiliique. is ubi accepit ad furculas Caudinas inter duos saltus clausos esse exercitus Romanos, consultus ab nuntio filii censuit omnes inde quam primum inviolatos dimittendos. quae ubi sprete sententia est iterumque eodem remeante nuntio consulebatur, censuit ad unum omnes interficiendos. quae ubi tam discordia inter se velut ex ancipiti oraculo responsa data sunt, quamquam filius ipse in primis iam animum quoque patris consenuisse in adfecto corpore rebatur, tamen consensu omnium victus est, ut ipsum in consilium acciret. nec gravatus senex plaustro in castra dicitur advectus vocatusque in consilium ita ferme locutus esse, ut nihil sententiae suae mutaret, causas tantum adiceret: priore se consilio, quod optimum duceret, cum potentissimo populo per ingens beneficium perpetuam firmare pacem amicitiamque; altero consilio in multas aetates, quibus amissis duobus exercitibus haud facile receptura vires Romana res esset, bellum differre; tertium nullum consilium esse. cum filius aliique principes percunctando exsequerentur, quid, si media via consilii caperetur, ut et dimitterentur incolumes et leges iis iure belli victis inponerentur: „ista quidem sententia“ inquit „ea est, quae neque amicos parat nec inimicos tollit. servate modo quos ignominia inritaveritis: ea est Romana gens, quae victa quiescere nesciat. vivet semper in pectoribus illorum quidquid istuc praesens necessitas inusserit, nec eos ante multiples poenas expetitas a vobis quiescere sinet.“

IV. Neutra sententia accepta Herennius domum e castris est avectus. et in castris Romanis cum frustra multi conatus

wegschaffen (mit gigantischer Anstrengung). — 10. *vis animi consilii*que] Er war ein Freund der Tarentiner und besonders des Pythagoreer's Archytas, Nieb. Vorl. I., 491. — 28. *caperetur*, eingeschlagen würde, würde besser zu *medium consilium* passen. — 31. Dio frag. 36, 14: *πεφύκασι πάντες άνθρωποι πλέον ἀλγείν ὅ ἂν ἀτιμασθῶσιν ἢ*

*χαίρειν ἐφ' οἷς ἂν εὐεργετηθῶσιν, καὶ ὄσόν γ' ἐπεξέρχονται τοῖς τι ληψήσασίνας ἢ ἀνθυπουργοῦσι τοῖς εὐποιήσασιν.* Vgl. Elsass-Lothringen 1871.

36. *multi conatus ad erumpendum*] Nach Cic. (de sen. § 41) und Appian haben die Römer eine Niederlage erlitten. Die Samniten unternahmen jedenfalls wie die Tyroler

ad erumpendum capti essent, et iam omnium rerum inopia 2  
 esset, victi necessitate legatos mittunt, qui primum pacem  
 aequam peterent; si pacem non inpetrarent, uti provocarent ad  
 pugnam. tum Pontius debellatum esse respondit, et, quoniam 3  
 ne victi quidem ac capti fortunam fateri scirent, inermes cum  
 singulis vestimentis sub iugum missurum; alias condiciones  
 pacis aequas victis ac victoribus fore: si agro Samnitium de- 4  
 cederetur, coloniae abducerentur, suis inde legibus Romanum  
 ac Samnitum aequo foedere victurum. his condicionibus pa- 5  
 ratum se esse foedus cum consulibus ferire; si quid eorum  
 displiceat, legatos redire ad se vetuit. haec cum legatio re- 6  
 nuntiaretur, tantus gemitus omnium subito exortus est tanta-  
 que maestitia incessit, ut non gravius accepturi viderentur, si  
 nuntiaretur omnibus eo loco mortem oppetendam esse. cum 7  
 diu silentium fuisset, nec consules aut pro foedere tam turpi  
 aut contra foedus tam necessarium hiscere possent, tum L. Lentu- 8  
 lus, qui princeps legatorum virtute atque honoribus erat: „pa-  
 trem meum“ inquit, „consules, saepe audivi memorantem se  
 in Capitolio unum non fuisse auctorem senatui redimendae  
 auro a Gallis civitatis, quando nec fossa valloque ab igna-  
 vissimo ad opera ac muniendum hoste clausi essent et erum-  
 pere, si non sine magno periculo, tamen sine certa pernicie  
 possent. quod si, illis ut decurrere ex Capitolio armatis in 9  
 hostem licuit, quo saepe modo obsessi in obsidentes eruperunt,  
 ita nobis aequo aut iniquo loco dimicandi tantummodo cum  
 hoste copia esset, non mihi paterni animi indoles in consilio  
 dando deesset. equidem mortem pro patria praeclaram esse 10  
 fateor, et me vel devovere pro populo Romano legionibusque  
 vel in medios me inmittere hostes paratus sum: sed hic patriam 11  
 video, hic quidquid Romanarum legionum est. quae nisi pro  
 se ipsis ad mortem ruere volunt, quid habent, quod morte sua

Angriffe von den Bergen herab mit Baumstämmen u. Felsblöcken, wenn auch eine regelmässige Feldschlacht wie am lacus Trasumennus (217) nicht stattfand. — 1. *inopia*, App. Samn. 4: *λιμῶ πιεξιμένων Ῥωμαίων*. — 2. App. l. l. *οἱ στρατηγοὶ σφῶν πρεσβευσάμενοι παρεκάλουν τὸν Πόντιον καταθέσθαι Ῥωμαίοις χάριν, ἣν οὐ πολλοὶ παρέχουσι καιροί. ὁ δ' ἀπεκρίνατο μὴ δεῖν μηδὲ προσβέβειν ἔτι πρὸς αὐτόν, εἰ μὴ τὰ ὄπλα καὶ αὐτοὺς παραδοῖεν*. — 6. *sub iugum*] Zwei senkrecht aufgestellte Lanzen, an deren oberstem Ende eine dritte der Quere nach befestigt wurde, die somit eine Art Thüre

bildeten, cf. App. Samn. 4: *γενομένων τῶν ὄρκων ὁ μὲν Πόντιος παραλύσας τι τοῦ διατειχίσματος, καὶ ὄνσι δόρασιν ἐς τὴν γῆν ἐμπηγήσιν ἐπικάρσιον ἄλλο ἐπιθεῖς ἔξεπεμπε Ῥωμαίων ἕκαστον ὑπὸ τούτῳ*. — 8. *coloniae*] Cales und Fregellae; wirklich sind im nächsten Jahre Luceria und Fregellae in der Gewalt der Samniten. — 16. *hiscere* (*χάσκειν*) den Mund aufthun, immer mit einer Negation verbunden; ganz verschieden ist *hiare* (*hiulcus*). L. Cornelius Lentulus war Consul 327 v. Chr. — 21. *ad opera ac muniendum*] = Belagerungskunst. — 31. *quid habent*

12 servent? tecta urbis, dicat aliquis, et moenia et eam turbam,  
 a qua urbs incolitur. immo hercule produntur ea omnia deleto  
 hoc exercitu, non servantur. quis enim ea tuebitur? inbellis  
 videlicet atque inermis multitudo. tam hercule, quam a Gallorum  
 13 impetu defendit. an a Veis exercitum Camillumque ducem in- 5  
 14 plorabunt? hic omnes spes opesque sunt, quas servando patriam  
 servamus, dedendo ad necem patriam deserimus ac prodimus.  
 15 at foeda atque ignominiosa deditio est. sed ea caritas patriae  
 est, ut tam ignominia eam quam morte nostra, si opus sit,  
 16 servemus. subeatur ergo ista, quantacumque est, indignitas, 10  
 et pareatur necessitati, quam ne dii quidem superant. ite,  
 consules, redimite armis civitatem, quam auro maiores vestri  
 redemerunt.“

1 V. Consules profecti ad Pontium in colloquium, cum de  
 foedere victor agitaret, negarunt iniussu populi foedus fieri 15  
 2 posse nec sine fetialibus caerimoniaque alia sollemni. itaque  
 non, ut vulgo credunt, Claudiusque etiam scribit, foedere pax  
 3 Caudina, sed per sponsionem facta est. quid enim aut spon-  
 sionibus in foedere opus esset aut obsidibus, ubi precatione res  
 transigitur, per quem populum fiat, quo minus legibus dictis 20  
 stetur, ut eum ita Iuppiter feriat, quemadmodum a fetialibus  
 4 porcus feriat. sponponderunt consules, legati, quaestores, tri-

q. m. s. s.? Doch wohl die militä-  
 rische Ehre und Disciplin Roms?  
 Wenigstens urtheilten die Römer  
 sonst anders als Lentulus. Es muss  
 also die militärisch-politische Lage  
 Roms damals sehr schwierig ge-  
 wesen sein. — 8. *foeda*, schmerz-  
 lich. — 12. *armis*] Durch Ausliefe-  
 rung der Waffen.

15. *iniussu p.*, sicher nach der  
 späteren Rechtspraxis; ob schon  
 damals, ist fraglich. Die Schlussfol-  
 gerung (*itaque*) ist deshalb beden-  
 klich. — 17. *Claudius*, vgl. Einl. II Thl.  
 — 18. *per sponsionem*] Es gab drei  
 Vertragsarten: 1) die religiöse,  
 das *foedus*, wozu wesentlich der  
 Schwur und nach dem Fetialrechte  
 das Darbringen (*ferire, icere, percu-  
 tere*) des Schweinopfers gehörte.  
 Vgl. damit die *σπονδαί* bei Xenoph.  
 Anab. II, 2, 8; 2) die *sponsio*, der  
 civilrechtlichen nachgebildet, be-  
 stehend in der mündlichen Frage u.  
 Antwort der Repräsentanten beider  
 Staaten. Gaius III, 94 *velut si in-  
 perator noster principem alicuius*

*peregrini populi de pace ita inter-  
 roget: pacem futuram spondes?  
 vel ipse eodem modo interrogetur,*  
 wo freilich nicht klar ist, ob *pacem  
 futuram* die künftige Aufrechthal-  
 tung des Friedens bedeutet oder  
 auf einen zu schliessenden Vertrag  
 (*iussu populi per fetiales*) in feier-  
 licher Form sich bezieht. 3) *pactio*,  
 ein blosses beliebig ausgedrücktes  
 Versprechen, wobei es nur auf den  
*consensus* der Parteien ankam. Es  
 scheint als gehen die Consuln auf  
 Friedenspräliminarien ein (*per spon-  
 sionem*) mit dem Versprechen, dass  
 sie die Ratification (*foedus*) in Rom  
 durchsetzen würden. Denn einen  
 endgültigen Frieden konnten die  
 Consuln ohne Senat und Volk nicht  
 schliessen. — 18. Es war nicht eben  
 selten, dass bei Abschluss eines  
 Bündnisses zugleich Geisseln als  
 Garantie für die richtige Ansfüh-  
 rung des Vertrags gestellt wurden.  
 Es lag dies um so näher, wenn  
 man die Consuln nicht für voll be-  
 rechtigt zum Abschluss des *foedus*

buni militum, nominaque omnium, qui sponderunt, extant, ubi, si ex foedere acta res esset, praeterquam duorum fetialium non extarent; et propter necessariam foederis dilationem ob- 5  
 sides etiam sescenti equites imperati, qui capite luerent, si pacto 5  
 non staretur. tempus inde statutum tradendis obsidibus exer- 6  
 cituque inermi mittendo. redintegavit luctum in castris con- 6  
 sulum adventus, ut vix ab iis abstinerent manus, quorum te- 7  
 meritate in eum locum deducti essent, eorum ignavia foedius 7  
 inde, quam venissent, abituri; illis non ducem locorum, non 10  
 exploratorem fuisse; beluarum modo caecos in foveam lapsos. 10  
 alii alios intueri; contemplari arma mox tradenda et inermes 8  
 futuras dextras obnoxiaque corpora hosti; proponere sibimet 8  
 ipsi ante oculos iugum hostile et ludibria victoris et vultus 9  
 superbos et per armatos inermium iter, inde foedi agminis 9  
 miserabilem viam per sociorum urbes, reditum in patriam ad 15  
 parentes, quo saepe ipsi maioresque eorum triumphantes ve- 12  
 nissent. se solos sine vulnere, sine ferro, sine acie victos; sibi 10  
 non stringere licuisse gladios, non manum cum hoste conferre; 10  
 sibi nequiquam animos datos. haec frementibus hora fatalis 11  
 ignominiae advenit, omnia tristiora experiundo factura, quam 20  
 quae praeceperant animis.

Iam primum cum singulis vestimentis inermes extra val- 12  
 lum exire iussi, et primi traditi obsides atque in custodiam 13  
 abducti, tum a consulibus abire lictores iussi paludamenta- 13  
 detracta: tantam id inter ipsos, qui paullo ante eos execrantes 25  
 dedendos lacerandosque censuerant, miserationem fecit, ut suae 14  
 quisque condicionis oblitus ab illa deformatione tantae maie- 14  
 statis velut ab nefando spectaculo averteret oculos. VI. Primi 1  
 consules prope seminudi sub iugum missi, tum ut quisque 1  
 gradu proximus erat, ita ignominiae obiectus, tum deinceps 30  
 singulae legiones. circumstabant armati hostes exprobrantes 2  
 eludentesque; gladii etiam plerisque intentati et vulnerati qui- 2  
 dam necatique, si vultus eorum indignitate rerum acrior victo- 3  
 rem offendisset. ita traducti sub iugum et, quod paene gra- 3  
 35  
 vius erat, per hostium oculos cum e saltu evasissent, etsi vel-  
 lut ab inferis extracti tum primum lucem aspiceret visi sunt,

ansah. — 1. *extant*, wahrscheinlich in einer Urkunde, welche zwischen Samniten und den Officieren der Röm. Armee vereinbart worden war. — 4. *si — non staretur*, dagegen Zonaras: ἵνα τὰ τῆς ὁμολογίας καὶ παρὰ τῆς γερονσίας βεβαιωθῶσιν. — 6. *mittendo, sub iugum*. — 20. *experiundo fast = re* (ἐργον); Tac. h. IV, 62: *haec meditantibus advenit*

*proficiscendi hora, expectatione tristior*. — 24. *paludamenta*] „omnia militaria ornamenta imperatorum paludamenta dicuntur“. Sonst ist es der Feldherrnmantel (*purpura et auro distinctum*), dagegen *sagum* der Soldatenmantel.

36. *visi*, nicht *sibi visi sunt*, sie erschienen der Unterwelt entrissen, nicht allein nach ihrem Urtheil,

tamen ipsa lux ita deforme intuentibus agmen omni morte  
 4 tristior fuit. itaque cum ante noctem Capuam pervenire pos-  
 sent, incerti de fide sociorum et quod pudor praepediebat, circa  
 5 viam haud procul Capua omnium egena corpora humi prostra-  
 verunt. quod ubi est Capuam nuntiatum, evincit miseratio 5  
 6 iusta sociorum superbiam ingenitam Campanis. confestim in-  
 signia sua consulibus, fasces, lictores; arma, equos, vestimenta,  
 7 commeatus militibus benigne mittunt, et venientibus Capuam  
 cunctus senatus populusque obviam egressus iustis omnibus  
 8 hospitalibus privatisque et publicis fungitur officiis. neque 10  
 illis sociorum comitas vultusque benigni et adloquia non modo  
 sermonem elicere, sed ne ut oculos quidem attollerent aut con-  
 9 solantes amicos contra intuerentur efficere poterant: adeo super  
 maerorem pudor quidam fugere conloquia et coetus hominum  
 10 cogebat. postero die cum iuvenes nobiles, missi a Capua, ut 15  
 proficiscentes ad finem Campanum prosequerentur, revertissent,  
 11 vocatique in curiam percunctantibus maiöribus natu multo sibi  
 12 maestiores et abiectioris animi visos referrent: adeo silens ac  
 prope mutum agmen incessisse; iacere indolem illam Roma-  
 nam, ablatosque cum armis animos, non reddere salutem salu- 20  
 tantibus, solantibus non dare responsum, non hiscere quem-  
 quam prae metu potuisse tamquam ferentibus adhuc cervicibus  
 iugum, sub quod emissi essent, habere Samnites victoriam non  
 13 praeclaram solum, sed etiam perpetuam: cepisse enim eos non 25  
 Romam, sicut ante Gallos, sed, quod multo bellicosius fuerit,  
 1 Romanam virtutem ferociamque: — VII. cum haec dicerentur  
 audirenturque et deploratum paene Romanum nomen in con-  
 2 silio sociorum fidelium esset, dicitur Ofillius Calavius Ovi filius,  
 clarus genere factisque, tum etiam aetate verendus, longe aliter  
 3 se habere rem dixisse: silentium illud obstinatum fixosque in 30

sondern auch nach dem Gefühl aller  
*intuentes*: das Speciellere (sie selbst)  
 ist in dem Allgemeineren enthalten.  
 Von der Milde des Siegers sagt  
 Liv. nichts, dagegen vgl. App. 4:  
*καὶ τινὰ ὑποζύγια ἔδωκεν* (sc. Pon-  
 tius) *αὐτοῖς ἐς τοὺς ἀρρωστοῦντας,*  
*καὶ τροφήν, ἄχρι τῆς Πώμης φέ-*  
*ρεσθαι.* — 3. *incerti de fide socio-*  
*rum*] Campaner und Latiner waren  
 damals für die Römer nicht zuver-  
 lässig, jetzt fürchtete man den Ein-  
 druck der Niederlage. — 4. *om-*  
*nium egena*] Daneben kann obige  
 Nachricht des Appian recht gut be-  
 stehen. — 6. Dio 36, 15: *Καπυη-*  
*νοὶ τῶν Ῥωμαίων ἠττηθέντων καὶ*  
*ἐς Καπύην ἐλθόντων οὔτε εἶπον*

*αὐτοὺς δεινὸν οὐδὲν οὔτ' ἐπραξαν,*  
*ἀλλὰ καὶ τροφήν καὶ ἱατροὺς αὐτοῖς*  
*ἔδωκεν καὶ ὡς κηρατηκότας ὑπε-*  
*δέξαντο.* — 22. *metu*, Scheu =  
 Scham. — 22. *ferentibus cervicibus*  
 = *iugum cervicibus inhaerens ges-*  
*tantes.* — 25. *bellicosius*, sie hätten  
 das überwunden, was stets viel krie-  
 gerischer, muthiger gewesen sei,  
 nämlich die Römische Standhaftig-  
 keit und Zuversicht. Die *virtus*  
*Romana* ist *bellicosius* als die Stadt  
 Rom. Man erwartet einen Begriff  
 wie: was viel mehr sagen will.

28. *Ofillius*, gewöhnlich *Ofellius*,  
 bei Hor. Sat. II, 2, 2 findet sich  
*Ofella*, ebenso bei Velleius *Lucreti-*  
*tius Ofella*. Mit *Ovius (ovis)* kann

terram oculos et surdas ad omnia solacia aures et pudorem  
intuendae lucis ingentem molem irarum ex alto animi cientis  
indicia esse. aut Romana se ignorare ingenia aut silentium 4  
illud Samnitibus flebiles brevi clamores gemitusque excitaturum,  
5 Caudinaeque pacis aliquanto Samnitibus quam Romanis tristio-  
rem memoriam fore: quippe suos quemque eorum animos ha- 5  
biturum, ubicumque congressuri sint; saltus Caudinos non ubi-  
que Samnitibus fore.

Iam Romae etiam sua infamis clades erat. obsessos pri- 6  
10 mum audierunt; tristior deinde ignominiosae pacis magis quam  
periculi nuntius fuit. ad famam obsidionis dilectus haberi 7  
coeptus erat; dimissus deinde auxiliorum apparatus, postquam  
deditionem tam foede factam acceperunt; extemploque sine ulla  
15 publica auctoritate consensum in omnem formam luctus est:  
tabernae circa forum clausae iustitiumque in foro sua sponte 8  
coeptum prius quam indictum, lati clavi, anuli aurei positi;  
paene maestior exercitu ipso civitas esse, nec ducibus solum 9  
atque auctoribus sponsoribusque pacis irasci, sed innoxios etiam  
militis odisse et negare urbe tectisque accipiendos. quam con- 10  
20 citationem animorum fregit adventus exercitus etiam iratis  
miserabilis. non enim tamquam in patriam revertentes ex in-  
sperato incolumes, sed captorum habitu vultuque ingressi sero 11  
in urbem ita se in suis quisque tectis abdiderunt, ut postero  
atque insequentibus diebus nemo eorum forum aut publicum  
25 aspicere vellet. consules in privato abditi nihil pro magistratu 12  
agere, nisi quod expressum senatus consulto est, ut dictatorem  
dicerent comitiorum causa. Q. Fabium Ambustum dixerunt et 13  
P. Aelium Paetum magistrum equitum. quibus vitio creatis 14  
30 suffecti M. Aemilius Papus dictator, L. Valerius magister equi-  
tum. nec per eos comitia habita, et, quia taedebat populum  
omnium magistratum eius anni, res ad interregnum rediit. in- 15  
terreges Q. Fabius Maximus, M. Valerius Corvus. is consules

*Ovidius* verglichen werden. — 2. *ingentem molem irarum* hängt von dem collectiven(?) Genetiv *cientis* ab; *ex alto animi*, aus der Tiefe der Seele, also nicht vorübergehend. — 6. *suos animos*, den angestammten, nationalen Muth, der bei den Römern grösser ist als bei den Samniten, welchen augenblicklich nurein vorübergehendes Kriegsglück zu Statten komme. — 10. *pacis magis*, die zweite Nachricht, welche nicht sowohl von der Gefahr als von der Schmach der Capitulation

meldete, war noch viel schmerzlicher. — 16. *anuli aurei*] Von Rittern (und Senatoren?) getragen, cf. Liv. XXIII, 12 *neminem nisi equitem atque eorum ipsorum primores id gerere insigne*. — 22. App. 4: τῶν δὲ ἀφειμένων οἱ μὲν ἐς τοὺς ἀγροὺς διέφηνγον ὑπὸ αἰδοῦς, οἱ δὲ νυκτὸς ἐς τὴν πόλιν ἐσῆσαν· οἱ δὲ ἄρχοντες ἡμέρας μὲν ἐσηλθον ὑπ' ἀνάγκης, καὶ τὰ σημεῖα τῆς ἀρχῆς ἐπέκειτο αὐτοῖς, ἔπρασσον δὲ οὐδέν. — 27. *Q. Fabius Ambustus* ist der Vater des *Q. Fabius*

creavit Q. Publilium Philonem et L. Papirium Cursorem iterum haud dubio consensu civitatis, quod nulli ea tempestate duces clariores essent.

- 1 VIII. Quo creati sunt die, eo — sic enim placuerat patri-  
 2 bus — magistratum inierunt, sollemnibusque senatus consultis  
 3 perfectis de pace Caudina rettulerunt; et Publilius, penes quem  
 4 fascēs erant: „dic, Sp. Postumi“ inquit. qui ubi surrexit, eodem  
 5 illo vultu, quo sub iugum missus erat: „haud sum ignarus“  
 6 inquit, „consules, ignominiae, non honoris causa me primum  
 7 excitatum iussumque dicere, non tamquam senatorem, sed tam-  
 8 quam reum qua infelicis belli qua ignominiosae pacis. ego  
 9 tamen, quando neque de noxa nostra neque de poena rettulistis,  
 10 omīssa defensione, quae non difficillima esset apud haud igna-  
 11 ros fortunarum humanarum necessitatiumque, sententiam de  
 12 eo, de quo rettulistis, paucis peragam. quae sententia testis  
 13 erit, mihine an legionibus vestris pepercerim, cum me seu turpi  
 14 seu necessaria sponsione obstrinxi; qua tamen, quando iniussu  
 15 populi facta est, non tenetur populus Romanus, nec quicquam  
 16 ex ea praeterquam corpora nostra debentur Samnitibus. de-  
 17 damur per fetiales nudi vinctique; exsolvamus religione popu-  
 18 lum, si qua obligavimus, ne quid divini humanive obstet, quo  
 19 minus iustum piumque de integro ineatur bellum. interea consules  
 20 exercitum scribere armare educere placet, nec prius ingredi  
 21 hostium fines, quam omnia iusta in deditioem nostram per-  
 22 fecta erunt. vos, dii immortales, precor quaesoque, si vobis  
 23 non fuit cordi Sp. Postumium T. Veturium consules cum Sam-  
 24 nitibus prospere bellum gerere, at vos satis habeatis vidisse  
 25 nos sub iugum missos, vidisse sponsione infami obligatos, vi-  
 26 dere nudos vinctosque hostibus deditos, omnem iram hostium  
 27 nostris capitibus excipientes; novos consules legionesque Ro-  
 28 manas ita cum Samnite gerere bellum velitis, ut omnia ante  
 29 nos consules bella gesta sunt.“ quae ubi dixit, tanta simul  
 30 admiratio miseratioque viri incessit homines, ut modo vix cre-  
 31 derent illum eundem esse Sp. Postumium, qui auctor tam foe-  
 32 dae pacis fuisset, modo miserarentur, quod vir talis etiam 35

Maximus Rullianus. — 1. Q. Pu-  
 bilium Philonem, sc. tertium.

4. sic enim placuerat, weil die  
 bisherigen Consuln sofort hatten  
 abdiciren müssen. — 7. surrexit, die  
 Senatoren sprachen vom Platze aus.  
 — 9. non honoris, diese Ehre  
 widerfuhr nur den angesehensten  
 Senatoren (*principes senatus*). —  
 12. noxa, Vergehen durch Ueber-

schreitung der Vollmacht, *poena* =  
 Widerrechtlichkeit. — 16. me . . .  
*obstrinxi*. Er hält also die *sponsio*  
 für eine *privata*, nicht *publica*, weil  
 letztere *iniussu populi* unmöglich  
 sei. Da er aber zum Schein eine  
*publica sponsio* eingegangen, so hat  
 er persönlich eine *fraus* begangen,  
 welche er auch persönlich büßen  
 will. — 24. *omnia iusta*, alle For-  
 malitäten des Fetialrechtes. —



praecipuum apud hostes supplicium passurus esset ob iram diremptae pacis.

Cum omnes laudibus prosequentes virum in sententiam eius pedibus irent, temptata paulisper intercessio est ab L. Livio et Q. Maelio tribunis plebis, qui neque exsolvi religione populum aiebant deditioe sua, nisi omnia Samnitibus, qualia apud Caudium fuissent, restituerentur, neque se pro eo, quod spondendo pacem servassent exercitum populi Romani, poenam ullam meritos esse, neque ad extremum, cum sacrosancti essent, dedi hostibus violari posse. IX. Tum Postumius: „dedito interea“ inquit „profanos nos, quos salva religione potestis; dedetis deinde et istos sacrosanctos, cum primum magistratu abierint, sed, si me audiat, priusquam dedantur, hic in comitio virgis caesos, hanc iam ut intercalatae poenae usuram habeant. nam quod deditioe nostra negant exsolvi religione populum, id istos magis, ne dedantur, quam quia ita se res habeat, dicere, quis adeo iuris fetialium expers est, qui ignoret? neque ego infitias eo, patres conscripti, tam sponsiones quam foedera sancta esse apud eos homines, apud quos iuxta divinas religiones fides humana colitur, sed iniussu populi nego quicquam sanciri posse, quod populum teneat. an, si eadem superbia, qua sponsionem istam expresserunt nobis Samnites,

4. ab L. Livio et Q. Maelio] Als Volkstribunen konnten sie nicht beim Herre gewesen sein, da die Tribunen die Stadt nicht verlassen durften, um jederzeit das *ius auxilii* leisten zu können, ebenso wenig konnten sie im besonderen Auftrage des Volkes dahin abgehen. Vergl. indessen p. 160, 16. Da sie nun zur Zeit der Senatsverhandlung als Tribunen auftreten, so müssen sie vor dem Antritt des Tribunats beim Heere gewesen und die *sponsio* mit eingegangen sein, in welcher Eigenschaft freilich, wissen wir nicht. Es wäre nur die Frage, ob der Friede wirklich vom Volke ratificirt worden und erst dann (das *foedus*) gebrochen worden ist; aber auch in diesem Falle ist eine schuldige Mitwirkung der Volkstribunen als solcher nicht denkbar. Vgl. die Combination von Nieb. Vorl. I, 492 sq. Cicero Off. III, 109, der sonst mit der Quelle des Livius übereinstimmt, sagt: *eodemque tempore Ti. Numicius Q.*

*Maelius, qui tum tribuni pl. erant, quod eorum auctoritate pax erat facta, dediti sunt, ut pax Samnitium repudiaretur.* Nach ihm waren sie also nur zur Zeit der Deditio, nicht zur Zeit der Capitulation, Volkstribunen. — 6. *nisi omnia... restituerentur*, vgl. die Fabel von der Schlange und dem Bauer in Göthe's Reineke Fuchs IX Ges. p. 194 (Stuttg. 1866).

10. *Postumius* bezieht sich nicht auf einen bestimmten Artikel des Fetialrechts, sondern glaubt nur im Geiste desselben zu sprechen u. zu handeln. — 11. *profanos nos*, weil sie bereits abdicirt haben, also *privati* sind. — 14. *intercalatae poenae, intercalare* = einschieben (*mensis intercalaris*), hier = aufschieben, weil das Tribunat gewissermassen zwischen Schuld und Strafe sich einschiebt. — 21. *sanciri posse*, urspr. unter den Schutz der Götter stellen, jede solche Person oder Sache ist *sanctus, sanctum*; wer die-

coegissent nos verba legitima dedentium urbes nuncupare, de-  
 ditum populum Romanum vos, tribuni, diceretis et hanc ur-  
 6 bem, templa, delubra, fines, aquas Samnitium esse? omitto de-  
 ditionem, quoniam de sponsione agitur; quid tandem? si spo-  
 pondissemus urbem hanc relicturum populum Romanum, si 5  
 incensurum, si magistratus, si senatum, si leges non habiturum,  
 si sub regibus futurum? di meliora, inquis. atqui non indignitas  
 rerum sponsionis vinculum levat. si quid est, in quo obligari  
 7 populus possit, in omnia potest. et ne illud quidem, quod  
 quosdam forsitan moveat, refert, consul an dictator an praetor 10  
 8 sponderit. et hoc ipsi etiam Samnites iudicaverunt, quibus  
 non fuit satis consules spondere, sed legatos quaestores tribu-  
 9 nos militum spondere coegerunt. nec a me nunc quisquam  
 quaesiverit, quid ita sponderim, cum id nec consulis ius  
 esset, nec illis spondere pacem, quae mei non erat arbitrii, 15  
 10 nec pro vobis, qui nihil mandaveratis, possem. nihil ad Cau-  
 dium, patres conscripti, humanis consiliis gestum est: dii in-  
 mortales et vestris et hostium imperatoribus mentem ademe-  
 11 runt. nec nos in bello satis cavimus, et illi male partam  
 victoriam male perdiderunt, dum vix locis, quibus vicerant, 20  
 credunt, dum quacumque condicione arma viris in arma natis  
 12 auferre festinant. an, si sana mens fuisset, difficile illis fuit,  
 dum senes ab domo ad consultandum accersunt, mittere Romam  
 legatos? cum senatu, cum populo de pace ac foedere agere?  
 13 tridui iter expeditis erat; interea in indutiis res fuisset, donec 25  
 ab Roma legati aut victoriam illis certam aut pacem adfer-  
 rent. ea demum sponsio esset, quam populi iussu spondis-  
 14 semus. sed neque vos tulissetis, nec nos spondissemus, nec  
 fas fuit alium rerum exitum esse, quam ut illi velut somnio  
 laetiore, quam quod mentes eorum capere possent, nequiquam 30  
 15 eluderentur, et nostrum exercitum eadem, quae inpedierat, for-  
 tuna expeditet, vanam victoriam vanior inritam faceret pax,  
 sponsio interponeretur, quae neminem praeter sponsorem ob-  
 16 ligaret. quid enim vobiscum, patres conscripti, quid cum po-  
 pulo Romano actum est? quis vos appellare potest, quis se 35  
 a vobis dicere deceptum? hostis an civis? hosti nihil spon-  
 17 distis, civem neminem spondere pro vobis iussistis. nihil ergo  
 vobis nec nobiscum est, quibus nihil mandastis, nec cum Sam-  
 18 nitibus, cum quibus nihil egistis. Samnitibus sponsores nos

selben verletzt, wird *sacer* (ver-  
 flucht). — 7. *di meliora*] Behüte  
 Gott, frevle nicht! Vgl. Zumpt § 773.  
 — 8. *rerum*] des Inhaltes. — 16.  
*pro vobis*] Der Senat als *publicum*  
*consilium* ist Repräsentant des Staa-

tes. — 18. *mentem ademerunt*] Die  
 Sponsion ist ohne Ueberlegung  
 von beiden Seiten eingegangen wor-  
 den. Zonaras: *οἱ γοῦν ἀπατήσαν-  
 τες (Σαννίται), εἰ ἀντηπατήθησαν,  
 οὐκ ἂν δύναιτο δικαίως ἐγκαλεῖν*

sumus rei satis locupletes in id, quod nostrum est, in id, quod praestare possumus, corpora nostra et animos: in haec saeviant, in haec ferrum, in haec iras acuunt. quod ad tribunos 19 attinet, consulite, utrum praesens deditio eorum fieri possit, an in diem differatur: nos interim, T. Veturi vosque ceteri, vilia haec capita luendae sponsionis feramus, et nostro supplicio liberemus Romana arma.“ X. Movit patres conscriptos 1 cum causa tum auctor, nec ceteros solum, sed tribunos etiam plebei, ut se in senatus dicerent fore potestate. magistratu 10 inde se extemplo abdicaverunt, traditique fetialibus cum ceteris Caudium ducendi. hoc senatus consulto facto lux quaedam adfulsisse civitati visa est. Postumius in ore erat, eum laudibus ad caelum ferebant, devotioni P. Decii consulis, aliis claris facinoribus aequabant: emersisse civitatem ex obnoxia pace 4 illius consilio et opera; ipsum se cruciatibus et hostium irae offerre piaculaque pro populo Romano dare. arma cuncti spectant et bellum: en umquam futurum, ut congredi armatis 5 cum Samnite liceat?

In civitate ira odioque ardente dilectus prope omnium 6 voluntariorum fuit. rescriptae ex eodem milite novae legiones, ductusque ad Caudium exercitus. praegressi fetiales ubi ad 7 portam venere, vestem detrahi pacis sponsoribus iubent, manus post tergum vinciri. cum apparitor verecundia maiestatis Postumi laxè vinciret: „quin tu“ inquit „adducis lorum, ut iusta 25 fiat deditio? tum ubi in coetum Samnitium et ad tribunal ventum Pontii est, A. Cornelius Arvina fetialis ita verba fecit: „quandoque hisce homines iniussu populi Romani Quiritium 9 foedus ictum iri sponponderunt atque ob eam rem noxam nocuerunt, ob eam rem, quo populus Romanus scelere in pio sit solutus, hosce homines vobis dedo.“ haec dicenti fetiali Postu- 10 mius genu femur quanta maxime poterat vi perculit, et clara voce ait se Samnitē civem esse, illum legatū fetialem a se contra

τοῖς ἀντραπήσασιν. — 1. *satis locupletes*] Gaius: *locuples est, qui satis idonee habet pro magnitudine rei, quam petitor restituendam esse petit.*

14. *obnoxia pax*, ein schmälicher Vertrag, die Capitulation, welche sie als *obnoxii* eingegangen waren. — 25. *in coetum, concilium* p. 127, 26. — 27. *quandoque* (*quandoc, quando*) = *quoniam*. — 27. *hisce*] oder *heisce* alterthümliche Pluralform des Nom. mit *s*, wie in der III. Decl., häufig auf Inschriften: *heisce magistratēis eisdem, eis, publi-*

*eis* etc. Vgl. Corssen I, 752. — 32. *se Samnitē civem esse*] Denn er ist völkerrechtlich als Eigenthum den Samniten übergeben. „Die Sache klingt absurd, aber sie ist möglich; wir wissen aus Velleius Paterculus, dass mit einem Theile der Samniter vor dem Kriege Isopolitie geschlossen war, und da nun durch Exililung jeder Römer das Bürgerrecht eines solchen Staates annehmen konnte, so mochte Postumius nach den Formen des Völkerrechtes das Bürgerrecht der Caudiner für sich vindiciren.“ Nieb. Vorl. I, 494.

1 ius gentium violatum: eo iustius bellum gesturos. XI. Tum  
 Pontius: „nec ego istam deditionem accipiam“ inquit, „nec  
 2 Samnites ratam habebunt. quin tu, Spuri Postumi, si deos  
 esse censes, aut omnia inrita facis aut pacto stas? Samniti  
 populo omnes, quos in potestate habuit, aut pro iis pax debe- 5  
 3 tur. sed quid ego te appello, qui te captum victori cum qua  
 potes fide restituis? populum Romanum appello, quem si  
 sponsionis ad furculas Caudinas factae paenitet, restituat le-  
 4 giones intra saltum, quo saeptae fuerunt. nemo quemquam  
 deceperit, omnia pro infecto sint, recipiant arma, quae per 10  
 pactionem tradiderunt, redeant in castra sua, quidquid pridie  
 habuerunt, quam in conloquium est ventum, habeant: tum bel-  
 lum et fortia consilia placeant, tum sponsio et pax repudietur.  
 5 ea fortuna, iis locis, quae ante pacis mentionem habuimus,  
 geramus bellum, nec populus Romanus consulum sponsionem 15  
 6 nec nos fidem populi Romani accusemus. numquamne causa  
 defiet, cur victi pacto non stetis? obsides Porsinnae dedistis:  
 7 furto eos subduxistis; auro civitatem a Gallis redemistis: inter  
 accipiendum aurum caesi sunt; pacem nobiscum pepigistis, ut  
 legiones vobis captas restitueremus: eam pacem inritam facitis. 20  
 8 et semper aliquam fraudi speciem iuris inponitis. non probat  
 populus Romanus ignominiosa pace legiones servatas? pacem  
 sibi habeat, legiones captas victori restituat: hoc fide, hoc foe-  
 9 deribus, hoc fetialibus caerimoniis dignum erat. ut quidem tu  
 quod petisti per pactionem habeas, tot cives incolumes, ego 25  
 pacem, quam hos tibi remittendo pactus sum, non habeam,  
 hoc tu, A. Corneli, hoc vos, fetiales, iuris gentibus dicitis?  
 10 ego vero istos, quos dedi simulatis, nec accipio nec dedi ar-  
 bitror, nec moror, quo minus in civitatem obligatam sponsione  
 commissa iratis omnibus diis, quorum eluditur numen, redeant. 30  
 11 gerite bellum, quando Sp. Postumius modo legatum fetialem  
 genu perculit. ita dii credent Samnitum civem Postumium,  
 non civem Romanum esse, et a Samnite legatum Romanum  
 12 violatum: eo vobis iustum in nos factum esse bellum. haec  
 ludibria religionum non pudere in lucem proferre, et vix pueris 35  
 dignas ambages senes ac consulares fallendae fidei exquirere!  
 13 i, lictor, deme vincla Romanis; moratus sit nemo, quo minus,  
 ubi visum fuerit, abeant.“ et illi quidem forsitan et publica,  
 sua certe liberata fide ab Caudio in castra Romana inviolati

2. *nec Samnites*] Der Bundesrath.  
 — 7. *pop. Rom. appello*] Denn die  
 Consuln konnten doch nicht mehr  
 über das Heer verfügen. — 17. *de-*  
*fiet*] = *deficiet*. — 30. *commissa*,  
 die eingegangene, bereits (durch  
 Auslieferung des Heeres) in Wirk-

lichkeit getretene Sponzion; vgl.  
*proelium committere*. — 36. *ambages*,  
 Kunstgriffe, Schwindelei. — 38. *for-*  
*sitan et publica*] Livius schwankt,  
 weil die Deditio nicht angenom-  
 men worden ist..

redierunt. XII. Samnitibus pro superba pace infestissimum 1  
 cernentibus renatum bellum omnia, quae deinde evenerunt, non 2  
 in animis solum, sed prope in oculis esse, et sero ac nequi-  
 quam laudare senis Pontii utraque consilia, inter quae se me-  
 dia lapsos via victoriae possessionem pace incerta mutasse, et  
 5 beneficii et maleficii occasione amissa pugnatos cum eis, quos  
 potuerint in perpetuum vel inimicos tollere vel amicos facere.  
 adeoque nullodum certamine inclinatis viribus post Caudinam 3  
 pacem animi mutaverant, ut clariorem inter Romanos deditio  
 10 Postumium quam Pontium incruenta victoria inter Samnites fa-  
 ceret, et geri posse bellum Romani pro victoria certa haberent, 4  
 Samnites simul rebellasse et vicisse crederent Romanum.

c) Krieg in Etrurien. (Liv. IX, 29. 35—37.)

XXIX. Profligato fere Samnitium bello, priusquam ea cura 1  
 15 decederet patribus Romanis, Etrusci belli fama exorta est. nec 2  
 erat ea tempestate gens alia, cuius secundum Gallicos tumult-  
 us arma terribiliora essent cum propinquitate agri tum mul-  
 titudine hominum. itaque altero consule in Samnio reliquias 3  
 belli persequente P. Decius, qui graviter aeger Romae restite-  
 20 rat, auctore senatu dictatorem C. Iunium Bubulcum dixit. is, 4  
 prout rei magnitudo postulabat, omnes iuniores sacramento  
 adigit, arma quaeque alia res poscit summa industria parat;  
 nec tantis apparatibus elatus de inferendo bello agit, quieturus

1. *pro superba pace*] „Es war ein grösserer Fehler des Samnitischen Feldherrn, den Römischen die Wahl zu stellen zwischen Rettung ihres Heeres und Ueberschreitung ihrer Vollmacht, als der Römischen, dass sie nicht die Seelengrösse hatten, die letztere Anmuthung unbedingt zurückzuweisen. Kein grosses Volk gibt was es besitzt anders hin als unter dem Druck der äussersten Nothwendigkeit, alle Abtretungsverträge sind Anerkenntnisse einer solchen, nicht sittliche Verpflichtungen.“ Mommsen I, 370.

14. *profligato*: Nach der Niederlage der Samniten in Campanien (314) war Bovianum von den Römern belagert, dann Fregellae und Nola wieder erobert worden (313). Um dieselbe Zeit wurden die Co-

lonien Luceria in Apulien, Pontiae an der Volkskischen Küste, Saticula, Interamna und Suessa Aurunca angelegt, endlich (312) der Bau der via Appia zur Verbindung von Rom und Capua begonnen. — 15. *Etrusci belli fama exorta est*] Es war nun schon das 15. Jahr des Krieges u. ausser den Tarantinern, welche Subsidien zahlten, hatte sich noch kein Italisches Volk der Samniten angenommen, die Etrusker thaten es nicht vielleicht aus Furcht vor den Galliern. Nach einer Nachricht bei Polybius hatten die Römer einen Vertrag mit den Galliern geschlossen, wahrscheinlich um diese im Nothfall gegen die Etrusker zu gebrauchen. Nieb. Vorl. I, 501. Jedemfalls war die Macht der Etrusker durch die Gallier geschwächt. — 20. *C. Iunium Bubulcum*] Ist ein

5 *haud dubie, nisi ultro arma Etrusci inferrent. eadem in comparando cohibendoque bello consilia et apud Etruscos fuere. neutri finibus egressi.*

1 XXXV. Dum ea Romae geruntur, iam Sutrium ab Etruscis obsidebatur, consulique Fabio imis montibus ducenti ad 5  
 2 ferendam opem sociis temptandasque munitiones, si qua posset, acies hostium instructa occurrit; quorum ingentem multitudinem cum ostenderet subiecta late planities, consul, ut loco paucitatem suorum adiuuaret, flectit paululum in clivos agmen — aspreta erant strata saxis —, inde signa in hostem ob- 10  
 3 vertit. Etrusci omnium praeterquam multitudinis suae, qua sola freti erant, immemores proelium ineunt adeo raptim et avide, ut abiectis missilibus, quo celerius manus consererent, 4  
 4 stringerent gladios vadentes in hostem: Romanus contra nunc tela, nunc saxa, quibus eos adfatim locus ipse armabat, inge- 15  
 5 rere. igitur scuta galeaeque ictae cum etiam quos non vulneraverant turbarent, neque subire erat facile ad propiorem pugnam, neque missilia habebant, quibus eminus rem gererent: 6  
 6 stantes et expositos ad ictus, cum iam satis nihil tegeret, quosdam etiam pedem referentes, fluctuantemque et instabilem 20  
 7 aciem redintegrato clamore strictis gladiis hastati et principes invadunt. eum impetum non tulerunt Etrusci, versisque signis fuga effusa castra repetunt. sed equites Romani praevecti per obliqua campi cum se fugientibus obtulissent, omissa ad castra 25  
 8 itinere montes petunt. inde inermi paene agmine ac vexato vulneribus in silvam Ciminiam penetratum. Romanus multis milibus Etruscorum caesis, duodequadraginta signis militaribus

Irrthum (der Abschreiber?), denn Dictator war (312 v. Chr.) C. Sulpicius Longus, dagegen C. Iunius magister equitum. — 2. *cohibendoque bello*] = Verzögerung des Krieges. — 3. *neutri finibus egressi*] Erst im folgenden Jahre (311) ergreifen die Etrusker die Offensive gegen Rom: *omnes Etruriae populi* (Bundeskrieg) *praeter Arretinos ad arma ierant, ab oppugnando Sutrio, quae urbs socia Romanis velut claustra Etruriae erat* (lat. Colonie gegen Volsinii hin), *ingens orsi bellum*. Liv. IX, 32.

4. *Dum ea Romae geruntur*] Der Tribun P. Sempronius hatte sich bemüht, Appius Claudius zur Niederlegung der Censur zu bewegen (310 v. Chr.) — 5. *consulique Fabio*] Q. Fabius hatte die Führung des

Etr. Krieges erhalten, sein College war C. Marcus Rutilus. Diodor. (XX, 35) dagegen berichtet: τῶν Τυρρηῶν στρατευσάντων ἐπὶ πόλιν Σούτριον ἄποικον Ῥωμαίων οἱ μὲν ὑπατοὶ δυνάμεσιν ἀδραῖς ἐκβοηθήσαντες ἐνίκησαν μαχη τοὺς Τυρρηνοὺς καὶ συνεδίωξαν εἰς τὴν παρεμβολήν, οἱ δὲ Σαννίται κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον μακρὰν ἀπηρητημένης τῆς Ῥωμαίων δυνάμεως ἀδεῶς ἐπόρθουν τῶν Ἰαπύγων τοὺς τὰ Ῥωμαίων φρονοῦντας. διόπερ ἠναγκασθήσαν οἱ ὑπατοὶ διαίρειν τὰς δυνάμεις, καὶ Φάβιος μὲν ἐν τῇ Τυρρηνίᾳ κατέμεινε, ὁ δὲ Μάρκιος ἐπὶ τοὺς Σαννίτας ἀναξέυξας Ἀλλίφας μὲν πόλιν εἶλε κατὰ κράτος, τοὺς δὲ πολιορκουμένους τῶν συμμάχων ἐκ τῶν κινδύνων ἐρρύσατο. — 10. *signa in hostem obvertit*] Die Schlacht

captis, castris etiam hostium cum praeda ingenti potitur. tum de persequendo hoste agitari coeptum.

XXXVI. Silva erat Ciminia magis tum invia atque horrenda, quam nuper fuere Germanici saltus, nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita. eam intrare haud fere quisquam praeter ducem ipsum audebat: aliis omnibus cladis Caudinae nondum memoria aboleverat. tum ex iis, qui aderant, consulis frater M. Fabius — Caesonem alii, C. Claudium quidam matre eadem qua consulem genitum tradunt — speculatum se iturum professus brevique omnia certa adlaturum. Caere educatus apud hospites, Etruscis inde litteris eruditus erat, linguamque Etruscam probe noverat. habeo auctores vulgo tum Romanos pueros, sicut nunc Graecis, ita Etruscis litteris erudiri solitos; sed propius est vero praecipuum aliquid fuisse in eo, qui se tam audaci simulatione hostibus inmiscuerit. servus ei dicitur comes unus fuisse, nutritus una eoque haud ignarus linguae eiusdem; nec quicquam aliud proficiscentes quam summatis regionis, quae intranda erat, naturam ac nomina principum in populis acceperere, ne qua inter conloquia insigni nota haesitantes deprendi possent. iere pastoralis habitu, agrestibus telis, falcibus gaesisque binis armati. sed neque commercium linguae nec vestis armorumve habitus sic eos texit, quam quod abhorrebat ab fide quemquam externum Ciminios saltus intraturum. usque ad Camertes Umbros penetrasse dicuntur. ibi, qui essent, fateri Romanum ausum, introductumque in senatum consulis verbis egisse de societate amicitiaque, atque inde comi hospitio acceptum nuntiare Romanis iussum, commeatum exer-

hatte zunächst den Zweck, Sutrium zu entsetzen u. mit Lebensmitteln zu versehen.

3. *Silva erat Ciminia*] Das Gebirge von Viterbo bildete die Grenze gegen das freie Etrurien, heut zu Tage ist es ein kahler Bergrücken. Die Schilderung des Livius ist jedenfalls übertrieben. Vgl. über solche Episoden das Urtheil des Polybius III, 47. — 4. *Germanici saltus*] Die *silva Hercynia*. — 11. *linguamque Etruscam*] Wissenschaft, Kunst und Sprache der Etrusker konnten den Römern nicht ganz unbekannt sein in Folge der uralten Beziehungen Roms zu Etrurien (Tarq. Priscus. Luceres etc.). Die Etruskische Sprache gehörte zwar ebenfalls dem indogermanischen Sprachstamm an, sie war aber doch der umbrisch-

sabellisch-latinischen Sprachfamilie fremd. — 13. Wesentlich verschieden Cic. div. I, 92: *bene apud maiores nostros senatus tum, cum florebatur inperium, decrevit ut de principum filiis X ex singulis Etruriae populis in disciplinam traderentur etc.* — 14. *praecipuum*, dass er eine besondere Kenntniss gehabt haben müsse, welche andere nicht hatten; dass also die Kenntniss der Etruskischen Sprache nicht so allgemein gewesen sein kann. — 19. *acceperere*, nahmen hinzu, liessen sich sagen. — 22. *sic — quam*, weil *sic* mit der Negation den Begriff von *minus* enthält. — 24. *Camertes Umbros*] Camerinum in Umbrien an der Grenze von Picenum. — 25. *Romanum ausum*, Uebergang zur *obl.*, weil die Sache selbst dem Li-

citui dierum triginta praesto fore, si ea loca intrasset, iuventutemque Camertium Umbrorum in armis paratam imperio  
 9 futuram. haec cum relata consuli essent, impedimentis prima  
 10 vigilia praemissis, legionibus post impedimenta ire iussis, ipse  
 substitit cum equitatu et luce orta postero die obequitavit 5  
 stationibus hostium, quae extra saltum dispositae erant; et  
 cum satis diu tenuisset hostem, in castra sese recepit, porta-  
 11 que altera egressus ante noctem agmen adsequitur. postero  
 die luce prima iuga Ciminii montis tenebat. inde contemplatus  
 12 opulenta Etruriae arva milites emittit. ingenti iam abacta 10  
 praeda tumultuariae agrestium Etruscorum cohortes, repente a  
 principibus regionis eius concitatae, Romanis occurrunt adeo  
 inconpositae, ut vindices praedarum prope ipsi praedae fuerint.  
 13 caesis fugatisque iis late depopulato agro victor Romanus  
 opulentusque rerum omnium copia in castra rediit. eo forte 15  
 quinque legati cum duobus tribunis plebis venerant denuncia-  
 14 tum Fabio senatus verbis, ne saltum Ciminium transiret. lae-  
 tati serius se, quam ut impedire bellum possent, venisse, nun-  
 tii victoriae Romam revertuntur.

1 XXXVII. Hac expeditione consulis motum latius erat 20  
 quam profligatum bellum: vastationem namque sub Ciminii  
 montis radicibus iacens ora senserat, conciveratque indignatione  
 2 non Etruriae modo populos sed Umbriae finitima. itaque  
 quantus non umquam antea exercitus ad Sutrium venit; neque  
 e silvis tantummodo promota castra, sed etiam aviditate dimi- 25  
 3 candi quam primum in campos delata acies. deinde instructa  
 primo suo stare loco relicto hostibus ad instruendum contra  
 spatio; dein, postquam detractare hostem sensere pugnam, ad  
 4 vallum subeunt. ubi postquam stationes quoque receptas intra  
 munimenta sensere, clamor repente circa duces ortus, ut eo 30

vius kaum glaublich erscheint. — 6. *stationibus hostium*] Liv. spricht c. 35 zwar von einer Niederlage der Etrusker bei Sutrium, aber nicht von einer totalen Vertilgung des Heeres. — 8. *altera*, vom Feinde abgewendet. — 9. *iuga Ciminii montis*] Die Höhe von Viterbo mit der Aussicht auf die reiche Ebene nach Volsinii zu. — 11. *a principibus*] Gewiss sind nicht allein Lucumonien gemeint. — 15. *in castra rediit*] nach Sutrium, wie aus c. 37 hervorgeht, die Expedition war also ein Streifzug. Diod. XX, 35: ὁ δὲ Φάβιος Τυρρηγῶν πολλοῖς πλήθεισιν ἐπὶ τὸ Σούτριον συνδραμόντων ἔλαθε

τοὺς πολεμίους διὰ τῆς τῶν ὁμόρων χώρας ἐμβαλὼν εἰς τὴν ἀνωτέραν Τυρρηγίαν, ἀπόρθητον γενόμενῃν πολλῶν χρόνων. ἐπιπεσὼν δ' ἀνεπίστως τῆς τε χώρας πολλὴν ἐδήλωσε καὶ τοὺς ἐπελθόντας τῶν ἐγγχωρίων (i. e. *tumultuaria agrestium Etruscorum cohortes*) νικήσας πολλοὺς μὲν ἀνεῖλεν, οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ ζῶντας ὑποχειρίους ἔλαβεν. — 16. *cum duobus tribunis plebis*] Die Tribunen wurden ausserordentlicher Weise beigegeben, damit, wenn der Consul sich weigerte, sie ihn verhaften sollten.

25. *silvis*, des *mons Ciminii*. — 29. *stationes*] Vorposten. —



sibi e castris cibaria eius diei deferri iuberent: mansuros se  
 sub armis et aut nocte aut certe luce prima castra hostium  
 invasuros. nihilo quietior Romanus exercitus imperio ducis  
 continetur. decima erat fere diei hora, cum cibum capere con-  
 sul milites iubet; praecipit, ut in armis sint, quacumque diei  
 noctisve hora signum dederit. paucis milites adloquitur; Sam-  
 nitium bella extollit, elevat Etruscos; nec hostem hosti nec  
 multitudinem multitudini conparandam ait; esse praeterea tel-  
 lum aliud occultum; scituros in tempore; interea taceri opus  
 esse. his ambagibus prodi simulabat hostes, quo animus mil-  
 litum multitudine territus restitueretur; et, quod sine muni-  
 mento considerant, veri similis erat, quod simulabatur. curati  
 cibo corpora quieti dant, et quarta fere vigilia sine tumultu  
 excitati arma capiunt. dolabrae calonibus dividuntur ad val-  
 lum prouendum fossasque inplendas. intra munimenta in-  
 struitur acies, delectae cohortes ad portarum exitus conlocan-  
 tur. dato deinde signo paulo ante lucem, quod aestivis noctibus  
 sopitae maxime quietis tempus est, proruto vallo erupit acies,  
 stratos passim invadit hostes: alios immobiles, alios semisomnos  
 in cubilibus suis, maximam partem ad arma trepidantes caede  
 oppressit; paucis armandi se datum spatium est: eos ipsos non  
 signum certum, non ducem sequentes fundit Romanus fugatosque  
 persequitur. ad castra, ad silvas diversi tendebant. silvae tutius  
 dedere refugium, nam castra in campis sita eodem die capiuntur.  
 aurum argentumque iussum referri ad consulem, cetera praeda mi-  
 litis fuit. caesa aut capta eo die hostium milia ad sexaginta. eam  
 tam claram pugnam trans Ciminiam silvam ad Perusiam pugna-  
 tam quidam auctores sunt, metuque in magno civitatem fuisse, ne  
 interclusus exercitus tam infesto saltu coortis undique Tuscis  
 Umbrisque opprimeretur. sed ubicumque pugnatum est, res  
 Romana superior fuit. itaque a Perugia et Cortona et Arretio,

4. *decimahora*] Um vier Uhr Nachmit-  
 tags. — 8. *telum*, Waffe, häufig  
 wie hier bildlich. — 12. *considerant*  
 = *consederant*, jene Form findet  
 sich in den besten Handschr. des  
 Ovid, Livius und Seneca. — 18. *sopi-  
 tae quietis*, des festen Schlafes.  
 — 20. *caede oppressit*, sc. *acies*;  
 wahrscheinlich ist *caede* (oder *cae-  
 des*) zu streichen. — 25. *aurum ar-  
 gentumque*] Wohl meistens *phalerae*,  
 cf. Liv. XXII, 52 (von den Römern)  
*nam ad vescendum facto (argento)  
 perexiguo utique militantes uteban-  
 tur*. — 27. *ad Perusiam*] So be-  
 richtet auch Diodor XX, 35: *μετὰ*

*δὲ ταῦτα περὶ τὴν καλουμένην Πε-  
 ρουσίαν δευτέρῃ μάχῃ τῶν Τυρρη-  
 νῶν κρατήσας, πολλοὺς ἀνελὼν κατ-  
 ἐπλήξατο τὸ ἔθνος, πρῶτος Ῥω-  
 μαίων μετὰ δυνάμεως ἐμβεβληκῶς  
 εἰς τοὺς τόπους τούτους*. — 31. *Ar-  
 retio*] Arretium hatte sich anfangs  
 am Bundeskrieg nicht betheiligt  
 (Liv. IX, 32), auch können wir aus  
 dieser Stelle nicht schliessen, dass  
 der Staat im Verlaufe des Krieges  
 ebenfalls die Waffen gegen Rom  
 erhoben hatte. Denn die Arretiner  
 konnten einen Friedensvertrag aus  
 politischen Rücksichten mit Rom  
 schliessen, ohne dass sie vorher im

quae ferme capita Etruriae populorum ea tempestate erant, legati pacem foedusque ab Romanis petentes indutias in triginta annos impetraverunt.

d) Der (dritte) Samnitisch-Etruskische Krieg.

(Liv. X, 18. 19. 27—30).

1 XVIII. Cum ea in Samnio gererentur, Romanis in Etruria 5  
interim bellum ingens multis ex gentibus concitur, cuius auctor  
2 Gellius Egnatius ex Samnitibus erat. Tusci fere omnes conscive-  
rant bellum; traxerat contagio proximos Umbriae populos, et Gal-  
lica auxilia mercede sollicitabantur. omnis ea multitudo ad castra  
3 Samnitium conveniebat. qui tumultus repens postquam est Ro- 10  
mam perlatus, cum iam L. Volumnius consul cum legione secunda  
ac tertia sociorumque milibus quindecim profectus in Samnium  
esset, Ap. Claudium primo quoque tempore in Etruriam ire placuit.  
4 duae Romanae legiones secutae prima et quarta et sociorum  
5 duodecim milia. castra haud procul ab hoste posita. ceterum 15  
magis eo profectum est, quod mature ventum erat, ut quos-  
dam spectantes iam arma Etruriae populos metus Romani no-  
minis conprimeret, quam quod ductu consulis quicquam ibi  
6 satis scite aut fortunate gestum sit. multa proelia locis et  
temporibus iniquis commissa, spesque in dies graviorem hostem 20  
faciebat, et iam prope erat, ut nec duci milites nec militibus  
7 dux satis fideret. litteras ad collegam accersendum ex Samnio

Felde standen. Diodor erwähnt bestimmt, dass Fabius ausser mit Cortona und Perugia auch mit Arretium einen Waffenstillstand (ἀνοχάς) schloss. πόλιν δὲ τὴν ὀνομαζομένην Καστόλαν (Carsulam?) ἐκπολιορκήσας συνηγάγκασε τοὺς Τυρρηνοὺς λῦσαι τὴν τοῦ Σουτρίου πολιορκίαν.

5. in Samnio] In den Jahren 297 und 296 führten die Römer in Samnium einen förmlichen Verteilungskrieg (Q. Fabius, P. Decius, L. Volumnius), sie zogen von Fleck zu Fleck u. vernichteten alle Spuren des Anbaues. — 7. Gellius Egnatius] Jenes ist Vorname. Er zog mit seinem Heere nach Etrurien durch das Gebiet der Marser und Umbrer und wusste den Landtag (principum Etruriae concilium) zur energischen und gemeinschaftlichen Kriegsführung zu bestimmen. Er

war es auch, der die Etrusker auf die Unterstützung der Gallier hinwies, welche sonst immer Feinde der Etrusker waren. — 8. Umbrien war besonders durch die römische Colonie Narnia bedroht. — 11. Die vier ersten Legionen wurden, immer je zwei, durch das Loos den beiden Consuln zugetheilt, die übrigen führten die Proconsuln u. Prätores. — 12. sociorumque] Latiner, Campaner, Aurunker, Aequer, Herniker etc. — 17. Etruriae populos] Wie z. B. Arretium, auch Perugia mochte damals noch schwanken. — 19. Liv. X, 15: L. Volumnius de plebe cum Ap. Claudio consul est factus. nobilitas obiectare Fabio fugisse eum Ap. Claudium collegam, eloquentia civilibusque artibus haud dubie praestantem. — 20. graviorem, lästiger, kühner. — 22. litteras ad collegam] Wahrscheinlich ging der Befehl vom

missas in trinis annalibus invenio: piget tamen id certum ponere, cum ea ipsa inter consules populi Romani, iam iterum eodem honore fungentis disceptatio fuerit, Appio abnuente missas, Volumnio adfirmante Appi se litteris accitum. iam Vo- 8  
 5 lumnio in Samnio tria castella ceperat, in quibus ad tria milia hostium caesa erant, dimidium fere eius captum, et Lucanorum seditiones a plebeis et egentibus ducibus ortas summa optumatum voluntate per Q. Fabium, pro consule missum eo cum veteri exercitu, compresserat. Decio populandos hostium agros 9  
 10 relinquit, ipse cum suis copiis in Etruriam ad collegam pergit; quem advenientem laeti omnes acceperunt. Appium ex con- 10  
 scientia sua credo animum habuisse, haud inmerito iratum, si nihil scripserat, inliberali et ingrato animo, si eguerat ope, dissimulantem. vix enim salute mutua reddita cum obviam 11  
 15 egressus esset: „satin salve“ inquit, „L. Volumni? ut sese in Samnio res habent? quae te causa, ut provincia tua excederes, induxit?“ Volumnius in Samnio res prosperas esse ait, litte- 12  
 ris eius accitum venisse; quae si falsae fuerint, nec usus sui sit in Etruria, extemplo conversis signis abiturum. „tu vero 13  
 20 abeas“ inquit, „neque te quisquam moratur: etenim minime consentaneum est, cum bello tuo forsitan vix sufficias, huc te ad opem ferendam aliis gloriari venisse.“ bene Hercules ver- 14  
 teret, dicere Volumnius: malle frustra operam insumptam quam quicquam incidisse, cur non satis esset Etruriae unus consu- 25  
 laris exercitus. XIX. Digredientes iam consules legati tribuni- 1  
 que ex Appiano exercitu circumstant: pars imperatorem suum orare, ne collegae auxilium, quod acciendum ultro fuerit, sua sponte oblatum sperneretur; plures abeunti Volumnio obsistere, 2  
 30 obtestari, ne pravo cum collega certamine rem publicam prod-  
 dat: si qua clades incidisset, desertori magis quam deserto noxiae fore. eo rem adductam, ut omni rei bene aut secus 3

 χηδουίων ἐπετελέσθη τὸν τρόπον τοῦτον, μάχη γενναιοτάτους  
 ἀνδρας ἔχουσα καὶ τοὺς νικήσαντας καὶ τοὺς ἠττηθέντας. δῆ-  
 10 λον δὲ τοῦτ' ἐγένετο ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων. τῶν μὲν γὰρ 2  
 ἑξακισχιλίων ἰππέων ἑβδομήκοντα μὲν εἰς Οὐνεουσίαν μετὰ  
 Γαίου διέφυγον, περὶ τριακοσίους δὲ τῶν συμμάχων σποράδες  
 εἰς τὰς πόλεις ἐσώθησαν· ἐκ δὲ τῶν πεζῶν μαχόμενοι μὲν ἐάλω- 3  
 σαν εἰς μυρίους, οὗτοι δ' ἐκτὸς ὄντες τῆς μάχης, ἐξ αὐτοῦ δὲ  
 15 τοῦ κινδύνου τρισχίλιοι μόνον ἴσως εἰς τὰς παρακειμένας πόλεις  
 διέφυγον. οἱ δὲ λοιποὶ πάντες, ὄντες εἰς ἑπτὰ μυριάδας, ἀπέ- 4  
 θανον εὐγενῶς, τὴν μεγίστην χρεῖαν παρεσχημένου τοῖς Καρ-  
 χηδουίοις εἰς τὸ νικᾶν καὶ τότε καὶ πρότερον τοῦ τῶν ἰππέων  
 ὄχλου. καὶ δῆλον ἐγένετο τοῖς ἐπιγενομένοις ὅτι κρείττον ἐστὶ 5  
 20 πρὸς τοὺς τῶν πολέμων καιροὺς ἡμίσεις ἔχειν πεζοὺς, ἵπποκρα-  
 τεῖν δὲ τοῖς ὄλοις, μᾶλλον ἢ πάντα πάρισα τοῖς πολεμίοις ἔχοντα  
 διακινδυνεύειν. τῶν δὲ μετ' Ἀννίβου Κελτοὶ μὲν ἔπεσον εἰς 6  
 τετρακισχιλίους, Ἴβηρες δὲ καὶ Λίβυες εἰς χιλίους καὶ πεντα-  
 κοσίους, ἱππεῖς δὲ περὶ διακοσίους. οἱ δὲ ζωγραφθέντες τῶν Ῥω- 7  
 25 μαίων ἐκτὸς ἐγένοντο τοῦ κινδύνου, κατὰ τινα τοιαύτην αἰτίαν.  
 Λεύκιος ἀπέλιπε μυρίους πεζοὺς ἐπὶ τῆς ἐαυτοῦ παρεμβολῆς, 8  
 ἵν' ἐὰν μὲν Ἀννίβας ὀλιγορήσας τοῦ χάρακος ἐκτάξῃ πᾶσι, παρα-

τοῦ] so fielen zuletzt hier (an die-  
 ser Stelle des Kampfes). — 3. κατε-  
 κρήμνισαν] stürzten herab. — 5.  
 αἰσχροὺς μὲν τὴν φυγὴν] Nach der  
 Anschauung des Polyb., weil Varro  
 die Niederlage überleben konnte.  
 Anders war das Urtheil des Senats  
 u. des Röm. Volkes, cf. Liv.  
 XXII, 61, 14.

11. ἑβδομήκοντα: consul alter seu  
 forte seu consilio nulli fugientium  
 insertus agmini cum L fere equiti-  
 bus Venusiam per fugit. Liv. c. 49,  
 14. Dagegen Liv. XXV, 6, 13: unde

(von Cannae) consul cum equitibus  
 LXX fugit. — 14. οὗτοι δ' ἐκτὸς  
 ὄντες] u. diese nur, weil sie am  
 Kampfe nicht theiligt waren. —  
 16. εἰς ἑπτὰ μ., annähernd 70000  
 Mann. Liv. c. 49, 15: XLV milia  
 quingenti pedites, duo milia septin-  
 genti equites caesi dicuntur. — 18.  
 τοῦ τῶν ἰππέων ὄχλου] die über-  
 legene Menge (Ueberlegenheit)  
 ihrer Reiterei. — 23. Uebertrieben  
 Liv. c. 52, 6: ad octo milia fuisse  
 dicuntur fortissimorum virorum. —  
 27. ἐκτάξῃ πᾶσι] mit allen Truppen

πεσόντες οὔτοι κατὰ τὸν τῆς μάχης καιρὸν ἐγκρατεῖς γένωνται  
 9 τῆς τῶν πολεμίων ἀποσκευῆς, ἐὰν δὲ προιδόμενος τὸ μέλλον  
 ἀπολίπη φυλακὴν ἀξιόχρεων, πρὸς ἐλάττους αὐτοῖς ὁ περὶ τῶν  
 10 ὄλων γένηται κίνδυνος. ἐάλωσαν δὲ τοιούτῳ τινὶ τρόπῳ. κατα-  
 λιπόντος Ἀννίβου φυλακὴν ἀρκοῦσαν ἐπὶ τοῦ χάρακος, ἅμα τῷ 5  
 κατάρξασθαι τὴν μάχην κατὰ τὸ συνταχθῆν ἐπολιόρκουν οἱ Ῥω-  
 μαῖοι προσβάλλοντες τοὺς ἀπολελειμμένους ἐν τῷ τῶν Καρχη-  
 11 δονίων χάρακι. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἀντειχόν· ἤδη δ' αὐτῶν  
 πιεζομένων, ἐπειδὴ κατὰ πάντα τὰ μέρη τὴν μάχην Ἀννίβας  
 ἔκρινε, τότε παραβοηθήσας καὶ τρεψάμενος συνέκλεισε τοὺς Ῥω- 10  
 μαίους εἰς τὴν ἰδίαν παρεμβολήν, καὶ δισχίλιους μὲν αὐτῶν ἀ-  
 12 ἔκτεινε, τῶν δὲ λοιπῶν ἐγκρατῆς ἐγένετο ζωγρία πάντων. ὁμοίως  
 δὲ καὶ τοὺς ἐπὶ τὰ κατὰ τὴν χώραν ἐρύματα συμπεφευγότας ἐκ-  
 πολιορκήσαντες οἱ Νομάδες ἐπανῆγον, ὄντας εἰς δισχίλιους τῶν  
 εἰς φυγὴν τραπέντων ἰπέων. 15

118 Βραβευθείσης δὲ τῆς μάχης τὸν προειρημένον τρόπον, ἀκό-  
 λουθον εἰλήφει τὰ ὅλα κρίσιν τοῖς ὑπ' ἀμφοτέρων προσδοκω-  
 2 μένοις. Καρχηδόνιοι μὲν γὰρ διὰ τῆς πράξεως ταύτης παρα-  
 χρηῖμα τῆς μὲν λοιπῆς παραλίας σχεδὸν πάσης ἦσαν ἐγκρατεῖς·  
 3 Ταραντῖνοί τε γὰρ εὐθέως ἐνεχείριζον αὐτούς, Ἀργυριππανοὶ 20  
 δὲ καὶ Καπυανῶν τινες ἐκάλουν τὸν Ἀννίβαν, οἱ δὲ λοιποὶ  
 4 πάντες ἀπέβλεπον ἤδη τότε πρὸς Καρχηδονίους· μεγάλας δ'  
 εἶχον ἐλπίδας ἐξ ἐφόδου καὶ τῆς Ῥώμης αὐτῆς ἔσεσθαι κύριοι·  
 5 Ῥωμαῖοί γε μὴν τὴν Ἰταλιωτῶν δυναστείαν παραχρηῖμα διὰ τὴν

in den Kampf gehe. — 2. ἐὰν μὲν — ἐὰν δὲ] *sive* — *sive*. Wahrscheinlich ist es, dass das Terrain die volle Entwicklung der römischen Streitkräfte nicht zuließ. Denn es war nicht Sitte der Römer, vor Entscheidung des Kampfes an die Eroberung und Plünderung des feindlichen Lagers zu denken. — 12. *ζωγρία πάντων*] Es ist fraglich, ob der Bericht des Livius auf Wahrheit beruht, dass gegen 600 Mann aus dem kleineren Lager sich in das grössere durchschlugen (Liv. XXII, 50, 11) u. von da etwa 4000 Mann nach Canusium entkamen (ibid. c. 52, 4). Es scheint, als ob diesem Berichte gegenüber, der natürlich auf einer älteren Quelle

beruht, Polyb. auf Grund seiner Forschungen πάντων betont und deshalb an das Ende des Satzes gestellt hat.

19. *παραλίας*: *Graecorum omnium ferme ora, Tarentini, Metapontini, Crotoniensis Locrique* Liv. c. 61, 12, wo auch die übrigen Völkerschaften, welche nach und nach von Rom abfielen, aufgezählt sind. — 20. *Ἀργυριππανοί*] *Ἀργυρίππα* Stadt in Apulien. Capua wurde nach Rom als die bedeutendste Stadt Italiens angesehen. — 24. *Ῥωμαῖοί γε μὴν, iam vero Romani Italiae imperio desperato de ipsorum urbis salute in timore versabantur*. Dagegen Liv. c. 61, 14: *quo in tempore adeo magno animo civitas fuit,*

ἦταν ἀπεγνώκεσαν, ἐν μεγάλοις δὲ φόβοις καὶ κινδύνοις ἦσαν  
περὶ τε σφῶν αὐτῶν καὶ περὶ τοῦ τῆς πατρίδος ἐδάφους, ὅσον  
οὐπω προσδοκῶντες ἤξειν αὐτὸν τὸν Ἀννίβαν. καὶ γὰρ ὥσπερ 6  
ἐπιμετρούσης καὶ συνεπαγωνιζομένης τοῖς γεγυνοσὶ τῆς τύχης  
5 συνέβη μετ' ὀλίγας ἡμέρας, τοῦ φόβου κατέχοντος τὴν πόλιν,  
καὶ τὸν εἰς τὴν Γαλατῖαν στρατηγὸν ἀποσταλέντα εἰς ἐνέδραν  
ἐμπесόντα παραδόξως ἄρδην ὑπὸ τῶν Κελτῶν διαφθαρεῖν  
μετὰ τῆς δυνάμεως. οὐ μὴν ἢ γε σύγκλητος οὐδὲν ἀπέλειπε 7  
τῶν ἐνδεχομένων, ἀλλὰ παρεκάλει μὲν τοὺς πολλοὺς, ἡσφαλίζετο  
10 δὲ τὰ κατὰ τὴν πόλιν, ἐβουλεύετο δὲ περὶ τῶν ἐνεστώτων ἀν-  
δρωδῶς. τοῦτο δ' ἐγένετο φανερόν ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα συμβάν-  
των· ὁμολογουμένως γὰρ τῶν Ῥωμαίων ἠττηθέντων τότε καὶ 8  
παραχωρησάντων τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις ἀρετῆς, τῇ τοῦ πολιτεύμα- 9  
τος ιδιότητι καὶ τῷ βουλευέσθαι καλῶς οὐ μόνον ἀνεκτήσαντο  
15 τὴν τῆς Ἰταλίας δυναστείαν, νικήσαντες μετὰ ταῦτα Καρχηδο-  
νίους, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκουμένης ἀπάσης ἐγκρατεῖς ἐγένοντο μετ'  
ὀλίγους χρόνους.

*ut consuli ex tanta clade redeunti  
et obviam itum frequenter ab omni-  
bus ordinibus sit et gratiae actae,  
quod de rep. non desperasset,* —  
natürlich, Senat und Bürgerschaft  
hatten die Schlacht in Apulien  
befohlen, in der Hoffnung, durch  
ihre Uebermacht Hannibal erdrücken  
zu können. — 2. ὅσον οὐπω] jeden  
Augenblick, vgl. Hannibal *ante  
portas!* — 4. ἐπιμετρούσης] als ob  
das Schicksal das Mass der Leiden

vollmachen wollte. — 6. τὸν εἰς τὴν  
Γαλατῖαν στρατηγόν] der Praetor  
L. Postumius, der für das nächste  
Jahr zum Consul ernannt war. Vgl.  
Liv. XXIII, 24. — 7. ἄρδην =  
*funditus.* — 9. τῶν ἐνδεχομένων]  
von dem was möglich war. — 14.  
ιδιότητι Eigenthümlichkeit. P. be-  
handelte deshalb die politische u.  
militärische Verfassung Roms im  
VI. Buch, wovon ein grosser Theil  
noch erhalten ist.

B) Belagerung und Eroberung von Syrakus (Liv. XXIV, 33. 34. XXV, 23—31).

XXXIII. Haec nuntiata cum essent Romanis, ex Leon-  
 2 tinis mota sunt extemplo castra ad Syracusas. et ab Appio  
 legati per portum missi forte in quinqueremi erant. ea prae- 5  
 missa quadriremi cum intrasset fauces portus, capitur; legati  
 3 aegre effugerunt. et iam non modo pacis sed ne belli quidem  
 iura relicta erant, cum Romanus exercitus ad Olympium —  
 Iovis id templum est — mille et quingentos passus ab urbe  
 4 castra posuit. inde quoque legatos praemitti placuit; quibus, 10  
 ne intrarent urbem, extra portam Hippocrates atque Epicycles  
 5 obviam cum suis processerunt. Romanus orator non bellum  
 se Syracusanis sed opem auxiliumque adferre ait, et iis, qui  
 ex media caede elapsi perfugerint ad se, et iis, qui metu op-  
 pressi foediorum non exsilio solum sed etiam morte servitutum 15  
 6 patiantur. nec caedem nefandam sociorum inultam Romanos  
 passuros: itaque si eis, qui ad se perfugerint, tutus in patriam

XXIV, c. 33. Nach dem Tode des Königs Hiero von Syrakus (215) ging die Herrschaft auf seinen Enkel Hieronymus über, der ein Bündniss mit den Karthagern abschloss zum gemeinsamen Kriege gegen Rom. Der Tod des Hieronymus (214) führte wieder zu Unterhandlungen wegen eines Bündnisses mit Rom. Nun aber gelang es dem Hippocrates und Epicycles, die in Syrak. geboren (aber von einer karth. Mutter) u. in Karthago erzogen waren, die Miethstruppen der Syrakusaner für sich zu gewinnen. Mit diesem Heere zogen sie vor die Stadt und wurden von der den Römern feindlich gesinnten Volkspartei mit Freuden in die Stadt aufgenommen, das Bündniss mit Karthago ward erneuert. Nun zog der Consul M. Claudius Marcellus mit dem Proprätor Appius Claudius vor die Stadt u. begann die denkwürdige Belagerung, welche durch die Vertheidigung des Mathematikers Archimedes ausserordentlich erschwert wurde. — 3. *Haec nuntiata*] die Einnahme der Stadt durch Hipp. und Epic. und die Ermordung der Syrak. Strate-

gen (*nisi qui inter tumultum effugerant, omnes interficiuntur*). — 4. *ab Appio*] von der Flotte. — 5. *per portum*] der grosse Hafen an der Südseite der Stadt, der von dem kleineren Hafen durch die Altstadt Ortygia getrennt ist. Ehe die Gesandten in den Hafen eilaufen, schicken sie eine Quadrireme voraus; wie sie dennoch ihr Schiff angegriffen sehen, begeben sie sich mit Verlust der Quinquereme auf die Flucht. — 7. *belli iura*] das Recht der Gesandtschaft. — 8. *Olympium*] vielleicht *Olympium* (= *iium*) für *Ὀλυμπιεῖον* (cf. Andoc. I, 16), am rechten Ufer des Flusses Anapus, welcher in den grossen Hafen mündet. Dort lagerten einst auch die Athener (Thuc. VI, 64). — 10. *inde quoque*] In Bezug auf die Gesandtschaft des Appius. — 12. *orator*] = *princeps legationis*. — 14. *metu*] Terrorismus der Militärherrschaft, daher auch *servitus*. — 16. *sociorum*] der Strategen, die aber das Bündniss mit Rom noch nicht förmlich erneuert hatten. — 17. *perfugerint . . . pateat*] Vgl. § 7 *cum in eorum ad quos venerint manu res Syracusana esset*.

reditus pateat, si caedis auctores dedantur et libertas legesque Syracusanis restituantur, nihil armis opus esse: si ea non fiant, quicumque in mora sit, bello persecuturos. ad ea Epicydes, 7 si qua ad se mandata haberent, responsum eis ait se daturus 8 fuisse: cum in eorum ad quos venerint manu res Syracusana esset, tum reverterentur. si bello lacerassent, ipsa re intel- 9 cturos nequaquam idem esse Syracusas ac Leontinos oppugnare. ita legatis relictis portas clausit.

Inde terra marique simul coeptae oppugnari Syracusae, 9 terra ab Hexapylo, mari ab Achradina, cuius murus fluctu adluitur. et quia, sicut Leontinos terrore ac primo impetu ceperant, non diffidebant vastam disiectamque spatio urbem parte aliqua se invasuros, omnem apparatus oppugnandarum urbium muris admoverunt. XXXIV. et habuisset tanto impetu coepta 15 res fortunam, nisi unus homo Syracusis ea tempestate fuisset. Archimedes is erat, unicus spectator caeli siderumque, mira- 2 bilior tamen inventor ac machinator bellicorum tormentorum operumque, quibus, si quid hostes ingenti mole agerent, ipse perlevi momento ludificaretur. murus per inaequales ductus 20 colles; pleraque alta et difficilia aditu; submissa quaedam et 3 quae planis vallibus adiri possent. ille ut cuique aptum visum est loco, ita genere omni tormentorum instruxit. Achradinae 4 murum, qui, ut ante dictum est, mari adluitur, sexaginta quin- queremibus Marcellus oppugnabat. et ex ceteris navibus sa- 5 gittarii funditoresque et velites vix quemquam sine vulnere consistere in muro patiebantur. hi, quia spatio missilibus 6 opus est, procul muro tenebant. naves VIII iunctae altera

— 1. *legesque*] Selbständigkeit (Autonomie). — 4. *ad se*, Epicydes und Hippocrates, welche die jetzt herrschende karthagisch gesinnte Volkspartei vertreten. — 5. *cum — tum*, erst dann, wenn . . ., sollten sie etc. — 9. Die Bestürmung und Belagerung von Syrakus begann M. Marcellus wahrscheinlich erst um das Jahr 213. Damit stimmt die Darstellung des Polybius, welcher diese Ereignisse vom Jahr 213 und 212 im VIII. Buch behandelte. — 10. *ab Hexapylo*] Im Norden der Stadt, zugleich der niedrigste und breiteste Theil der Epipolae. — *ab Achradina*] Nördlich von Ortygia am Meere und dem kleinen Hafen. — 12. *disiectamque spatio*] also auch schwer zu vertheidigen.

14. *et hab.* — *fortunam*, und

wirklich hätte . . . Erfolg gehabt. — 16. *Archimedes*] Vgl. Cic. Tusc. I, 63 *Arch. lunae solis quinque errantium* (= *planetarum*) *motus in sphaeram illigavit* (i. e. er stellte die Bewegung der Planeten auf einer Himmelskugel dar) und de Finib. V, 50 *dum in pulvere quaedam describit attentius, ne patriam quidem captam sensit*. Sein Grabmal fand Cicero auf, cf. Tusc. V, 61. Er war als Philosoph, Astronom, Mathematiker und Ingenieur gleich hervorragend. — 18. *mole*, Anstrengung. — *ludificaretur*] = *eluderet*. — 21. *ille ut cuique*] Asyndeton adversativum = *sed ille etc.* — 24. *et ex ceteris n.* im Gegensatz zu *naves octo v. 27.* — 26. *hi* = καὶ οὗτοι μὲν, Zusatzbemerkung und Gegensatz zu dem Folgenden. — 27. *tenebant*, intr.

alteri — binae erant quinqueres — demptis interioribus  
 remis, ut latus lateri adplicaretur, cum exteriore ordine remo-  
 7 rum velut una navis agerentur, turres contabulatas machina-  
 8 mentaque alia quatiendis muris portabant. adversus hunc na-  
 valem apparatus Archimedes variae magnitudinis tormenta 5  
 in muris disposuit. in eas quae procul erant naves saxa in-  
 genti pondere emittebat; propiores levioribus eoque magis  
 9 crebris petebat telis: postremo, ut sui vulnere intacti tela in  
 hostem ingerent, murum ab imo ad summum crebris cubi-  
 talibus fere cavis aperuit, per quae cava pars sagittis pars 10  
 scorpionibus modicis ex occulto petebant hostem. quae pro-  
 prius quassatum subibant naves, quo interiores ictibus tormen-  
 torum essent, in eas tollenone super murum eminente ferrea  
 manus, firmae catenae inligata, cum iniecta prorae esset, gravi-  
 que libramento plumbi recelleret ad solum, suspensa prora 15  
 11 navem in puppim statuebat, dein remissa subito velut ex muro  
 cadentem navem cum ingenti trepidatione nautarum ita undae  
 adfligebat, ut etiamsi recta reciderat, aliquantum aquae acci-  
 12 peret. ita maritima oppugnatio est elusa, omnisque spes ad  
 13 id versa, ut totis viribus terra adgrederentur. sed ea quoque 20  
 pars eodem omni apparatu tormentorum instructa erat, Hie-  
 rononis impensis cura per multos annos Archimedis usa unica  
 14 arte. natura etiam adjuvabat loci, quod saxum, cui inposita  
 muri fundamenta sunt, magna parte ita proclive est, ut non  
 solum missilia tormentorum, sed etiam quae pondere suo pro- 25  
 15 voluta essent, graviter in hostem inciderent. eadem causa ad  
 subeundum arduum aditum instabilemque ingressum praebat.  
 16 ita consilio habito, quoniam omnis conatus ludibrio esset,  
 absistere oppugnatione atque obsidendo tantum arcere terra  
 marique commeatibus hostem placuit. 30

hielten, cf. *agebant*. — 3. *turres contabulatas*] Im Innern der Thürme befanden sich Stockwerke, auf denen die Kämpfenden fest stehen konnten. — *machinamenta*] Fallbrücken (*sambucae* Polyb. VIII, 6) und Sturmböcke. Vgl. die Kriegsalterthümer von Rheinhard XI Tafel N. 7. 8 u. Tafel XII (Thürme). — 7. *emittebat*] durch *ballistae*, cf. *ibid.* Taf. XI, 3. — 9. *cubitalibus*] Richtiger jedenfalls Polyb. c. 7: *ἕως ἀνδρομήκους ὕψους κατεπύκνωσε τρήμασι τὸ τεῖχος ὡς παλαιστιαίοις (palmaribus) τὸ μέγεθος κατὰ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν* (nach der äusseren Seite).

— 11. *scorpionibus*] Vegetius IV, 22: *scorpiones dicebant, quas nunc manuballistas, quod parvis subtilibusque spiculis mortem ingerunt*. — 12. *quassatum*] mit dem *aries*. — *interiores ictibus*] um sie vollends auszusetzen. — *interiores ictibus, ἐκτὸς βέλους*. — 13. *tollenone*] cf. Rheinhard XIII, 7. 11. — 21. *eodem omni*, mit demselben mannigfaltigen Apparat = ebenfalls mit jeder Art von etc. — *Hieronis impensis*] Pol. c. 9: *ὡς ἂν Ἰέρωνος μὲν χορηγοῦ γενοτός, ἀρχιτέκτονος δὲ καὶ δημιουργοῦ τῶν ἐπινοημάτων Ἀρχιμήδους*. — 26. *ad subeundum*] sc. *muros*. — 29. *obsidendo*] vom Jahr 213—212.

XXIII. Cum maxime Capua circumvallaretur, Syracusarum oppugnatio ad finem venit, praeterquam vi ac virtute ducis exercitusque intestina etiam prodicione adiuta. namque 2 Marcellus initio veris incertus, utrum Agrigentum ad Himilconem et Hippocraten verteret bellum, an obsidione Syracusas 3 premeret, quamquam nec vi capi videbat posse inexpugnabilem terrestri ac maritimo situ urbem nec fame, ut quam prope 4 liberi a Carthagine commeatus alerent, tamen, ne quid inexpertum relinqueret, transfugas Syracusanos — erant autem apud Romanos aliqui nobilissimi viri inter defectionem ab Romanis, quia ab novis consiliis abhorrebant, pulsati — colloquiis suae partis temptare hominum animos iussit et fidem dare, si traditae forent Syracusae, liberos eos ac suis legibus victuros esse. non erat colloqui copia, quia multorum animi 5 suspecti omnium curam oculosque converterant, ne quid falleret tale admissum. servus unus exsulum pro transfuga intro- 6 missus in urbem conventis paucis initium conloquendi de tali re fecit. dein piscatoria quidam nave retibus operati circumvectique ita ad castra Romana conlocutique cum transfugis, et idem saepius eodem modo fecere alii atque alii. postremo ad octoginta facti. et cum iam composita omnia ad proditio- 7 nem essent, indicio delato ad Epiciden per Attalum quendam indignantem sibi rem creditam non esse, necati omnes cum cruciati sunt. alia subinde spes, postquam haec vana evaserat, 8 exceptit. Damippus quidam Lacedaemonius, missus ab Syracusis ad Philippum regem, captus ab Romanis navibus erat. huius utique redimendi et Epicidei cura erat ingens nec ab- 9 nuit Marcellus, iam tum Aetolorum, quibus socii Lacedaemonii erant, amicitiam adfectantibus Romanis. ad conloquium de 10

1. *Capua circumvallaretur*] im J. 212: *tria praetoria circa Capuam erecta* (die beiden Consuln App. Claudius und Q. Fulvius, dazu der Prätor Claudius Nero), *tres et exercitus diversis partibus opus adgressi fossa valloque circumdare urbem (Capuam) parant et castella excitant modicis intervallis.* — 2. *praeterquam*, abgesehen, ausser, ohne *quod* und ohne besonderes Verb, häufiger bei Livius. — 4. *Agrigentum* war seit 214 v. Chr. wieder in der Gewalt der Karthager. Es befahligte dort Himilco; Hippocrates hatte sich von Syrakus dorthin begeben, um mit Himilco den Landkrieg auf der Insel gegen die Römer zu organisiren u. wo mög-

lich Syrakus zu entsetzen, cf. p. 78, 28. — 6. *premeret*] noch enger einschliessen; das Bild ist hergenommen von *premere equum, habenas* (straffer anziehen). — 8. *liberi*, ungehindert. — 13. *suis legibus victuros*] selbständig (autonom), cf. 73, 1. — 14. *erat copia*, fand sich Gelegenheit; vgl. *potestatem* oder *copiam sui facere.* — *animi suspecti*] verdächtige Gesinnung. — 15. *ne quid falleret*] verborgen bleiben (intrans.) = *latere.* — 18. *nave*, mit dem Kahn = auf dem Kahn. Sie fahren aus dem kleinen Hafen von Achradina herum zu dem *portus Trogiliorum*, in dessen Nähe die Römer standen. — 25. *exceptit*, folgte. — 29. *adfectan-*

redemptione eius missis medius maxime atque utrisque opportunus locus ad portum Trogiliorum propter turrin, quam  
 11 vocant Galeagram, est visus. quo cum saepius commearent, unus ex Romanis ex propinquo murum contemplans, nume-  
 12 rando lapides aestimandoque ipse secum quid in fronte paterent singuli, altitudinem muri, quantum proxime coniectura poterat, permensus, humilioremque aliquanto pristina opinione sua et ceterorum omnium ratus esse et vel mediocribus scalis superabilem, ad Marcellum rem defert. haud spernenda visa.  
 13 sed cum adiri locus, quia ob id ipsum intentius custodiebatur, non posset, occasio quaerebatur; quam obtulit transfuga nuntians diem festum Dianae per triduum agi, et quia alia in obsidione desint, vino largius epulas celebrari et ab Epicycde praebito-universae plebei et per tribus a principibus divisio.  
 15 id ubi accepit Marcellus, cum paucis tribunorum militum conlocutus, electisque per eos ad rem tantam agendam audendamque idoneis centurionibus militibusque, et scalis in occulto comparatis, ceteris signum dari iubet, ut mature corpora curarent quietique darent: nocte in expeditionem eundum esse.  
 16 inde ubi id temporis visum, quo de die epulatis iam vini satias principumque somni esset, signi unius milites ferre scalas iussit et ad mille fere armati tenui agmine per silentium eo deducti. ubi sine strepitu ac tumultu primi evaserunt in murum, secuti ordine alii, cum priorum audacia dubiis etiam animum faceret. XXIV. iam mille armatorum ceperant

*tibus Romanis*] Als Philipp einen Vertrag mit Hannibal schloss (215), schickten die Römer den Prätor M. Valerius Laevinus gegen ihn ab (214), dem es gelang, den König von der Küste Illyriens zu vertreiben, und (211) schlossen dann ein Bündniss mit den Aetolern, Eleern, Lacedämoniern und den Königen von Thracien, Illyrien u. Pergamum (Attalus) gegen Philipp (Liv. XXVI, 24), sodass auf Philipps Seite nur die Feinde der Aetoler, die Achäer blieben. — 2. *ad portum Trogiliorum*] Kleine Bucht nördlich von Achradina (Τρωγίλος), die Einwohner Τρωγίλιοι. Die Lage des Thurmes Galeagra muss in der Nähe der Mauer gewesen sein. — 5. *quid in fronte paterent singuli*] Er zählt die Steinlagen, misst die Höhe einer Lage und findet dadurch die Höhe der Mauer

ἦν γὰρ ἐκ συννόμων λίθων ὀκκοδωμμένος. — 10. *ob id ipsum*, i. e. *quia vel mediocribus scalis superabilis erat*, weil die Mauer an dieser Stelle am schwächsten war. — 12. *diem festum Dianae*] die Artemisia, Polyb. VIII, 37: μαθὼν δ' ἐξ αὐτομόλου διασαφήσαντος ὅτι εορτὴν ἄγουσι πάνδημον ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, καὶ τοῖς μὲν σιτίοις λιτοῖς χρῶνται διὰ τὴν σπάνιν, τῷ δ' οἴνῳ θαψιλεῖ, προσαναγεωσάμενος τὴν τοῦ τείχους ταπεινότητα ἐπεβάλετο καταπειράζειν τῆς ἐλπίδος. — *alia . . desint*] Steht nicht in Widerspruch mit § 3. — 14. *per tribus*] da in Syr. *tribus* nicht bestanden, so ist der Ausdruck = *per vicus*. — 20. *de die*] Vgl. Hor. Carm. I, 1, 20. *nec partem solido demere de die spernit*. — 21. *signi unius*] ein Manipel. — 22. *tenui agmine*] = *rari* (weit auseinander).



magnam muri partem, cum ceterae admotae sunt copiae, pluribus quae scalis in murum evadebant, signo ab Hexapylo dato, quo per ingentem solitudinem erat perventum, quia magna pars in turribus epulati aut sopiti vino erant aut semigraves potabant. paucos tamen eorum oppressos in cubilibus interfecerunt. prope Hexapylon est portula. ea magna vi refringi coepta; et e muro ex composito tuba datum signum erat, et iam undique non furtim sed vi aperte gerebatur res. quippe ad Epipolas frequentem custodiis locum perventum erat, terrendique magis hostes erant quam fallendi, sicut territi sunt. nam simul ac tubarum est auditus cantus clamorque tenentium muros partemque urbis, omnia teneri custodes rati alii per murum fugere, alii salire de muro, praecipitarique turba paventium. magna pars tamen ignara tanti mali erat et gravatis omnibus vino somnoque et in vastae magnitudinis urbe partium sensu non satis pertinente in omnia. sub luce Hexapulo effracto Marcellus omnibus copiis urbem ingressus excitavit convertitque omnes ad arma capienda opemque, si qua possent, iam captae prope urbi ferendam. Epicyles ab Insula quam ipsi Nasson vocant, citato profectus agmine, haud dubius, quin paucos per negligentiam custodum transgressos murum expulsurus foret, occurrentibus pavidis, tumultum augere eos dictitans et maiora ac terribiora vero adferre, postquam conspexit omnia circa Epipolas armis completa, lacessito tantum hoste paucis missilibus retro in Achradinam agmen convertit, non tam vim multitudinemque hostium metuens, quam ne qua intestina fraus per occasionem oreretur, clausasque

1. *magnam muri partem*] Von der Mauer der Tycha bis zum Hexapylon. Plut. Marc. 18: οὐ μόνον τὸν πύργον — ἀλλὰ καὶ κύκλῳ τὸ τεῖχος. — 3. *per ingentem solitudinem*] ohne auf Wachen oder Posten zu stossen. — *magna pars* = οἱ πλείονες, diese waren nach dem Mahle entweder schon vom Wein betäubt oder zechten noch ihrer Sinne kaum mehr mächtig. — 5. *paucos tamen*] obwohl sie sonst möglichst ohne Geräusch (*per solitudinem*) zum Ziele zu kommen suchten. Polyb. c. 37: εἰς τοὺς πύργους ἠθροισμένοι διὰ τὴν θυσίαν οἱ μὲν ἀκμὴν ἔπινον, οἱ δ' ἐκοιμῶντο πάλαι μεθυσκόμενοι. διὸ καὶ ἔλαθον αὐτοὺς ἀποκτείναντες. — 6. *portula*] Pforte, nicht das Thor Ἐξάπυλα selbst. — 9. *ad Epipo-*

*las*] vom Hexapylon westlich. — 13. *per murum*] die Mauer entlang. — 16. *partium sensu*] die Vorgänge in einzelnen Theilen der Stadt wurden nicht sofort in allen Strassen (*in omnia*) wahrgenommen. Der Umfang der Stadt betrug damals 4 geogr. Meilen. — 18. *si qua, εἴ ποιν* oder εἴ πως δύναντο. — 20. *Nasson*] Vgl. *caussa*; die Dehnung wurde auch erreicht durch den Nasal, daher *thensaurus* (θησαυρός), *Peloponnensus*, *formonsus* etc. Unter *Insula* ist *Ortygia* gemeint. — 21. *quin paucos*] dass er die Wenigen, die geringe Anzahl, wie er glaubte (aus *haud dubius* zu ergänzen). — 23. *occurrentibus pavidis* ist abs. Abl. — 26. *in Achradinam*] Er gibt also Epipolae, Neapolis und Tycha auf. Die ganze

- inter tumultum Achradinae atque Insulae inveniret portas.
- 11 Marcellus ut moenia ingressus ex superioribus locis urbem omnium ferme illa tempestate pulcherrimam subiectam oculis vidit, inlacrimasse dicitur partim gaudio tantae perpetratae
- 12 rei, partim vetusta gloria urbis. Atheniensium classes demersae et duo ingentes exercitus cum duobus clarissimis ducibus deleti occurrebant, et tot bella cum Carthaginiensibus
- 13 tanto cum discrimine gesta, tot tam opulenti tyranni regesque, praeter ceteros Hiero cum recentissimae memoriae rex tum ante omnia, quae virtus ei fortunaque sua dederat, beneficiis
- 14 in populum Romanum insignis. ea cum universa occurrerent animo subiretque cogitatio, iam illa momento horae arsura omnia et ad cineres reditura, priusquam signa Achradinam
- 15 admoveret, praemittit Syracusanos, qui intra praesidia Romana, ut ante dictum est, fuerant, ut adloquio leni inPELLERENT hostes ad dedendam urbem.

XXV. Tenebant Achradinae portas murosque maxime transfugae, quibus nulla erat per condiciones veniae spes: ei

2 nec adire muros nec adloqui quemquam passi. itaque Marcellus, postquam inceptum inritum fuit, ad Euryalum signa

3 referri iussit. tumulus est in extrema parte urbis aversus a mari, viaeque imminens ferenti in agros mediterraneaue insulae, percommode situs ad commeatus excipiendos. praerat huic arci Philodemus Argivus ab Epicyde impositus: ad quem

4 missus a Marcello Sosis unus ex interfectoribus tyranni cum longo sermone habito dilatus per frustrationem esset, rettulit

4 Marcello tempus eum ad deliberandum sumpsisse. cum is diem de die differret, dum Hippocrates atque Himilco admoverent castra legionesque, haud dubius, si in arcem accepisset

Periode löst sich auf in die einfache Form: A (a) A. — 4. *inlacrimasse dicitur*] Ebenso wie Scipio auf den Trümmern von Karthago; von einem Mummius wird Aehnliches nicht berichtet. Aber Marcellus u. die Scipionen waren gebildet, mit der griechischen Litteratur zum Theil vertraute Männer. — 5. *classes demersae*] Thuc. VII, 55 sqq. Cic. Verr. V, 98 *Hic primum opes illius civitatis (Athen.) conminutae depressaeque sunt: in hoc portu Atheniensium nobilitatis inperii gloriae naufragium factum existimatur.* — 6. *cum duobus ducibus*] Nicias und Demosthenes, und vorher schon Lamachus und Eury-

medon. — 8. *tyranni*] Agathocles und die beiden Dionysius; Hiero ist unter den *reges* zu verstehen. — 12. *arsura omnia*] die Nothwendigkeit dazu sieht man freilich aus der Darstellung des Livius nicht ein. — 14. *intra praesidia*] unter den R. Truppen, im R. Lager.

17. *portas murosque*] *διὰ τὸ ἀποτειχίσθαι πρὸς τὴν ἕξω πόλιν, ἧς τὸ μὲν Νέαν τὸ δὲ Τύχην ὀνομάζουσιν.* Zwischen Tycha u. Achrad. waren auch die berühmten Latomien. — 20. *ad Euryalum*] *ἡ ἀκρόπολις τῶν Ἐπιπολῶν.* — 21. *referri*, zurück gegen den Euryalus. — 22. *mediterraneaue insulae*] das Innere von Sicilien. — 25. *tyranni*,

eos, deleri Romanum exercitum inclusum muris posse, Mar- 5  
 cellus ut Euryalum neque tradi neque capi vidit posse, inter  
 Neapolim et Tychem — nomina ea partium urbis et instar  
 urbium sunt — posuit castra, timens ne, si frequentia intras-  
 5 set loca, contineri ab discursu miles avidus praedae non posset.  
 legati eo ab Tycha et Neapoli cum infulis et velamentis ve- 6  
 nerunt precantes, ut a caedibus et ab incendiis parceretur.  
 de quorum precibus consilio habito Marcellus ex omnium sen- 7  
 tentia edixit militibus, ne quis liberum corpus violaret, cetera  
 10 praedae futura. castra quidem tectis parietumque obiectu pro 8  
 muro saepta. portis regione platearum patentibus stationes  
 praesidiaque disposuit, ne quis in discursu militum impetus  
 in castra fieri posset. inde signo dato milites discurrerunt; 9  
 refractisque foribus cum omnia terrore ac tumultu streperent,  
 15 a caedibus tamen temperatum est: rapinis nullus ante modus  
 fuit quam omnia diuturna felicitate cumulata bona egresserunt.  
 inter haec et Philodemus, cum spes auxilii nulla esset, fide 10  
 accepta, ut inviolatus ad Epicyden rediret, deducto praesidio  
 tradidit tumultum Romanis. aversis omnibus ad tumultum ex 11  
 20 parte captae urbis Bomilcar noctem eam nactus, qua propter  
 vim tempestatis stare ad ancoram in salo Romana classis non  
 posset, cum triginta quinque navibus ex portu Syracusano 12  
 profectus libero mari vela in altum dedit quinque et quinqu-  
 25 ginta navibus Epicydei et Syracusanis relictis; edoctisque Car- 13  
 thaginiensibus, in quanto res Syracusana discrimine esset, cum  
 centum navibus post paucos dies rediit, multis, ut fama est,  
 donis ex Hieronis gaza ab Epicyde donatus.

XXVI. Marcellus Euryalo recepto praesidioque addito una  
 cura erat liber, ne qua ab tergo vis hostium in arcem accepta

des Hieronymus. — 7. *a caedibus parceretur*, bald darauf (15) *a caedibus temperatum est*, weil die passive Perfectform *parsum est* wenig gebräuchlich war. — 9. *edixit militibus*] erliess einen Armeebefehl. Plut. Marcell. 19: τῶν ἡγεμόνων οὐδεὶς μὲν ἦν ὁ τομῶν ἐναντιοῦσθαι τοῖς στρατιώταις αἰτοῦμένοις δι' ἀρπαγῆς ὠφελῆθῆναι (= für ihre Mühe entschädigt zu werden), πολλοὶ δὲ καὶ πύρπολεῖν καὶ κατασκάπτειν ἐκέλευον. — *liberum corpus*, cf. zu p. 27, 16. — 10. *castra quidem*] Insoweit war allerdings eine Zerstörung einzelner Häuser nothwendig. — *pro muro*] = wie eine Mauer. — 11. *portis etc.*] die Thore des Lagers,

die den Ausgang nach den Strassen zu hatten (die sich den Strassen gegenüber öffneten). — 15. *modus*, Ziel, Ende, wie Hor. II, 6, 7: *Tibur sit meae sedes utinam senectae, sit modus lasso maris et viarum*. — 20. *Bomilcar*] Karth. Feldherr, der vor kurzer Zeit mit der Flotte von Karthago nach Syrakus gekommen war. — 21. *in salo*] auf offener See; die Römische Flotte blockirte den Hafen. — 23. *libero mari*, wie p. 75, 8: *liberi conneatus*.

28. *recepta*] „*Recipere aliquid saepenumero, qui aliquid suum faciunt (de veterum dominorum possessione), dicuntur.*“ — 29. *vis hostium*] feindliche Heeresmacht.

- 2 inclusos inpeditosque moenibus suos turbaret. Achradinam inde trinis castris per idonea dispositis loca, spe ad inopiam  
 3 omnium rerum inclusos redacturum, circumseidit. cum per aliquot dies quietae stationes utrimque fuissent, repente adventus Hippocratis et Himilconis ut ultro undique oppugnarentur 5  
 4 Romani fecit. nam et Hippocrates castris ad magnum portum communis signoque iis dato, qui Achradinam tenebant, castra vetera Romanorum adortus est, quibus Crispinus praeerat; et Epicydes eruptionem in stationes Marcelli fecit; et classis Punica litori, quod inter urbem et castra Romana erat, adpulsa 10  
 est, ne quid praesidii Crispino submitti a Marcello posset. 5  
 tumultum tamen maiorem hostes praebuerunt quam certamen. nam et Crispinus Hippocraten non reppulit tantum munimentis sed insecutus etiam est trepide fugientem; et Epicyden Marcellus in urbem compulit. satisque iam etiam in posterum 15  
 videbatur provisum, ne quid ab repentinis eorum excursionibus 6  
 periculi foret. accessit et ab pestilentia commune malum, quod facile utrorumque animos averteret a belli consiliis. nam tempore autumnii et locis natura gravibus, multo tamen magis extra urbem quam in urbe, intoleranda vis aestus per utraque 20  
 castra omnium ferme corpora movit. ac primo temporis ac loci vitio et aegri erant et moriebantur; postea curatio ipsa et contactus aegrorum volgabat morbos, ut aut neglecti desertique qui incidissent morentur, aut adsidentes curantesque 25  
 eadem vi morbi repletos secum traherent, cotidianaque funera et mors ob oculos esset, et undique dies noctesque ploratus 10  
 audirentur. postremo ita adsuetudine mali efferaverant animos, ut non modo lacrimis iustoque conploratu prosequerentur mortuos, sed ne efferrent quidem aut sepelirent, iacerentque strata exanima corpora in conspectu similem mortem expectantium, mortuique aegros aegri validos cum metu tum tabe 30  
 ac pestifero odore corporum conficerent. et ut ferro potius morerentur, quidam invadebant soli hostium stationes. multo tamen vis maior pestis Poenorum castra quam Romana con-

— 4. *adventus Hippocratis*] Von Agrigent, vielleicht mit Verstärkungen von Karthago. — 7. *castra vetera*] cf. zu 24, 33. — 8. *Crispinus*] T. *Quinctius Crispinus*. — 10. *inter urbem*] Zwischen Achradina, Neapolis und dem Olympieion. — 18. *averteteret*] abgelenkt hätte. Im Lat. Impf., weil ein Zustand bezeichnet werden soll, nicht ein einziges Moment oder Factum (= Plq.), — 19. *l. natura grav.*, an u. für sich schon ungesunde Oertlichkeiten,

Boden. — 20. *extra urbem*] In der Sumpfige gegend am Anapus; Achradina und besonders Epipolae lagen höher. — 21. *movit*] ergriff, machte krank. — 24. *qui incidissent*] sc. *in morbum*. — 25. *eadem vi morbi repletos*] cf. Thuc. II, 51, 3 *ἐτερος ἀφ' ἐτέρου θρασυείας ἀναπιμπλάμενοι*. — 28. *iustoque conploratu*] Nach der Sitte ein Theil der *iusta funebria*, deren Beschreibung uns Virg. gibt Aen. VI, 212—235. — 31. *tabe*] Verwesung. —

riperat. nam diu circumsedendo Syracusas caelo aquisque  
 adsuerant magis. ex hostium exercitu Siculi, ut primum videre 13  
 ex gravitate loci vulgari morbos, in suas quisque propinquas  
 urbes dilapsi sunt: at Carthaginienses, quibus nusquam rece- 14  
 5 ptus erat, cum ipsis ducibus Hippocrate atque Himilcone ad  
 interneconem omnes perierunt. Marcellus, ut tanta vis in- 15  
 gruebat mali, traduxerat in urbem suos infirmaque corpora  
 tecta et umbrae recreaverant. multi tamen ex Romano exer-  
 citu eadem peste absumpti sunt.

XXVII. Deleto terrestri Punico exercitu Siculi, qui Hippo-  
 cratis milites fuerant \*\* haud magna oppida, ceterum et situ  
 et munimentis tuta, tria milia alterum ab Syracusis, alterum  
 quindecim abest. eo et commeatus e civitatibus suis com-  
 portabant et auxilia accersebant. interea Bomilcar iterum 2  
 15 cum classe profectus Carthaginem, ita exposita fortuna socio-  
 rum, ut spem faceret non ipsis modo salutarem opem ferri  
 posse, sed Romanos quoque in capta quodam modo urbe capi,  
 perpulit, ut onerarias naves quam plurimas omni copia rerum 3  
 onustas secum mitterent classemque suam augerent. igitur 4  
 20 centum triginta navibus longis septingentis onerariis profectus  
 a Carthagine satis prosperos ventos ad traiciendum in Siciliam  
 habuit. sed iidem venti superare eum Pachynum prohibebant.  
 Bomilcaris adventus fama primo dein praeter spem mora cum 5  
 gaudium et metum in vicem Romanis Syracusanisque prae-  
 buisset, Epicydes metuens, ne, si pergerent iidem qui tum 6  
 25 tenebant ab ortu solis flare per dies plures venti, classis Pu-  
 nica Africam repeteret, tradita Achradina mercennariorum 7  
 militum ducibus ad Bomilcarem navigat. classem in statione 8  
 versa in Africam habentem atque timentem navale proelium,

7. *traduxerat*] aus dem alten Lager in die höher gelegene Stadt. Die Beschreibung der Pest zu Syrakus ist ganz in den einzelnen Zügen der Schilderung des Thucydides entlehnt, vgl. Quellenb. der griech. Gesch. 2. Abth. p. 37—42. Lucret. VI. Buch. Ebenso ahmte bei gleichartigen Verhältnissen Macchia-velli den Livius, Amelot de la Houssaye (*histoire du gouvernement de Venise* 1695) den Tacitus bis auf einzelne Worte nach.

11. *haud magna oppida*] Ein Satz ist ausgefallen, die Städte waren jedenfalls genannt (*alterum — alterum*): *Siculi, qui . . . fuerant, occupaverunt Plemyrimum et Herbes-*

*sum* (?) *haud magna oppida etc.* — 15. *ita exposita*] schilderte die Lage der Bundesgenossen, machte aber zugleich Hoffnung etc. — 17. *capi*, i. e. *posse*. — 20. *centum triginta*, cf. p. 79, 26. — 22. *iidem venti*, nicht derselbe Wind, sondern = der Wind, welcher vorher günstig war, wurde jetzt für ihn ungünstig, indem der Südwest in den Südost umschlug. Vgl. v. 26 u. 82, 11. — *Pachynum*] das südl. Vorgebirge Siciliens. — 26. *ab ortu solis*] der Ostwind liess ihn nicht um das Vorgebirge herumkommen. Vgl. zu Plut. Pyrrh. c. 15 (I. 173, 18). — 28. *st. versa*, die Flotte lag so, dass sie die Richtung nach Afrika behielt, um jederzeit dorthin steuern

non tam quod impar viribus aut numero navium esset — quippe etiam plures habebat — quam quod venti aptiores Romanae quam suae classi flarent, perpulit tamen, ut fortunam navalis certaminis experiri vellet. et Marcellus, cum et Siculum exercitum ex tota insula conciri videret, et cum ingenti comœatu classem Punicam adventare, ne simul terramarique inclusus in urbe hostium vi urgeretur, quamquam impar numero navium erat, prohibere aditu Syracusarum Bomilcarem constituit. duae classes infestae circa promunturium Pachynum stabant, ubi prima tranquillitas maris in altum evexisset, concursurae. itaque cadente iam Euro, qui per dies aliquot saevierat, prior Bomilcar movit, cuius prima classis petere altum visa est, quo facilius superaret promunturium. ceterum postquam tendere ad se Romanas naves vidit, incertum, qua subita territus re, Bomilcar vela in altum dedit, missisque nuntiis Heracleam qui onerarias retro inde Africam repetere iuberent, ipse Siciliam praetervectus Tarentum petit. Epicydes a tanta repente destitutus spe, ne ad obsidionem magna ex parte captae urbis rediret, Agrigentum navigat, exspectaturus magis eventum quam inde quicquam moturus.

XXVIII. Quae ubi in castra Siculorum sunt nuntiata, Epicyden Syracusis excessisse, a Carthaginiensibus relictam insulam et prope iterum traditam Romanis, legatos de condicionibus dedendae urbis, explorata prius per conloquia voluntate eorum qui obsidebantur, ad Marcellum mittunt. cum haud ferme discreparet, quin quae ubique regum fuissent, Romanorum essent, Siculis cetera cum libertate ac legibus suis servarentur, evocatis ad conloquium iis quibus ab Epicyde creditae res erant, missos se simul ad Marcellum simul

zu können. — 2. *aptiores*] weil sie von Nordost herkamen. — 9. *circa promunturium*] auf der Süd- und Ostseite. — 11. *evexisset*] *classes*, auf die See hinausführte. — 12. *prima classis*] der vordere Theil der Flotte, welchem die übrigen Schiffe nachfolgen sollten. — 16. *Heracleam*, cf. p. 25, 18. — 30. *Tarentum*, cf. Liv. XXVI, 20, 7: *aestatis eius extremo, qua capta est Capua et Scipio in Hispaniam venit, Punica classis ex Sicilia Tarentum accita ad arcendos comœatus praesidii Romani, quod in arce Tarentina erat, clauserat quidem omnis ad arcem a mari aditus, sed adsi-*

*dendo diutius artiozem annonam sociis quam hosti faciebat.* — 18. *ad obsidionem*, zur Theilnahme an der Belagerung, um sie mit zu ertragen.

22. *castra Siculorum*, cf. p. 81, 10 und 82, 5. — 24. *prope iterum*] Wie 241 nach dem Siege des Lutatius Catulus. — 27. *discreparet*] *sc. sententia utriusque partis* = da fast gar keine Meinungsverschiedenheit darüber herrschte etc. — *quae . . . fuissent*] die Domänen der Könige. — 28. *cum libertate*] d. h. Selbstverwaltung unter Römischer Oberherrschaft. — 30. *creditae res*] die Kriegsführung, das Commando. —

ad eos ab exercitu Siculorum aiunt, ut una omnium, qui obsiderentur quique extra obsidionem fuissent, fortuna esset, neve alteri proprie sibi paciscerentur quicquam. recepti deinde ab iis, ut 5  
 cum Marcello haberent, oblata spe salutis perpulere eos, ut secum praefectos Epicydis Polyclitum et Philistionem et Epicyden, cui Sindon cognomen erat, adgrederentur. interfectis iis et 6  
 multitudo ad contionem vocata, inopiam quaeque ipsi inter se fremere occulte soliti erant conquesti, quamquam tot mala 0  
 urgerent, negarunt fortunam accusandam esse, quod in ipsorum esset potestate, quamdiu ea paterentur. Romanis causam 7  
 oppugnandi Syracusas fuisse caritatem Syracusanorum non odium: nam ut occupatas res ab satellitibus Hannibalis audierint, tum bellum movisse et obsidere urbem coepisse, ut crudelēs tyrannos eius, non ut ipsam urbem expugnarent. Hippocrate vero interempto, Epicyde intercluso ab Syracusis et praefectis eius occisis, Carthaginiensibus omni possessione Siciliae terra marique pulsis — quam superesse causam Romanis, cur non perinde ac si Hiero ipse viveret, unicus Romanae amicitiae cultor, incolumes Syracusas esse velint? itaque nec urbi nec hominibus aliud periculum quam ab semet 9  
 ipsis esse, si occasionem reconciliandi se Romanis praetermisissent: eam autem, qualis illo momento horae sit, nullam deinde fore.

XXIX. Omnium ingenti adsensu audita ea oratio est. praetores tamen prius creari quam legatos nominari placuit. ex ipsorum deinde praetorum numero missi oratores ad Marcellum, quorum princeps „neque primo“ inquit „Syracusani 2  
 a vobis defecimus, sed Hieronymus nequaquam tam in vos impius quam in nos; nec postea pacem tyranni caede compositam Syracusanus quisquam, sed satellites regii Hippocrates 3  
 atque Epicydes oppressis nobis hinc metu hinc fraude turba-verunt. nec quisquam dicere potest, aliquando nobis libertatis tempus fuisse, quod pacis vobiscum non fuerit. nunc certe 4  
 caede eorum, qui oppressas tenebant Syracusas, cum primum

1. *ad eos*, i. e. quibus ab Epicyde creditae res erant. Man erwartet: *simul ad amicos*. — 4. *hospitesque*] welche die Gesandten von früher her in der Stadt hatten. — 12. *caritatem*] cf. 72, 13. — 16. *interempto*] durch die Pest? — 23. *illo momento*, in dem jetzigen entscheidenden Augenblick, *horae m.* = in dieser entscheidenden Stunde, cf. p. 78, 12.

26. *praetores*] Strategen. — 28.

*primo*, zuerst, als das Bündniss mit Rom gelöst wurde. — 30. *impius*] Gegen die Römer verletzte er nur das Bündniss, gegen die Unterthanen aber übte er täglich Tyrannie. — 34. *quod — non f.*, die kurze Zeit, während welcher wir Freiheit und Selbstbestimmung besaßen, übten wir auch Bundestreue und damit Frieden mit Rom. — 35. *caede*] der Ablativ gehört zu

nostri arbitrii esse coepimus, extemplo venimus ad tradenda  
 arma, dedendos nos urbem moenia, nullam recusandam fortu-  
 5 nam, quae iam imposita a vobis fuerit. gloriam captae nobi-  
 lissimae pulcherrimaeque urbis Graecarum dei tibi dederunt,  
 Marcelle. quidquid umquam terra marique memorandum ges-  
 6 simus, id tui triumphi titulo accedet. famaene credi velis,  
 quanta urbs a te capta sit, quam posteris quoque eam spectaculo  
 esse, quo ut quisque terra ut quisque mari venerit, nunc nostra  
 de Atheniensibus Carthaginiensibusque tropaea, nunc tua de  
 nobis ostendat? incolumes quaeso Syracusas familiae vestrae  
 sub clientela nominis Marcellorum tutelaque habendas tradas.  
 7 ne plus apud vos Hieronymi quam Hieronis memoria momenti  
 faciat: diutius ille multo amicus fuit quam hic hostis, et illius  
 benefacta etiam re sensistis, huius amentia ad perniciem tan-  
 8 tum ipsius valuit.“ Omnia et impetrabilia et tuta erant apud  
 Romanos: inter ipsos plus belli ac periculi erat. namque  
 transfugae, tradi se Romanis rati, mercennariorum quoque  
 9 militum auxilia in eundem compulere metum; arreptisque armis  
 praetores primum obruncant, inde ad caedem Syracusanorum  
 discurrunt, quosque fors obtulit, irati interfecere, atque omnia  
 10 quae in promptu erant diripuerunt. tum, ne sine ducibus essent,  
 sex praefectos creavere, ut terni Achradinae ac Nasso prae-  
 essent. sedato tandem tumultu exsequentibus sciscitando, quae  
 acta cum Romanis essent, dilucere id quod erat coepit, aliam

*nostri arbitrii esse coepimus.* — 2. Ueber die *deditio* vgl. I. Thl. p. 127, 6. — *n. recusandam fortunam*, abhängig von *venimus ad* (*nullam f. recusandam*), bereit, jeder Bedingung uns zu unterwerfen, welche ihr uns auferlegt. — 4. Cic. Verr. IV, 117: *urbem Syracusas maximam esse Graecarum, pulcherrimam omnium saepe audistis*. Der Umfang der Mauer betrug nach Strabo 180 Stadien =  $4\frac{1}{2}$  geogr. Meilen. Schon Thuc. VII, 28 nennt Syr. πόλιν οὐδὲν ἐλάσσω αὐτήν γε καὶ αὐτήν τῆς Ἀθηναίων, Timaeus aber (bei Cic. rep. III c. 31) die grösste und schönste aller Hellenischen Städte. — 6. *titulo*] denn bei dem Triumph wird zugleich der Glanz und Reichthum der eroberten Stadt vorgetragen u. zur Schau gestellt. — *famaene credi velis*] Willst du etwa, du willst doch wohl nicht, dass die Nachkommen unsere Stadt nicht mehr sehen und nur vom

Hörensagen ihren Glanz beurtheilen. Vor *quam* ist *magis* zu ergänzen. — 8. *ut quisque . . ut quisque*] mag Jemand zu Lande oder zur See kommen. — *nunc — nunc*, bald — bald, mit dem Einen zugleich auch das Andere. Man erwartet *cum* — *tum*. Zu *ostendat* ist *quae* (*urbs*) Subject, welches in *quo* (= *quae eo*) enthalten ist, d. h. das Relativum lehnt sich an das Verbum des nächsten Satzes an. — 11. *sub clientela*] In den eroberten Provinzen wurden diejenigen Patrone, welche die Unterwerfung herbeigeführt hatten. Diese Ehre erbte natürlich in der Familie fort. Vgl. Cic. Verr. IV, 40. — 14. *etiam re*, nicht nur in Worten, dagegen war die verkehrte Politik des Hieronymus Rom nur scheinbar gefährlich, in Wahrheit hat sie doch nur den Urheber selbst gestürzt. — 23. *exsequentibus sciscitando*] Umschreibung für das einfache *tan-*



suam ac perfugarum causam esse. XXX. in tempore legati a Marcello redierunt, falsa eos suspicione incitatos memorantes, nec causam expetendae poenae eorum ullam Romanis esse. erat e tribus Achradinae praefectis Hispanus Moericus nomine. 2  
 5 ad eum inter comites legatorum de industria unus ex Hispanorum auxiliariis est missus, qui sine arbitris Moericum nactus primum quo in statu reliquisset Hispaniam — et nuper inde venerat — exponit: omnia Romanis ibi obtineri armis. posse eum, si operae pretium faciat, principem popu- 3  
 0 larium esse, seu militare cum Romanis seu in patriam reverti libeat. contra, si malle obsideri pergat, quam spem esse terra marique clauso? motus his Moericus, cum legatos ad Mar- 4  
 cellum mitti placuisset, fratrem inter eos mittit, qui per eundem illum Hispanum secretus ab aliis ad Marcellum deductus, 5  
 5 cum fidem accepisset composuissetque agendaie ordinem rei, Achradinam redit. tum Moericus, ut ab suspicione proditionis averteret hominum animos, negat sibi placere legatos com- 5  
 meare ultro citroque, neque recipiendum quemquam neque mittendum, et quo intentius custodiae serventur, opportuna  
 0 omnia dividenda praefectis esse, ut suae quisque partis tutandae reus sit. omnes adsensi sunt. partibus dividendis ipsi 6  
 regio evenit ab Arethusa fonte usque ad ostium magni portus. id ut scirent Romani fecit. itaque Marcellus nocte navem  
 5 onerariam cum armatis remulco quadriremis trahi ab Achradina iussit, exponique milites regione portae, quae prope fon- 7  
 tem Arethusam est. hoc cum quarta vigilia factum esset ex- 8  
 positosque milites porta, ut convenerat, recepisset Moericus, luce prima Marcellus omnibus copiis moenia Achradinae ad-  
 0 greditur ita, ut non eos solum, qui Achradinam tenebant, in 9  
 se converteret, sed ab Nasso etiam agmina armatorum concurrerent relictis stationibus suis ad vim et impetum Romanorum arcendum. in hoc tumultu actuariae naves instructae 10  
 iam ante circumvectaeque ad Nassum armatos exponunt, qui improvise adorti semiplenas stationes et adapertas fores portae, qua paulo ante excurrerant armati, haud magno certamine  
 5 Nassum cepere desertam trepidatione et fuga custodum. ne- 11

dem (sciscitando) cognoscere. — 1. suam, der mercennarii.

5. ex Hispanorum auxiliariis] die Spanier (Balearen), u. Cretenser sind die Schweizer des Alterthums, sie dienten in allen Armeen, ob freundlich oder feindlich. — 15. agendaie ordinem rei] die Einzelheiten, das Programm der Aus- führung, des Plans verabreden. —

19. opportuna omnia] Alle für den Verkehr (conmeare) geeigneten Stellen (Thore). — 21. reus sit] verantwortlich. — 22. ab Arethusa] vgl. Cic. Verr. IV, 53. — 24. ab Achradina] denn in der Nähe stand die römische Flotte, welche Achradina belagerte. — 33. circumvectaeque] um den kleinen Hafen und Ortygia herum. — 34. fores portae] Wahr-

que in ullis minus praesidii aut pertinaciae ad manendum quam in transfugis fuit, quia ne suis quidem satis credentes  
 12 ex medio certamine effugerunt. Marcellus, ut captam esse Nassum et Achradinae regionem unam teneri Moericumque cum praesidio suis adiunctum conperit, receptui cecinit, ne 5  
 regiae opes, quarum fama maior quam res erat, diriperentur.

XXXI. Suppresso impetu militum ut iis, qui in Achra-  
 2 dina erant, transfugis spatium locusque fugae datus est, Syracusani tandem liberi metu portis Achradinae apertis oratores ad Marcellum mittunt, nihil petentes aliud quam incolunitatem 10  
 3 sibi liberisque suis. Marcellus consilio advocato et adhibitis etiam Syracusanis, qui per seditiones pulsati ab domo intra  
 4 praesidia Romana fuerant, respondit, non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis quam paucis his annis maleficia eorum qui Syracusas tenuerint erga populum Romanum 15  
 esse. sed pleraque eorum quo debuerint recidisse, foederumque ruptorum ipsos ab se graviores multo quam populus Romanus voluerit poenas exegisse. se quidem tertium annum  
 5 circumsedere Syracusas, non ut populus Romanus servam iam civitatem haberet, sed ne alienigenarum transfugarumque duces 20  
 6 captam et oppressam tenerent. quid potuerint Syracusani facere, exemplo vel eos esse Syracusanorum, qui intra praesidia Romana fuerint, vel Hispanum ducem Moericum, qui praesidium tradiderit, vel ipsorum Syracusanorum postremo  
 7 serum quidem sed forte consilium. sibi omnium laborum 25  
 periculorumque circa moenia Syracusana terra marique tam diu exhaustorum nequaquam tantum fructum esse quod capere Syracusas potuerit, quantum, si servare potuisset. inde quaestor cum praesidio Nassum ad accipiendam pecuniam regiam  
 8 custodiendamque missus. urbs diripienda militi data est custodibus divisim per domos eorum, qui intra praesidia Romana  
 9 fuerunt. cum multa irae, multa avaritiae foeda exempla ederentur, Archimeden memoriae proditum est in tanto tumultu,

scheinlich das Pentapylon. — 4. *Achradinae regionem unam*] durch Eroberung des Pentapylon musste auch ein Theil der Achr. in die Gewalt der Römer fallen. — 5. *suis*] der Soldaten des Marcellus. — 6. *regiae opes*, cf. v. 29.

9. *portis . . apertis*] öffneten die Thore. — 16. *quo d. recidisse*, sei auf die Schuldigen zurückgefallen. — 19. *servam civitatem*] um die Stadt in knechtischer Unterdrückung zu halten, ihrer Freiheit

zu berauben. — 25. *sed forte consilium*] cf. c. 28 *perpulere ut secum praefectos Epicydis adgrederentur*. — 28. *quantum si servare potuisset*], damit wird die Plünderung der Stadt angedeutet; er hätte die Stadt gerne gerettet, jetzt aber sei es zu spät. — 30. Plut. Marc. 19 wird die Plünderung der Stadt damit entschuldigt, dass Niemand den Muth gehabt habe, dem Ungestüm der beutedurstigen Soldaten Widerstand zu leisten, von denen viele selbst die völlige Vernichtung der

quantum captae urbis pavor in discursu diripientium militum ciere poterat, intentum formis, quas in pulvere descripserat, ab ignaro milite quis esset interfectum; aegre id Marcellum tulisse, sepulturaeque curam habitam, et propinquis etiam inquisitis honori praesidioque nomen ac memoriam eius fuisse. hoc maxime modo Syracusae captae, in quibus praedae tantum fuit, quantum vix capta Carthagine tum fuisset, cum viribus aequis certabatur.

C) Das Schicksal Capua's (Liv. XXVI, 14—16).

XIV. Hanc orationem Virrii plures cum adsensu audierunt, quam forti animo id quod probabant exsequi potuerunt: maior pars senatus, multis saepe bellis expertam populi Romani clementiam haud diffidentes sibi quoque placabilem fore, legatos ad dedendam Romanis Capuam decreverunt miseruntque. Vibium Virrium septem et viginti ferme senatores domum secuti sunt epulatique cum eo, et quantum facere potuerant, alienatis mentibus vino ab imminenti sensu mali venenum omnes sumpserunt; inde misso convivio dextris inter se datis ultimoque complexu conlacrimantes suum patriaeque casum, alii ut eodem rogo cremarentur manserunt, alii domos digressi sunt. inpletas cibis vinoque venae minus efficacem in maturatione morte vim veneni fecerunt: itaque noctem totam plerique

Stadt gefordert hätten. — 4. *sepulturaeque*] cf. Cic. Tusc. V, 23. — 7. *tum fuisset*] Später kämpfte man mit Karthago nicht mehr *aequis viribus*; der Reichthum der Stadt, deutet Liv. an, war während des II. Punischen Krieges wahrscheinlich noch grösser als bei der schliesslichen Eroberung.

10. *Hanc orationem*] *Vibius Virrius* (qui defectionis auctor ab Romanis fuerat) sprach sich gegen Unterwerfung aus und schloss seine Rede also: *itaque quibus vestrum ante fato cedere, quam haec totam acerba videant, in animo est, eis apud me hodie epulae instructae parataeque sunt. satiatibus vino ciboque poculum idem, quod mihi datum fuerit, circumferetur: ea potio corpus ab cruciatu, animum a contumeliis, oculos auris a videndis audien-*

*disque omnibus acerbis indignisque, quae manent victos, vindicabit. parati erunt, qui magno rogo in propatulo aedium accenso corpora exanima iniciant. haec una via et honesta et libera ad mortem: et ipsi virtutem mirabuntur hostes et Hannibal fortis socios sciet ab se desertos ac proditos esse.* — 17. *alienatis mentibus*] zu verbinden mit *ab sensu imminenti mali*: sie suchten den schrecklichen Gedanken durch Wein zu verscheuchen. — 18. *misso convivio*] nachdem alle aus dem Giftbecher getrunken, wurde die Gesellschaft aufgehoben. — 19. *ultimoque complexu*, unter den letzten Umarmungen, = *ultimum illud complexi*. Der Abl. *complexu* steht *dextris datis* parallel u. ist deshalb mit dem Abl. *abs.* durch *que* verbunden, beide Ablative bezeichnen Handlungen u. Zustände,

eorum et diei insequentis partem cum animam egissent, omnes tamen prius quam aperirentur hostibus portae exspirarunt.

6 Postero die porta Iovis, quae adversus castra Romana erat, iussu proconsulis aperta est. ea intromissa legio una et duae  
7 alae cum C. Fulvio legato. is cum omnium primum arma 5  
telaque quae Capuae erant ad se conferenda curasset, custo-  
diis ad omnes portas dispositis, ne quis exire aut emitti pos-  
set, praesidium Punicum comprehendit, senatum Campanum  
8 ire in castra ad imperatores Romanos iussit. quo cum ve-  
nissent, extemplo iis omnibus catenae iniectae, iussique ad 10  
quaestores deferre quod auri atque argenti haberent. auri  
pondo duo milia septuaginta fuit, argenti triginta milia pondo  
9 et mille ducenta. senatores quinque et viginti Cales in custo-  
diam, duodetriginta Teanum missi, quorum de sententia ma-  
xime descitum ab Romanis constabat. XV. de supplicio Cam- 15  
pani senatus haudquaquam inter Fulvium Claudiumque con-  
veniebat: facilis impetrandae veniae Claudius, Fulvio durior  
2 sententia erat. itaque Appius Romam ad senatum arbitrium  
eius rei totum reiciebat: percunctandi etiam aequum esse  
3 potestatem fieri patribus, num communicassent consilia cum 20  
aliquis sociorum Latini nominis, et num ope eorum in bello  
4 forent adiuti. id vero minime committendum esse Fulvius  
dicere, ut sollicitarentur criminibus dubiis sociorum fidelium  
animi, et subicerentur indicibus, quis, neque quid dicerent,  
neque quid facerent, quicquam umquam pensi fuisset: itaque 25  
5 se eam quaestionem oppressurum extincturumque. ab hoc  
sermone cum digressi essent, et Appius quamvis ferociter  
loquentem collegam non dubitaret tamen litteras super tanta  
6 re ab Roma expectaturum, Fulvius, ne id ipsum impedimen-  
tum incepto foret, dimittens praetorium tribunis militum ac 30

unter welchen das *conlacrimare* stattfindet. — 1. *cum animam egissent*] man muss dabei natürlich an einen heftigen Todeskampf denken. — 4. *iussu proconsulis*] Es waren zwei Proconsuln vor Capua: Q. Fulvius Flaccus und Appius Claudius Pulcher, also ist derjenige gemeint, dessen Lager in der Nähe des Thores war. Vgl. indessen p. 89, 33. Dagegen v. 9 *ire in castra ad imperatores Romanos iussit*. — *duae alae*] der Bundesgenossen. — 12. *pondo*] das Pfd. Gold etwa 286 Thlr., das Pfund Silber etwa 21 Thlr. — 14. *Teanum*] *Sidicinum*; die Stadt war Rom treu geblieben. — *sententia*, Veranlas-

sung; vgl. *auctoritate, opera alicuius desciscere*.

17. *facilis*] zugänglich für etc. — 19. *reiciebat*] wollte verwiesen wissen. — *percunctandi*, zur Untersuchung, zum Verhör. — 20. *communicassent consilia*] gemeine Sache machen, im Einverständnisse sein. — 21. *sociorum Latini nominis*] die Städte in Latium und die Colonien. — 23. *criminibus dubiis*] = Verdächtigungen. — 24. *subicerentur*, gestellt würden vor etc., in die Macht gegeben würden. — 30. *dimittens praetorium*] „*Latinis praetorium non pro loco solum dicitur, sed pro conventu et hominibus, qui in eo loco. Hoc sensu praetorium dimitt-*

praefectis socium imperavit, uti duobus milibus equitum delectis denuntiarent, ut ad tertiam bucinam praesto essent. cum hoc equitatu nocte Teanum profectus prima luce portam 7 intravit atque in forum perrexit; concursuque ad primum equitum ingressum facto magistratum Sidicinum citari iussit, imperavitque, ut produceret Campanos quos in custodia haberet. producti omnes, virgisque caesi ac securi percussi. inde citato 8 equo Cales percurrit: ubi cum in tribunali consedisset productique Campani deligarentur ad palum, eques citus ab Roma venit, litterasque a C. Calpurnio praetore Fulvio et senatus consultum tradit. murmur ab tribunali totam contionem pervasit: differri rem integram ad patres de Campanis. et Fulvius id ita esse ratus acceptas litteras neque resolutas cum in gremio reposuisset, praeconi imperavit, ut lictorem lege 9 agere iuberet. ita de iis quoque qui Calibus erant sumptum supplicium. tum litterae lectae senatusque consultum serum 10 ad impediendam rem actam, quae summa ope appropinata erat, ne impediri posset. consurgentem iam Fulvium Taurea 11 Vibellius Campanus, per mediam vadens turbam, nomine in- clamavit, et cum mirabundus, quidnam sese vellet, resedisset Flaccus, „me quoque“ inquit „iube occidi, ut gloriari possis 12 multo fortiolem quam ipse es, virum abs te occisum esse.“ cum Flaccus negaret profecto satis compotem mentis esse, 13 modo prohiberi etiam se, si id vellet, senatus consulto diceret, tum Vibellius „quando quidem“ inquit, „capta patria, propin- 14 quis amicisque amissis, cum ipse manu mea coniugem liberosque interfecerim, ne quid indigni paterentur, mihi ne mortis quidem copia eadem est, quae his civibus meis, petatur a virtute invisae huius vitae vindicta.“ atque ita gladio, quem 15 veste texerat, per adversum pectus transfixus ante pedes imperatoris moribundus procubuit. XVI. Quia et quod ad supplicium attinet Campanorum et pleraque alia de Flacci unius sententia acta erant, mortuum Ap. Claudium sub deditionem

tere dicunt ut curiam mittere aut senatum.“ Es ist der Kriegsrath, an dem auch die tribuni und praefecti Theil nahmen. — 2. bucinam] = vigiliam. — 5. magistratum] medix tuticus wie in Capua. — 7. Da die Campaner die Römische civitas besaßen, so werden sie nach Röm. Recht bestraft: lex XII tabularum iubet, eum, qui hostem concitaverit, quive civem hosti tradiderit, capite puniri. Dig. XLVIII, 4, 3. — 10. In Abwesenheit der Consula präsidiert der praetor urbanus dem Senat u. bringt seine Be-

schlüsse zur Ausführung. — 14. in gremio] er sitzt auf dem Tribunal. — lege agere] die gesetzliche Strafe vollziehen, schonender Ausdruck wie more maiorum animadvertere. — 18. Taurea Vibellius] cf. XXIII, 46, 12—14. — 24. modo prohiberi] in Beziehung auf die vorangegangene Aeusserung, gleich als ob auch diese mit modo eingeführt wäre. — Ueber das Verfahren des Fulvius vgl. Mommsen R. G. I, 651.

33. Liv. XXVI, 33: paulisper dubitatum, an arcessendus a Capua Q. Fulvius esset; mortuus enim post

- 2 Capuae quidam tradunt. hunc quoque ipsum Tauream neque  
sua sponte venisse Cales neque sua manu interfectum, sed  
cum inter ceteros ad palum deligatus quiricaret, quia parum  
inter strepitus exaudiri possent quae vociferabatur, silentium  
3 fieri Flaccum iussisse; tum Tauream illa quae ante memorata 5  
sunt dixisse, virum se fortissimum ab nequaquam pari ad  
virtutem occidi: sub haec dicta iussu proconsulis praeconem  
ita pronuntiasse „lictor, viro forti adde virgas, et in eum  
4 primum lege age.“ lectum quoque senatus consultum, prius-  
quam securi feriret, quidam auctores sunt; sed quia adscriptum 10  
in senatus consulto fuerit, si ei videretur, integram rem ad  
senatum reiceret, interpretatum esse, quid magis e re publica  
duceret aestimationem sibi permissam.
- 5 Capuam a Calibus reditum est, Atellaque et Calatia in  
deditionem-acceptae. ibi quoque in eos qui capita rerum erant 15  
6 animadversum. ita ad septuaginta principes senatus interfecti,  
trecenti ferme nobiles Campani in carcerem conditi; alii per  
sociorum Latini nominis urbes in custodias dati variis casibus  
interierunt; multitudo alia civium Campanorum venum data.  
7 de urbe agroque reliqua consultatio fuit, quibusdam delendam 20  
censentibus urbem praevalem, propinquam, inimicam. cete-  
rum praesens utilitas vicit: nam propter agrum, quem omni  
fertilitate terrae satis constabat primum in Italia esse, urbs  
8 servata est, ut esset aliqua aratorum sedes. urbi frequentandae 25  
multitudo incolarum libertinorumque et institorum opificumque  
retenta; ager omnis et tecta publica populi Romani facta.  
9 ceterum habitari tantum tamquam urbem Capuam frequen-  
tarique placuit; corpus nullum civitatis nec senatus conventum  
10 nec plebis concilium nec magistratus esse: sine consilio publico,

*captam Claudius consul erat.* —  
8. *addere virgas*, die Hiebe ver-  
stärken, cf. *addere gradum*. — 11.  
*si ei videretur*, in der That ent-  
spricht diese Formel der üblichen  
Sitte, weil der Senat es ängstlich  
vermied, den Consuln ausserhalb  
Roms stricte Weisungen zu ertei-  
len. Wir haben kein Recht, diese  
Formel für eine leere Form zu er-  
klären. Dies zeigt auch das Bei-  
spiel des Q. Fulvius. Vgl. Lange  
I, 614. — 16. *LXX principes*] Nach  
c. 14 wurden 25 Campaner zu Ca-  
les u. 28 zu Teanum hingerichtet;  
daraus folgt, dass in Atella und  
Calatia 17 mit dem Tode bestraft  
wurden. — 17. *Campani*, Bürger  
von Capua, wenigstens vorwiegend,

cf. I. Heft, p. 124, 6. — *conditi*, wo  
sie den Tod fanden, wie sich aus  
v. 19 erkennen lässt. — 24. *arato-  
rum*] das Land wird Eigenthum  
des Römischen Staates, von dem es  
*publicani* oder Privatleute pachten,  
die wieder für sich eine grosse An-  
zahl Arbeiter hielten. Cic. de lege  
agr. II, § 89 *Capuam receptacu-  
lum aratorum, nundinas rusti-  
corum, cellam atque horreum Cam-  
pani agri esse voluerunt*. Vgl. Halm  
zu Cic. p. Sest. § 9: *conventus ille  
Capuae* —, *et hoc tempore eidem  
homines nomine commutato* (seit 59  
v. Chr.) *coloni decurionesque*. —  
25. *institorum*] Kleinhändler, meist  
*libertini*. — 28. *corpus nullum civi-  
tatis*] keine städtische Corporation

sine imperio multitudinem, nullius rei inter se sociam, ad consensum inhabilem fore. praefectum ad iura reddenda ab Roma quotannis missuros. ita ad Capuam res compositae consilio 11  
 ab omni parte laudabili. severe et celeriter in maxime noxios 11  
 5 animadversum; multitudo civium dissipata in nullam spem  
 reditus: non saevitum incendiis rüinisque in tecta innoxia 12  
 murosque; et cum emolumento quaesita etiam apud socios  
 lenitatis species incolumitate urbis nobilissimae opulentissi-  
 maeque, cuius ruinis omnis Campania, omnes qui Campaniam  
 10 circa accolunt populi ingemuissent: confessio expressa hosti et 13  
 quanta vis in Romanis ad expetendas poenas ab infidelibus  
 sociis, et quam nihil in Hannibale auxilii ad receptos in fidem  
 tuendos esset.

D) Hasdrubal's Niederlage am Metaurus (Liv. XXVII, 39. 43—51).

5 XXXIX. Auxerunt Romae tumultum litterae ex Gallia  
 adlatae ab L. Porcio praetore: Hasdrubalem movisse ex hiber- 2  
 nis et iam Alpes transire; octo milia Ligurum conscripta  
 armataque coniunctura se transgresso in Italiam esse, nisi  
 mitteretur in Ligures, qui eos bello occuparet: se cum invalido  
 0 exercitu, quoad tutum putaret, progressurum. hae litterae 3

mit den Rechten einer juristischen Person, in Folge dessen die Stadt kein Rechtsgeschäft vornehmen kann, sondern nur für sich jede einzelne Person. — 1. *nullius rei*] Gen. abh. v. *sociam*. — 2. *praefectum*] Nur als Aufsichtsbehörde und in Vertretung des römischen Prätors, ohne dass deshalb die Stadt zur *praefectura* erhoben wurde, die ja überhaupt kein Gemeinwesen bildet. — 3. *ad Capuam*, sc. *quae pertinerent*. — 4. *ab omni parte laudabili*] Beachte hier und in dem Folgenden die Römische Heuchelei. Denn Livius ist nur der Ausdruck und Nachhall älterer (staatsrechtlicher) Quellen. — 5. *in nullam spem* = *nulla spe reditus*. — 10. Vgl. XXXI, 29: *Capua, sepulchrum ac monumentum Campani populi, elato et extorri ipso populo superest, urbs trunca, sine senatu sine plebe sine magistratibus prodigium, relicta crudelius habitanda quam si deleta foret*. So urtheilten damals die Gegner Roms!

15. *Auxerunt*] „nam et Hasdrubali occurrendum esse descendenti ab Alpibus, ne Gallos Cisalpinos neve Etruriam erectam in spem rerum novarum sollicitaret, et Hannibalem suo proprio occupandum bello, ne emergere ex Brutiis atque obviam ire fratri posset. Liv. c. 38. Rom führte in diesem Jahre den Krieg mit 23 Legionen: je 2 führten die beiden Consuln C. Claudius Nero und M. Livius, 4 standen in Spanien unter P. Scipio, 3 Prätores hatten je zwei Legionen in Sicilien, Sardinien u. Gallien, 2 führte C. Terentius in Etrurien, 2 Q. Fulvius in Bruttien, 2 Q. Claudius in der Gegend von Tarent (Sallentiner), eine Legion hatte C. Hostilius Tubulus in Capua, dazu wurden 2 Reservelegionen zur Deckung der Stadt Rom ausgehoben. — 17. *Ligurum*] Wie Hannibal, so hatte auch Hasdrubal vor seinem Zuge über die Alpen sich mit den Galliern und Ligurern in Verbindung gesetzt. — 19. *eum invalido*

consules raptim confecto dilectu maturius quam constituerant exire in provincias coegerunt ea mente, ut uterque hostem in sua provincia contineret, neque coniungi aut conferre in unum vires pateretur. plurimum in eam rem adiuvit opinio Hannibal-  
 4 balis, quod, etsi ea aestate transiturum in Italiam fratrem 5  
 crediderat, recordando, quae ipse in transitu nunc Rhodani nunc Alpi-  
 5 um cum hominibus locisque pugnando per quinque  
 menses exhausisset, haudquaquam tam facilem maturumque  
 6 transitum expectabat. ea tardius movendi ex hibernis causa  
 fuit. ceterum Hasdrubali et sua et aliorum spe omnia celeriora  
 7 atque expeditiora fuere. non enim receperunt modo Arverni  
 eum deincepsque aliae Gallicae atque Alpinae gentes, sed etiam  
 7 secutae sunt ad bellum. et cum per munita pleraque transitu  
 fratris, quae antea invia fuerant, ducebat, tum etiam duodecim  
 8 annorum adsuetudine perviis Alpibus factis inter mitiora iam 18  
 transibat hominum ingenia. invisitati namque antea alienigenis,  
 nec videre ipsi advenam in sua terra adsueti, omni generi  
 humano insociabiles erant. et primo ignari, quo Poenus per-  
 9 geret, suas rupes suaque castella et pecorum hominumque  
 praedam peti crediderant: fama deinde Punici belli, quo duo-  
 9 decimum annum Italia urebatur, satis edocuerat viam tantum  
 Alpes esse, duas praevalidas urbes, magno inter se maris  
 terrarumque spatio discretas, de imperio et opibus certare.  
 10 hae causae aperuerant Alpes Hasdrubali. ceterum quod cele-  
 11 ritate itineris profectum erat, id mora ad Placentiam, dum 25  
 12 frustra obsidet magis quam oppugnat, corrupit. crediderat  
 campestris oppidi facilem expugnationem esse, et nobilitas  
 coloniae induxerat eum, magnum se excidio eius urbis terro-

*exerc.*] Er hatte nur 2 Legionen. — 2. *uterque hostem*] Nero zieht gegen Hannibal, der bei Grumentum in Lucanien stand, Livius gegen Hasdrubal, um sich zu gleicher Zeit auf das Heer des Prätors L. Porcius in Gallien und des C. Terentius in Etrurien zu stützen. — 4. *opinio* = *erroris opinio*, Irrthum, falsche Annahme. — 8. *exhausisset*] *pericula, labores etc.* — 10. *celeriora*] Hasdr. war noch im Herbst 208 nach Gallien gekommen, hatte hier im Winter sein Heer verstärkt und zog nun frühzeitig 207 über die Alpen. Zon. IX, 8: ἐν τῷ χειμῶνι συσχενασάμενος ὁ μὲν (Hasdr.) ἄρμητο, οἱ δὲ συστράτηγοι αὐτοῦ ἀσχολίαν τῷ Σικελίῳ παρεῖχον, ὥστε μὴ τὸν Ἀσδρούβαν ἐπιδιῶξαι. —

11. *Arverni*] Nördlich von den Cevennen. Hasdr. zog nördlicher durch Gallien als Hannibal, um nicht an der Südküste Galliens auf eine Römische Macht zu stossen. — 14. *XII annorum adsuetudine*] diese wichtige Stelle zeigt, dass Hannibal nicht nur mit den Cisalp. Galliern Verbindungen unterhielt, sondern diese auch benützte, um die Transalpinischen Kelten für seine Absicht zu gewinnen. — 16. *invisitati*] von Fremden nicht aufgesucht. Der Fall war noch nicht vorgekommen und darum waren die Gallier an einen solchen Anblick nicht gewöhnt; cf. I p. 97. — 18. *insociabiles* mit Dat. wie Hor. I, 3, 22: *nequiquam deus abscedit prudens Oceano dissociabilis terras*, wo Oce-



rem ceteris ratum iniecturum. non ipsum solum ea oppugnatio impediit, sed Hannibalem post famam transitus eius tanto spe 13  
sua celeriore iam moventem ex hibernis continuerat, quippe 14  
reputantem non solum, quam lenta urbium oppugnatio esset, 14  
5 sed etiam, quam ipse frustra eandem illam coloniam ab Trebia  
victor regressus temptasset.

XLIII. Inter haec ab Hasdrubale, postquam a Placentiae  
obsidione abscessit, quattuor Galli equites, duo Numidae cum  
litteris missi ad Hannibalem cum per medios hostes totam  
10 ferme longitudinem Italiae emensi essent, dum Metapontum 2  
cedentem Hannibalem secuntur, incertis itineribus Tarentum  
delati a vagis per agros pabulatoribus Romanis ad Q. Clau-  
dium propraetorem deducuntur. eum primo incertis implicantes 3  
responsis, ut metus tormentorum admotus fateri vera coegit,  
15 edocuerunt litteras se ab Hasdrubale ad Hannibalem ferre.  
cum iis litteris, sicut erant, signatis L. Verginio tribuno mili- 4  
tum ducendi ad Claudium consulem traduntur. duae simul 5  
turmae Samnitium praesidii causa missae. qui ubi ad con-  
sulem pervenerunt, litteraeque lectae per interpretem sunt, et  
20 ex captivis percunctatio facta, tum Claudius non id tempus 6  
esse rei publicae ratus, quo consiliis ordinariis provinciae suae  
quisque finibus per exercitus suos cum hoste destinato ab  
senatu bellum gereret: audendum aliquid improvisum, inopi- 7  
natum, quod coeptum non minorem apud cives quam hostes  
25 terrorem faceret, perpetratum in magnam laetitiam ex magno  
metu verteret. litteris Hasdrubalis Romam ad senatum missis 8  
simul et ipse patres conscriptos quid pararet edocet, et ut,  
cum in Umbria se occursurum Hasdrubal fratri scribat, legio-  
nem a Capua Romam arcessant, dilectum Romae habeant, 9

ano von *dissociabilis* (= *es*) abhängt.  
— 3. *continuerat*] diese Ansicht  
des Livius ist falsch; Hannibal  
wurde im Frühjahr im Gebiet der  
Sallentiener von C. Hostilius Tubulus  
und Q. Claudius beschäftigt.

7. *Inter haec*] Claudius Nero  
stiess auf Hannibal bei Grumentum  
und brachte ihm eine nicht unbe-  
deutende Niederlage bei; dennoch  
gelang es ihm, nach Apulien abzu-  
ziehen, wo er Venusia erreichte,  
von hier wandte er sich nach Meta-  
pontum, um das Corps des Hanno  
herbeizuziehen, dann wandte er  
sich wieder nach Venusia und Ca-  
nusium, aber so, das der Consul  
Nero ihm immer auf der Spur nach-

folgte. Nach dem Bericht des Livius  
hätte Hannibal bereits in diesem  
Frühjahr über 14000 Mann verloren!  
— 13. *implicantes*] sie suchten ihn  
zu verwirren. — 21. *consiliis ordi-*  
*nariis*] die Feldherren durften die  
vom Senat bestimmte Provinz nicht  
ohne dessen Zustimmung verlassen,  
wie überhaupt die Kriegführung  
genau vom Senat vorgeschrieben  
war, nur der Dictator war unab-  
hängiger von dieser Behörde. Vgl.  
Polyb. I, 107 über die Consuln: *ἐν*  
*πολλοῖς προσδέονται τῆς συγκλήτου*  
*πρὸς τὸ συντελεῖν τὰς ἐπιβολὰς, ὁ*  
*δὲ δικτάτωρ ἐστὶν αὐτοκράτωρ στρα-*  
*τηγός.* — 27. *simul* gehört zu *edocet*,  
dagegen *et ipse* zu *quid pararet*, im  
Gegensatz zu den Absichten Has-

exercitum urbanum ad Narniam hosti opponant. haec senatui  
 10 scripta. praemissi item per agrum Larinatem Marrucinum  
 Frentanum Praetutianum, qua exercitum ducturus erat, ut  
 omnes ex agris urbibusque commeatus paratos militi ad ve-  
 scendum in viam deferrent, equos iumentaue alia producerent, 5  
 11 ut vehiculorum fessis copia esset. ipse de toto exercitu civium  
 sociorumque quod roboris erat delegit, sex milia peditum,  
 mille equites; pronuntiat occupare se in Lucanis proximam  
 urbem Punicumque in ea praesidium velle, ut ad iter parati  
 12 omnes essent. profectus nocte flexit in Picenum. et consul 10  
 quidem quantis maximis itineribus poterat ad conlegam duce-  
 bat relicto Q. Catio legato, qui castris praeset.

XLIV. Romae haud minus terroris ac tumultus erat, quam  
 fuerat quadriennio ante, cum castra Punica obiecta Romanis  
 moenibus portisque fuerant. neque satis constabat animis, 15  
 tam audax iter consulis laudarent vituperarentne: apparebat,  
 2 quo nihil iniquius est, ex eventu famam habiturum. castra  
 prope Hannibalem hostem relicta sine duce cum exercitu, cui  
 3 detractum foret omne quod roboris, quod floris fuerit; et con-  
 sulem in Lucanos ostendisse iter, cum Picenum et Galliam 20  
 peteret, castra relinquentem nulla alia re tutiora quam errore  
 hostis, qui ducem inde atque exercitus partem abesse ignoraret.  
 4 quid futurum, si id palam fiat, et aut insequi Neronem cum  
 sex milibus armatorum profectum Hannibal toto exercitu velit,  
 aut castra invadere praedae relicta sine viribus, sine imperio, 25  
 5 sine auspicio? veteres eius belli clades, duo consules proximo  
 anno interfecti terrebant. et ea omnia accidisse, cum unus

drubals. — 1. *ad Narniam*] um den Pass (*fauces Umbriae*) an der aus Umbrien nach Rom führenden *via Flaminia* zu decken, wenn etwa Hasdrubal oder Hannibal sich durchschlagen sollten. — 4. *paratos militi ad vescendum*] Nicht etwa, wie sonst, Getraide oder Mehl etc. — 10. *et consul quidem*] die Gefahr war nicht zu gross, da die Römer in Unteritalien ausser den zurückgelassenen Truppen des Consuls immer noch 3 Legionen zur Verfügung hatten (der Proconsul Q. Fulvius und C. Hostilius), stark genug, um Hannibal zu beschäftigen. Und hätte Hannibal folgen können, so war sein Marsch viel schwieriger und langsamer als der des Consuls, dem jede Unterstützung der Bundesgenossen zur Verfügung stand.

14. *quadriennio ante*] Im J. 211,

um Capua zu entsetzen. — 17. *famam habiturum*] Vgl. Cic. ad Fam. I, 7, 5 *sed haec sententia sic nobis probabatur, ut ex eventu homines de tuo consilio existimatos videremus: si cecidisset, ut volumus et optamus, omnes te et sapienter et fortiter, sin aliquid esset offensum, eosdem illos et cupide et temere fecisse dicturos . . . redeoque ad illud, quod initio scripsi, totius facti tui iudicium non tam ex consilio tuo quam ex eventu homines esse facturos.* — 21. Einfacher: *errore hostis* (Täuschung des Feindes) *tutiora quam ulla alia re*, oder: *nulla alia re magis tuta quam etc.* — 26. *duo consules*] die beiden Consuln M. Claudius Marcellus und T. Quinctius Crispinus wurden zwischen Venusia und Bantia von Hannibal in einen Hinter-

imperator unus exercitus hostium in Italia esset: nunc duo bella Punica facta, duos ingentes exercitus, duos prope Hannibales in Italia esse. quippe et Hasdrubalem patre eodem 6 Hamilcare genitum, aequae impigrum ducem, per tot annos in Hispania Romano exercitatum bello, gemina victoria insignem duobus exercitibus cum clarissimis ducibus deletis. nam itineris quidem celeritate ex Hispania et concitatis ad arma Gallicis gentibus multo magis quam Hannibalem ipsum gloriari posse; quippe in iis locis hunc coegisse exercitum, quibus ille 8 maiorem partem militum fame ac frigore, quae miserrima mortis genera sint, amisisset. adiciebant etiam periti rerum 9 Hispaniae, haud cum ignoto eum duce C. Nerone congressurum, sed quem in saltu impedito depensus forte haud secus quam puerum conscribendis fallacibus condicionibus pacis frustratus elusisset. omnia maiora etiam vero praesidia hostium, minora 10 sua, metu interprete semper in deteriora inclinatio, ducebant.

XLV. Nero postquam tantum intervalli ab hoste fecerat, ut detegi consilium satis tutum esset, paucis milites adloquitur. negat ullius consilium imperatoris in speciem audacius, re ipsa 2 tutius fuisse quam suum. ad certam eos se victoriam ducere: 3 quippe ad quod bellum conlega non ante, quam ad satietatem ipsius peditum atque equitum datae ab senatu copiae fuissent maiores instructioresque, quam si adversus ipsum Hannibalem iret, profectus sit, eo ipsos quantumcumque virium momentum addiderint, rem omnem inclinatuos. auditum modo in acie 4 — nam ne ante audiretur, daturum operam — alterum consulem et alterum exercitum advenisse haud dubiam victoriam

halt gelockt u. überfallen (208). — 6. *cum clarissimis ducibus*] Im J. 212 begannen die beiden Scipionen in Spanien den Feldzug so, dass sie sich trennten, um den ebenfalls in zwei Lager getrennten Feind zugleich anzugreifen. Von den Celtiberern verlassen muss Cn. Scipio vor Hasdrubal zurückweichen, bald darauf erliegt auch P. Scipio dem durch Masinissa und Indibilis verstärkten Feinde. Die Reste der beiden Römischen Heere werden durch den Römischen Ritter L. Marcus gerettet, cf. Liv. XXV, 32—36. — *nam — quidem*, denn in anderer Beziehung stehe Hasdrubal sogar noch über Hannibal, wenigstens wenn man die Schnelligkeit des ausgeführten Marsches ins Auge fasse. Folglich ist *quippe* nicht einfach begründend, sondern steigend:

habe Hasdrubal ja doch etc. — 14. *frustratus elusisset*] Liv. XXVI, 17 (im Jahr 211). — 15. *maiore vero, wie iusto, aequo, opinione, solito maiore, = maiore quam re ipsa erant*. — 16. *in deteriora*, zum Pessimismus.

17. *fecerat*, gewonnen, erreicht hatte. — 21. *ad satietatem ipsius*] Cf. Liv. c. 38 *Livius cunctabatur (ad bellum ire) parum fidens suarum provinciarum exercitibus. senatus liberam potestatem consulibus fecit et supplendi unde vellent et eligendi de omnibus exercitibus, quos vellent*. Auch soll Livius bedeutende Hülfstruppen aus Spanien erhalten haben durch die Vermittlung des P. Scipio. — 24. *eo*] sc. *bello*: in diesem Kriege, Kampfe, wenn nicht *eo* richtiger mit *addiderint* zu verbinden ist. — 25. *auditum modo*] Subject: Schon

5 facturum. famam bellum conficere, et parva momenta in spem  
 metumque impellere animos. gloriae quidem ex re bene gesta  
 6 partae fructum prope omnem ipsos laturos: semper quod  
 postremum adiectum sit, id rem totam videri traxisse. cernere  
 ipsos quo concursu, qua admiratione, quo favore hominum iter  
 7 suum celebretur. et hercule per instructa omnia ordinibus  
 virorum mulierumque undique ex agris effusorum, inter vota  
 et preces et laudes ibant: illos praesidia rei publicae, vindices  
 urbis Romanae imperiique appellabant; in illorum armis  
 dextrisque suam liberorumque suorum salutem ac libertatem  
 8 repositam esse. deos omnes deasque precabantur, ut illis  
 faustum iter felixque pugna et matura ex hostibus victoria  
 esset, damnarenturque ipsi votorum, quae pro iis suscepissent,  
 9 ut, quem ad modum nunc solliciti prosequerentur eos, ita  
 paucos post dies laeti ovantibus victoria obviam irent. invitare  
 10 inde pro se quisque et offerre et fatigare precibus, ut, quae  
 ipsis iumentisque usui essent, ab se potissimum sumerent;  
 benigne omnia cumulata dare. modestia certare milites, ne  
 11 quid ultra usum necessarium sumerent; nihil morari, nec ab  
 signis discedere nec subsistere cibum capientes; diem ac noctem  
 ire; vix quod satis ad naturale desiderium corporum esset,  
 12 quieti dare. et ad conlegam praemissi erant qui nuntiarent  
 adventum percunctarenturque, clam an palam, interdium an  
 noctu venire sese vellet, isdem an aliis considerare castris.  
 nocte clam intrare melius visum est.

XLVI. Tessera per castra ab Livio consule data erat, ut  
 tribunus tribunum, centurio centurionem, eques equitem, pedes  
 2 peditem acciperet: neque enim dilatari castra opus esse, ne  
 hostis adventum alterius consulis sentiret; et coartatio plurimum  
 in angusto tendentium facilius futura erat, quod Claudianus  
 exercitus nihil fere praeter arma secum in expeditionem tulerat.  
 3 ceterum in ipso itinere auctum voluntariis agmen erat, offe-

die Nachricht allein etc. — 2. *gloriae quidem*] den Ruhm aber, wenn auch ihre Kräfte an Zahl nicht so stark seien. Cf. Näg. Stil. p. 543. — 6. *per instructa omnia*] durch lauter Reihen, die gleichsam Spalier bildeten. — 13. *damnarenturque*] dass sie durch glückliche Ereignisse gezwungen werden möchten zur Erfüllung der Gelübde. — 15. *ovantibus victoria*, wie I, p. 11, 12: *duplici victoria ovantem Romulum*. Die Rückkehr der Sieger musste ein Triumphzug werden. — 20. *subsistere*] Halt machen, zurück bleiben.

— Warum nicht *nisi cibum capientes*? Ueber den Infin. histor. vgl. zu I p. 65, 12.

26. *Tessera*] Holztäfelchen, auf denen die Parole stand, dienten zugleich dazu, um Befehle und Anzeigen an die einzelnen Abtheilungen gelangen zu lassen; cf. IX, 32 *extemplo tesseram dari iubet, ut prandeat miles firmatisque cibo viribus arma capiat*. Vgl. Mommsen, Forsch. I, 342. — 28. *dilatari*] = *ampliari*. — *opus esse*] sei nicht zweckmässig. — 30. *tendentium*] intr. = unter Zelten lagern. — *fu-*

rentibus ultro sese et veteribus militibus perfunctis iam militia et iuvenibus, quos certatim nomina dantes, si quorum corporis species roburque virium aptum militiae videbatur, consul scripserat. ad Senam castra alterius consulis erant, et quingentos 4  
 5 ferme inde passus Hasdrubal aberat. itaque cum iam adpropinquaret, tectus montibus substitit Nero, ne ante noctem castra ingrederetur. silentio ingressi ab sui quisque ordinis 5  
 10 hominibus in tentoria abducti, cum summa omnium laetitia hospitaliter excipiuntur. postero die consilium habitum, cui et L. Porcius Licinus praetor adfuit. castra iuncta consulum 6  
 castris habebat, et ante adventum eorum per loca alta ducendo exercitum, cum modo insideret angustos saltus, ut transitum clauderet, modo ab latere aut ab tergo carperet agmen, ludificatus hostem omnibus artibus belli fuerat: is tum in consilio 7  
 15 aderat. multorum eo inclinabant sententiae, ut, dum fessum via ac vigiliis reficeret militem Nero, simul et ad noscendum hostem paucos sibi sumeret dies, tempus pugnae differretur: Nero non suadere modo, sed summa ope orare institit, ne 8  
 consilium suum, quod tutum celeritas fecisset, temerarium morando facerent. errore, qui non diuturnus futurus esset, 9  
 20 velut torpentem Hannibalem nec castra sua sine duce relicta adgredi, nec ad sequendum se iter intendisse. antequam se 10  
 moveat, deleri exercitum Hasdrubalis posse recedique in Apuliam. qui prolatando spatium hosti det, eum et illa castra 25  
 prodere Hannibali et aperire in Galliam iter, ut per otium, ubi velit, Hasdrubali coniungatur. extemplo signum dandum 11  
 et eundem in aciem abutendumque errore hostium absentium praesentiumque, dum neque illi sciant cum paucioribus nec hi cum pluribus et validioribus rem esse. consilio dimisso signum 12  
 30 pugnae proponitur, confestimque in aciem procedunt.

XLVII. Iam hostes ante castra instructi stabant. moram pugnae attulit, quod Hasdrubal, provectus ante signa cum

*tura erat*, musste sein. — 3. *scripserat*] i. e. in die Listen eingereiht, wobei sie zugleich den Fahneeid leisteten. — 4. *ad Senam*] sc Galliam (jetzt Sinigaglia), nach den Senonischen Galliern so benannt, 289 v. Chr. in eine *colonia maritima* verwandelt. Sena war der Stützpunkt der Operationen, die Schlacht selbst erfolgt am Fluss Metaurus. — 5. *Hasdrubal aberat*] Nördlich von Sena und südlich vom Metaurus. — 11. *et ante adventum*] und zwar hatte er sich durch geschickte Märsche mit dem Heer des Consuls vereinigt. Denn Livius hatte die

Vereinigung des Prätors mit dem Consul noch nicht berichtet. — 13. *carperet agmen*] durch kleinere Angriffe und häufiges Abschneiden kleinerer Abtheilungen. — 21. *velut torpentem Hannibalem*] Wenn Hann. nicht durch andere Truppen beschäftigt wurde, so ist seine Ruhe nicht zu begreifen. Vgl. Mommsen I, 656 sq. — 24. *prolatando*, durch Verzögerung der Schlacht, des Entscheidungskampfes. — 29. *signum proponitur*, durch eine auf dem Feldherrnzelt aufgesteckte purpurrothe Fahne.

paucis equitibus, scuta vetera hostium notavit, quae ante non viderat, et strigosiores equos; multitudo quoque maior solito  
 2 visa est. suspicatus enim id, quod erat, receptui propere cecinit, ac misit ad flumen unde aquabantur, ubi et excipi  
 3 aliqui possent et notari oculis, si qui forte adustioris coloris 5 ut ex recenti via essent; simul circumvehi procul castra iubet specularique, num auctum aliqua parte sit vallum; et ut atten-  
 4 dant, semel bisne signum canat in castris. ea cum ordine omnia essent relata, castra nihil aucta errorem faciebant. bina erant, sicut ante adventum consulis alterius fuerant, una M. Livii, altera L. Porcii; neutris quicquam, quo latius tenderetur,  
 5 ad munimenta adiectum. illud veterem ducem adsuetumque Romano hosti movit, quod semel in praetoriis castris signum, bis in consularibus referébant cecinisse. ambo profecto consules esse, et quonam modo alter ab Hannibale abscessisset, 15  
 6 cura angebat. minime id, quod erat, suspicari poterat, tantae rei frustratione Hannibalem elusum, ut, ubi dux ubi exercitus  
 7 esset, cum quo castra conlata habuerit, ignoraret. profecto haud mediocri clade absterritum insequi non ausum. magno opere vereri, ne perditis rebus serum ipse auxilium venisset, 20  
 Romanisque eadem iam fortuna in Italia quae in Hispania esset. 8 interdum litteras suas ad eum non pervenisse credere, interceptisque iis consulem ad sese opprimendum accelerasse. his  
 9 anxius curis extinctis ignibus vigilia prima dato signo, ut taciti vasa conligerent, signa ferri iussit. in trepidatione et 25  
 nocturno tumultu duces parum intente adservati, alter in destinatis iam ante animo latebris subsedit, alter per vada nota Metaurum flumen tranavit. ita desertum ab ducibus agmen primo per agros palatur; fessique aliquot somno ac vigiliis sternunt corpora passim atque infrequentia relinquunt 30  
 10 signa. Hasdrubal, dum lux viam ostenderet, signa ferre iubet per tortuosi amnis sinus flexusque; cum errorem volvens haud

1. *scuta vetera*] Silius Italicus XV, 605: *pulveris in clipeis vestigia visa movebant.* — *notare*, auffallend finden, bemerken. — 2. *strigosiores*] abgetrieben (mager). — *solito*] denn die Zahl eines consularischen und prätorischen Heeres war ihm schon von Spanien her wohl bekannt. — 4. *ad flumen*] die Sena oder der Misus, denn den Metaurus erreicht Hasdr. erst in der Nacht. — 8. *signum canat*] intr. = ertöne, vernommen werde. — 16. *tantae rei frustratione*] eine so wichtige Täuschung (in so entscheidender Lage). — 25. *signa ferri*] denn

die Feldzeichen wurden beim Marsche vorangetragen. Zonaras: *ἔγνω πρὸς τοὺς Γαλάτας ἀπαναχωρήσαι καὶ ἐκεῖ τὰ περὶ τὸν ἀδελφὸν ἀκριβώσασθαι.* — 26. *duces*] Wegweiser. — 31. *dum lux viam ostenderet*] „*Primum Hasdrubal, longius a Romanis discedendi cupidus, usque dum lux reddita viam ostenderet, (tum enim caecae tenebrae erant) ipsius fluvii quamvis tortuosi sinus sequi constituit; id cum nimis esset difficile, substitit.*“ Madvig. — 32. *cum errorem volvens*] wäre = *animo volvens* überlegend, beschäftigt mit; daher ist

multum processisset, substitit, ubi prima lux transitum opportunum ostendisset, transiturus. sed cum, quantum mare abscedebat, tanto altioribus coercentibus amnem ripis non inveniret vada, diem terendo spatium dedit ad insequendum sese hosti.

XLVIII. Nero primum cum omni equitatu advenit, Porcius deinde adsecutus cum levi armatura. qui cum fessum agmen carperent ab omni parte incursarentque, et iam omisso itinere, quod fugae simile erat, castra metari Poenus in tumulo super fluminis ripam vellet, advenit Livius peditum omnibus copiis non itineris modo, sed ad conserendum extemplo proelium instructis armatisque. sed ubi omnes copias coniunxerunt directaque acies est, Claudius dextro in cornu, Livius ab sinistro pugnam instruit; media acies praetori tuenda data. Hasdrubal omissa munitione castrorum postquam pugnandum vidit, in prima acie ante signa elephantos conlocat, circa eos laevo in cornu adversus Claudium Gallos opponit, haud tantum iis fidens, quantum ab hoste timeri eos credebat. ipse dextrum cornu adversus M. Livium sibi atque Hispanis — et ibi maxime in veterem militem spem habebat — sumpsit. Ligures in medio post elephantos positi. sed longior quam latior acies erat: Gallos prominens collis tegebat. ea frons, quam Hispani tenebant, cum sinistro Romanorum cornu concurrir: dextra omnis acies extra proelium eminens cessabat; collis oppositus arcebat, ne aut a fronte aut ab latere adgrederentur. inter Livium Hasdrubalemque ingens contractum certamen erat,

zu schreiben: *errore orbem volvens* sich im Kreise herumdrehend. — 2. *mare abscedebat*] je mehr das Meer zurückwich, d. h. je mehr er sich davon entfernte.

15. Polyb. XI, 1: Ἀσδρούββα δὲ τούτων μὲν ἤρρεσκεν οὐδέν, τῶν δὲ πραγμάτων οὐκέτι διδόντων ἀναστροφῆν διὰ τὸ θεορῆν τοὺς πολεμίου ἐκτεταγμένους καὶ προσάγοντας, ἠναγκάζετο παρατάττειν τοὺς Ἰβήρας καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ γεγονότας Γαλάτας. προθέμενος δὲ τὰ θηρία καὶ τὸ βάθος ἀνέξῃσας τῶν τάξεων καὶ ποιήσας ἐν βραχεὶ χώρῳ τὴν ὅλην δύναμιν, πρὸς δὲ τούτοις μέσον αὐτὸν θεῖς τῆς παρατάξεως κατὰ τὴν τῶν θηρίων προστασίαν, ἐποιεῖτο τὴν ἔφοδον ἐπὶ τὰ λαῖά τῶν πολεμίων, προδιειληφώς ὅτι δεῖ κατὰ τὸν παρόντα κίνδυνον νικᾶν ἢ θνήσκειν. — 16. *elephantos*] Nach Polyb. 10, nach Appian 15. — *circa*

*eos*] auf beiden Seiten, vorwärts u. rückwärts. — 21. *longior quam latior*] τὸ βάθος ἀνέξῃσας τῶν τάξεων καὶ ποιήσας ἐν βραχεὶ χώρῳ τὴν ὅλην δύναμιν, denn *longior* bedeutet die Tiefe, *latior* die Ausdehnung in die Breite. Vgl. Liv. XXXIII, 8, 14: *dimidium de fronte demptum introrsum porrectis ordinibus duplicat, ut longa potius quam lata acies esset.* — 22. *ea frons*] die Linie, fast = *acies*. — 23. *dextra omnis acies*] scil. *Romanorum*. Vgl. Polyb.: *προάγειν μὲν εἰς τοῦ προσθεν καὶ περιεορᾶν τοὺς ὑπεναντίους οὐκ ἔδύνατο* (Claudius) *διὰ τὰς προκειμένας δυσχωρίας, αἷς πεπιστευκῶς Ἀσδρούββα ἐποίησατο τὴν ἐπὶ τὰ λαῖά τῶν πολεμίων ἔφοδον.* — 26. *ingens certamen*] Polyb. sagt von M. Livius: *ἀντεπήγει τοῖς πολεμίοις σοβαρῶς καὶ συμβαλὼν ταῖς αὐτοῦ δυνάμεσιν*

10 atroxque caedes utrimque edebatur. ibi duces ambo, ibi pars  
 maior peditum equitumque Romanorum, ibi Hispani, vetus  
 miles peritusque Romanae pugnae, et Ligures, durum in armis  
 11 antesignanos, et iam signa moverant loco; deinde crescente 5  
 certamine et clamore inpotentius iam regi et inter duas acies  
 versari, velut incerti, quorum essent, haud dissimiliter navibus  
 12 sine gubernaculo vagis, Claudius „quid ergo praecipiti cursu  
 tam longum iter emensi sumus?“ clamitans militibus, cum in  
 13 adversum collem frustra signa erigere conatus esset, postquam 1  
 ea regione penetrari ad hostem non videbat posse, cohortes  
 aliquot subductas e dextro cornu, ubi stationem magis segnem  
 14 quam pugnam futuram cernebat, post aciem circumducit et  
 non hostibus modo sed etiam suis inopinantibus hostium latus  
 incurrit; tantaque celeritas fuit, ut cum ostendissent se ab 1  
 15 latere, mox in terga iam pugnarent. ita ex omnibus partibus,  
 ab fronte ab latere ab tergo, trucidantur Hispani Liguresque;  
 et ad Gallos iam caedes pervenerat. ibi minimum certaminis  
 16 fuit: nam et pars magna ab signis aberant, nocte dilapsi strati-  
 que somno passim per agros, et qui aderant, itinere ac vigi- 2  
 liis fessi, intolerantissima laboris corpora, vix arma umeris  
 17 gestabant. et iam diei medium erat, sitisque et calor hiantes  
 caedendos capiendosque adfatim praebebat. XLIX. elephantium  
 plures ab ipsis rectoribus quam ab hoste interfecti. fabrile  
 scalprum cum malleo habebant: id, ubi saevire beluae ac 2  
 ruere in suos coeperant, magister inter aures positum, ipso  
 in articulo, quo iungitur capiti cervix, quanto maximo poterat  
 2 ictu adigebat. ea celerrima via mortis in tantae molis belua  
 inventa erat, ubi regendi spem vicissent, primusque id Hasdru-  
 bal instituerat, dux cum saepe alias memorabilis, tum illa 3  
 praecipue pugna. ille pugnantes hortando pariterque obeundo

ἐμάχετο γενναίως, und von Hasdrubal: προδιειληφώς ὅτι δεῖ κατὰ τὸν παρόντα κίνδυνον νικᾶν ἢ θνήσκειν. — 5. antesignanos] *hastati* und *principes*, in den Zwischenräumen die *velites*. — 6. *inpotentius iam regi*] wurde die Leitung ohnmächtiger. — 11. *cohortes aliquot*] Polyb.: ὁ δὲ Κλαύδιος ἀπόρων διακείμενος ἐπὶ τῷ μηδὲν πράττειν ἂν ἀπὸ τοῦ τοῦ συμβαίνοντος ἔμαθεν ὁ δέον ἦν πράττειν. διὸ καὶ παραδείξιμος ἀπὸ τῶν δεξιῶν τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας κατὰ τὸν ὀπισθεν τόπον τῆς μάχης καὶ τὸ λαίων ὑπεράρας τῆς ἰδίας παρεμβολῆς προσέβαλε κατὰ κέρους τοῖς

Καρχηδονίοις ἐπὶ τὰ θηρία. — 22. Polyb. XI, 3: Ῥωμαῖοι δὲ τῇ μάχῃ κατορθώσαντες παραντία μὲν τὸν χάρακα διήρασαν τῶν ὑπεναντίων, καὶ πολλοὺς μὲν τῶν Κελτῶν ἐν ταῖς στιβάσι κοιμωμένους διὰ τὴν μέθην κατέκοπτον ἱερῶν τροπον κτλ.

23. *Elephantium*] Polyb.: τῶν δὲ θηρίων τὰ μὲν ἔξ ἅμα τοῖς ἀνδράσι ἐπεσεν, τὰ δὲ τέσσαρα διωσάμενα τὰς τάξεις ὕστερον ἕαλω μεμονωμένα καὶ ψιλὰ τῶν Ἰνδῶν. — 24. *fabrile scalprum*] Zimmermannsmeissel. — 30. Dieselbe Anerkennung ertheilt dem Hasdrubal auch



pericula sustinuit; ille fessos abnuentesque taedio et labore 3  
nunc precando nunc castigando accendit; ille fugientes revo-  
cavit omissamque pugnam aliquot locis restituit: postremo, 4  
cum haud dubie fortuna hostium esset, ne superstes tanto  
5 exercitui suum nomen secuto esset, concitato equo se in co-  
hortem Romanam inmisit. ibi, ut patre Hamilcare et Hanni-  
bale fratre dignum erat, pugnans cecidit.

Numquam eo bello una acie tantum hostium interfectum 5  
est, redditaque aequa Cannensi clades vel ducis vel exercitus  
10 interitu videbatur. quinquaginta sex milia hostium occisa, 6  
capta quinque milia et quadringenti; magna praeda alia cum  
omnis generis tum auri etiam argentique. civium etiam Ro- 7  
manorum, qui capti apud hostes erant, supra tria milia capi-  
tum recepta. id solatii fuit pro amissis eo proelio militibus.  
15 nam haudquaquam incruenta victoria fuit: octo ferme milia  
Romanorum sociorumque occisa. adeoque etiam victores san- 8  
guinis caedisque ceperat satietas, ut postero die, cum esset  
nuntiatum Livio consuli Gallos Cisalpinos Liguresque, qui aut  
proelio non adfuissent, aut inter caedem effugissent, uno  
20 agmine abire sine certo duce, sine signis, sine ordine ullo aut  
imperio; posse, si una equitum ala mittatur, omnes deleri, 9  
responderet: „quin supersint aliqui nuntii et hostium cladis et  
nostrae virtutis“.

L. Nero ea nocte, quae secuta est pugnam, profectus  
25 citatiore quam inde venerat agmine die sexto ad stativa sua  
atque hostem pervenit. iter eius frequentia minore, quia nemo 2  
praecesserat nuntius, laetitia vero tanta, vix ut compotes  
mentium prae gaudio essent, celebratum est. nam Romae 3  
neuter animi habitus satis dici enarrarique potest, nec quo

Polybios. — 1. *abnuentesque*] den Dienst verweigern. — 5. *suum nomen*] allein seinem Rufe. — 10. *quinquaginta sex milia*] Polyb.: ἀπέθανον δὲ τῶν μὲν Καρχηδονίων κατὰ τὴν μάχην σὺν τοῖς Κελτοῖς οὐκ ἑλάττους μυριάων. War das Heer zersprengt, so war es für Römische Quellen leicht, den Verlust in der Schlacht ins Unendliche zu steigern. Dies ist in der Geschichte durchgehends ein Fehler der älteren römischen Annalisten, welchen Livius folgen musste. — 15. *octo ferme milia*] Polyb. τῶν δὲ Ῥωμαίων ἀπέθανον περὶ δισχιλούς, der aber dabei jedenfalls nicht die Bundesgenossen in Anschlag bringt. — 19. *uno agmine*, obwohl *sine ordine*

*ullo*: es waren nicht mehr bestimmte militärische Abtheilungen vorhanden, aber die Flüchtigen hielten doch zu einem Haufen zusammen.

25. *die sexto*] Es waren 330 Milien = 66 deutsche Meilen, also musste das Heer täglich über 11 Meilen marschirt sein, Märsche, wie sie nur in der neuesten Zeit in der preussischen Armee vorkamen. — 28. *nam Romae*] Zusammenhang: der Jubel in Italien gränzte ans Unglaubliche, die Freude in Rom ist nicht zu schildern. — 29. *nec quo . . . fuerat etc.*] der Indic., weil es kein indirecter Fragesatz ist (abs. *non dici enarrarique potest*), sondern Adjectivsatz zu

incerta exspectatione eventus civitas fuerat, nec quo victoriae  
 4 famam accepit. numquam per omnes dies, ex quo Claudium  
 consulem profectum fama attulit, ab orto sole ad occidentem  
 aut senator quisquam a curia atque ab magistratibus abscessit,  
 5 aut populus e foro. matronae, quia nihil in ipsis opis erat, 5  
 in preces obtestationesque versae, per omnia delubra vagae  
 6 suppliciiis votisque fatigare deos. tam sollicitae ac suspensae  
 civitati fama incerta primo accidit, duos Narnienses equites  
 in castra, quae in faucibus Umbriae opposita erant, venisse  
 7 ex proelio nuntiantes caesos hostes. et primo magis auribus 1  
 quam animis id acceptum erat ut maius laetiusque, quam  
 quod mente capere aut satis credere possent; et ipsa celeritas  
 8 fidem impediēbat, quod biduo ante pugnatum dicebatur. lit-  
 terae deinde ab L. Manlio Acidino missae ex castris adferuntur  
 9 de Narniensium equitum adventu. hae litterae per forum ad 1  
 tribunal praetoris latae senatum curia exciverunt; tantoque  
 certamine ac tumultu populi ad fores curiae concursus est,  
 ut adire nuntius non posset, traheretur a percunctantibus  
 vociferantibusque, ut in rostris prius quam in senatu litterae  
 10 recitarentur. tandem summoti et coerciti a magistratibus; 2  
 dispensarique laetitia inter inpotentes eius animos potuit: in  
 11 senatu primum, deinde in contione litterae recitatae sunt; et  
 pro cuiusque ingenio aliis iam certum gaudium, aliis nulla  
 ante futura fides erat, quam legatos consulumve litteras audis-  
 sent. LI. ipsos deinde adpropinquare legatos adlatum est. 2  
 tunc enim vero omnis aetas currere obvii, primus quisque  
 2 oculis auribusque haurire tantum gaudium cupientes. ad Mul-  
 vium usque pontem continens agmen pervenit. legati — erant  
 3 L. Veturius Philo P. Licinius Varus Q. Caecilius Metellus —  
 circumfusi omnis generis hominum frequentia in forum per-  
 venerunt, cum alii ipsos, alii comites eorum quae acta essent  
 4 percunctarentur. et ut quisque audierat exercitum hostium  
 imperatoremque occisum, legiones Romanas incolumes, salvos  
 consules esse, extemplo aliis porro impertierant gaudium suum.

bantur] die Stärke des Römischen Lagers und die Zuversicht des Scipio. — 3. quippe, von dem er recht wohl wusste, dass es nicht eitle Prahlerei war. cf. XLII, 62, 14 *Perseus hanc ipsam superbiam, quippe quae ex fiducia virium esset, timere*. Polyb. in Bezug auf die Aufnahme der *speculatores*: *θανμάσας τὴν μεγαλοψυχίαν καὶ τόλμην τᾶνδρός*. — 5. turbaverat] Sein Erscheinen in Afrika hatte die Kriegspartei, auf deren Seite das Volk stand, wieder gehoben, so dass die Beschlüsse der Friedenspartei vernichtet und der Waffenstillstand gestört wurde. — 8. *utrum sua sponte*] Polyb.: *οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς ὀρμὴν ἔπεσε τοῦ βούλεσθαι συνελθεῖν εἰς λόγους τῷ Ποπλίῳ*. — 11. *haud procul Naraggara urbe*] Westlich, am Bagra-das in dem Reiche des Masinissa. Polyb.: *καὶ παραγενηθεὶς πρὸς πό-*

*λιν Ναράγαρα κατεστρατοπέδευσε, πρὸς τε τὰ ἄλλα τόπον εὐφυῆ καταλαμβάνομενος καὶ τὴν ὑδροίαν ἐντὸς βέλους ποιησάμενος*. Beachte die wörtliche Uebersetzung des Livius! — 15. *longinqua aquationis*] Polyb. fügt hinzu: *καὶ πολλὴν τάλαιπωρίαν ὑπέμενον οἱ στρατιῶται περὶ τοῦτο τὸ μέρος*.

17. *pari spatio*, gleich weit. — 19. *cuilibet regum*] Z. B. Alexander oder Pyrrhos. — 21. *conticuere*, ähnlich wie Verg. II, 1: *conticuere omnes intentique ora tenebant, conticescere* im Sinne von *obmutescere*. — 22. *si hoc ita fato datum*] die *captatio benevolentiae* im Eingang § 3—5 hat Polyb. nicht. — *qui primus*] Nicht allgemein, als wäre Hannibal der erste, welcher Rom anzugreifen gewagt habe, sondern speciell von dem noch dauernden Kriege zu verstehen. — 26. *laudum*]

cui tot de Romanis ducibus victoriam di dedissent, tibi cessisse, teque huic bello, vestris plus quam nostris cladibus insigni, finem imposuisse. hoc quoque ludibrium casus ediderit fortuna, 5 ut cum patre tuo consule ceperim arma, cum eodem primum Romano imperatore signa contulerim, ad filium eius inermis ad pacem petendam veniam. optimum quidem fuerat eam 6 patribus nostris mentem datam ab dis esse, ut et vos Italiae et nos Africae imperio contenti essemus: neque enim ne vobis 7 quidem Sicilia ac Sardinia satis digna pretia sunt pro tot classibus, tot exercitibus, tot tam egregiis amissis ducibus. sed praeterita magis reprehendi possunt quam corrigi. ita aliena 8 adpetimus ut de nostris dimicaremus, nec in Italia solum vobis bellum aut nobis in Africa esset, sed et vos in portis vestris prope ac moenibus signa armaque hostium vidistis et 9 nos ab Carthagine fremitum castrorum Romanorum exaudimus. quod igitur nos maxime abominamur, vos autem ante omnia 10 optetis, in meliore vestra fortuna de pace agitur. agimus ei, quorum maxime interest pacem esse, et qui quodcumque egerimus, ratum civitates nostrae habiturae sint. animo tantum nobis opus est non abhorrente a quietis consiliis. quod ad me attinet, senem in patriam revertentem, unde puer profectus

deiner Erfolge. — 3. *ludibrium casus*] = den höhnlischen, neckischen Zufall. — 6. *optimum quidem fuerat*] Schon *patribus nostris* zeigt, dass vom ersten Punischen Krieg die Rede ist, dessen natürliche Folge der zweite war. — 8. *contenti essemus*] Schärfer Polyb. XV, 6: ἤροζατο λέγειν ὡς ἐβούλετο μὲν ἂν μήτε Ῥωμαίους ἐπιθυμῆσαι μηδέποτε μηθενὸς τῶν ἐκτὸς Ἰταλίας μήτε Καρχηδονίους τῶν ἐκτὸς Λιβύης· ἀμφοτέροις γὰρ εἶναι ταύτας καὶ καλλίστας δυναστείας καὶ συλλήβδην ὡσανεὶ περιορισμένας ὑπὸ τῆς φύσεως. — 11. *ita aliena adpetimus*] Polyb. fährt fort: ἐπεὶ δὲ πρῶτον μὲν ὑπὲρ τῶν κατὰ Σικελίαν ἀμφισβητήσαντες ἐξεπολεμήσαμεν ἄλληλους, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ὑπὲρ τῶν κατ' Ἰβηρίαν, τὸ δὲ τέλος ὑπὸ τῆς τύχης ἀπονουθετούμενοι μέχρι τούτου προβεβήκαμεν, ὥστε καὶ περὶ τοῦ τῆς πατριδος ἐδάφους ἡμᾶς κεινδυννεύκεναι, τοὺς δ' ἀκμῆν ἔτι καὶ νῦν κινδυνεύειν, λοιπὸν ἐστίν, εἴ πως δυνάμεθα δι' αὐτῶν, παραιτησάμενοι τοὺς θεοὺς, διαλύσασθαι τὴν ἐνεστῶσαν φιλο-

τιμίαν. — 16. *abominamur*] weg-wünschen. — 17. *optetis*] ihr aber, wie ich glaube, vor Allem wünscht; die Erfüllung des Wunsches ist nahe, aber sie ist in die Ferne gerückt, wenn Scipio unmögliche Forderungen stellt. — 18. *qui ist attrahit von quodcumque egerimus*; substantivisch würde es heissen: *et quorum acta (condiciones) civitates rata habiturae sint*; verbal erwartet man: *et qui quodcumque egerimus, id perfecturi simus ut ratum civitates nostrae habeant*. — 20. *quod ad me attinet*] Polyb.: ἐγὼ μὲν οὖν ἔτοιμός εἰμι τῷ πείραν ελληφέναι δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὡς μετὰθετὸς ἐστίν ἡ τύχη καὶ παρὰ μικρὸν εἰς ἐκάτερα ποιεῖ μεγάλας ῥοπὰς, καθάπερ εἰ νηπιλοὺς παισὶ χρωμένῃ· σὲ δ' ἀγωνιά, Πόπλιε, λίαν, ἔφη, καὶ διὰ τὸ νέον εἶναι κομιδῆ καὶ διὰ τὸ πάντα σοὶ κατὰ λόγον κευωρημέναι, καὶ τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν καὶ τὰ κατὰ τὴν Λιβύην καὶ μηδέπω μέχρι γε τοῦ νῦν εἰς τὴν τῆς τύχης ἐμπεκτωμέναι πάλιν εὐμην, μήποτε οὐ πεισθῆς διὰ ταῦτα τοῖς ἐμοῖς λόγοις, καίπερ οὐσί

sum, iam secundae iam adversae res ita fraudaverunt, ut ratio-  
 11 nem sequi quam fortunam malim: tuam et adulescentiam et  
 perpetuam felicitatem, ferociora utraque quam quietis opus est  
 consiliis, metuo. non temere incerta casuum reputat, quem  
 12 fortuna numquam deceptit. quod ego fui ad Trasumennum ad 5  
 Cannas, id tu hodie es. vixdum militari aetate imperio accepto  
 13 omnia audacissime incipientem nusquam fefellit fortuna. patris  
 et patruī persecutus mortem ab calamitate vestrae domus decus  
 14 insigne virtutis pietatisque eximiae cepisti; amissas Hispanias  
 reciperasti quattuor inde Punicis exercitibus pulsus; consul 10  
 creatus, cum ceteris ad tutandam Italiam parum animi esset,  
 transgressus in Africam, duobus hic exercitibus caesis, binis  
 eadem hora captis simul incensisque castris, Syphace poten-  
 tissimo rege capto, tot urbibus regni eius, tot nostri imperii  
 ereptis, me sextum decimum iam annum haerentem in posses- 15  
 15 sione Italiae detraxisti. potest victoriam malle quam pacem  
 animus. novi spiritus magnos magis quam utiles: et mihi  
 talis aliquando fortuna adfulsit. quodsi in secundis rebus  
 bonam quoque mentem darent dei, non ea solum quae evenis-  
 16 sent, sed etiam ea quae evenire possent, reputarem. ut om- 20  
 17 nium obliviscaris aliorum, satis ego documenti in omnes casus  
 sum, ut quem modo castris inter Anienem atque urbem vestram

πιστοῖς. σκόπει δ' ἀφ' ἐνός τῶν λό-  
 γων τὰ πράγματα, μὴ τὰ τῶν προ-  
 γεγονότων ἀλλὰ τὰ καθ' ἡμᾶς αὐ-  
 τοῦς. εἰμι τοιγαροῦν Ἀννίβας ἐκεῖ-  
 νος, ὃς μετὰ τὴν ἐν Κάνναις μάχην  
 σχεδὸν ἀπάσης Ἰταλίας ἐγκρατὴς  
 γερόμενος καὶ μετὰ τινα χρόνον  
 ἦγον πρὸς αὐτὴν τὴν Ῥώμην, καὶ  
 στρατοπεδεύσας ἐν τετραράκοντα  
 σταδίαις ἐβουλευόμην ὑπὲρ ὑμῶν  
 καὶ τοῦ τῆς ὑμετέρας πατρίδος ἐδά-  
 φους, πῶς ἐστὶ μοι χρηστέον· ὃς νῦν  
 ἐν Λιβύῃ πάρεμι πρὸς σὲ Ῥωμαίων  
 ὄντα περὶ τῆς ἔμμαντοῦ καὶ τῶν Καρ-  
 χηδονίων σωτηρίας κοινολογησόμε-  
 νος. εἰς ἃ βλέποντα παρακαλῶ σε  
 μὴ μέγα φρονεῖν, ἀλλ' ἀνθρωπίνως  
 βουλευέσθαι περὶ τῶν ἐνεστώτων.  
 τοῦτο δ' ἐστὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν ἀεὶ  
 τὸ μέγιστον, τῶν δὲ κακῶν τοῦλά-  
 χιστον αἰρεῖσθαι. τίς οὖν ἂν ἔλοιτο  
 νῦν ἔχων πρὸς τοιοῦτον ὁρμᾶν κίν-  
 δυνον οἷος σοὶ νῦν ἐνέστημεν; ἐν  
 ᾧ νικῆσαι μὲν οὔτε τῇ σαυτοῦ δόξῃ  
 μέγα τι προσθήσεις οὔτε τῇ τῆς πα-  
 τρίδος, ἠττηθῆεις δὲ πάντα τὰ πρὸ  
 τούτου σεμνὰ καὶ καλὰ δι' αὐτῶν  
 ἀρῆν ἀναιρήσεις. τί οὖν ἐστὶν ὁ

προτίθεμαι τέλος τῶν νῦν λόγων:  
 πάντα περὶ ὧν πρότερον ἠμφοιβη-  
 τήσαμεν, Ῥωμαίων ὑπάρχειν (ταῦτα  
 δ' ἦν Σικελία, Σαρδῶ, τὰ κατὰ τὴν  
 Ἰβηρίαν) καὶ μηδέποτε Καρχηδο-  
 νίους Ῥωμαίοις ὑπὲρ τούτων ἀντά-  
 ραι πόλεμον ὁμοίως δὲ καὶ τὰς  
 ἄλλας νήσους, ὅσαι μεταξὺ κείνται  
 τῆς Ἰταλίας καὶ Λιβύης, Ῥωμαίων  
 ὑπάρχειν. ταύτας γὰρ πέπεισμαι  
 τὰς συνθήμας καὶ πρὸς τὸ μέλλον  
 ἀσφαλεστάτας μὲν εἶναι Καρχηδο-  
 νίους, ἐνδοξοτάτας δὲ σοὶ καὶ πᾶσι  
 Ῥωμαίοις. — 1. fraudaverunt, sc.  
 fidentem, so dass fraudare = decipere  
 wird: mich; der ich nach einer  
 langen Laufbahn eben als Greis in  
 das Vaterland zurückkehre, haben  
 Glück und Unglück so enttäuscht,  
 so herabgestimmt, so abgekühlt,  
 dass etc. Dem senex steht die  
 adulescentia, den iam secundae iam  
 adversae res die perpetua felicitas  
 des Scipio gegenüber. — 9. amissas  
 Hispanias, cf. zu p. 95, 6. —  
 16. haerentem detraxisti, cf. 31: re-  
 stitamentem ac tergiversantem in Afri-  
 cam attraxi. — 21. in omnes casus,

positis signa inferentem ac prope scandentem videras moenia Romana — hic cernas duobus fratribus, fortissimis viris clarissimis imperatoribus orbatum, ante moenia prope obsessae patriae, quibus terrui vestram urbem, ea pro mea deprecantem. 19  
 5 maximae cuique fortunae minime credendum est: in bonis tuis  
 rebus, nostris dubiis, tibi iam ampla ac speciosa danti est pax, nobis petentibus magis necessaria quam honesta. melior tutiorque est certa pax quam sperata victoria; haec in tua, illa in deorum manu est. ne tot annorum felicitatem in unius horae 20  
 0 dederis discrimen; cum tuas vires, tum vim fortunae Martemque belli communem propone animo. utrimque ferrum, utrimque corpora humana erunt: nusquam minus quam in bello eventus respondent. non tantum ad id, quod data pace iam 21  
 5 habere potes, si proelio vincas, gloriae adieceris, quantum ademeris, si quid adversi eveniat. simul parta ac sperata decora unius horae fortuna evertere potest. omnia in pace 22  
 iungenda tuae potestatis sunt, P. Corneli: tunc ea habenda fortuna erit, quam di dederint. inter pauca felicitatis virtutisque 23  
 0 exempla M. Atilius quondam in hac eadem terra fuisset, si victor pacem petentibus dedisset patribus nostris: non statuendo felicitati modum nec cohibendo efferentem fortunam quanto altius elatus erat, eo foedius conruit. est quidem eius 24  
 qui dat, non qui petit, condiciones dicere pacis: sed forsitan non indigni simus, qui nobismet ipsi multam irrogemus: non 25  
 5 recusamus quin omnia, propter quae bellum initum est, vestra sint, Sicilia Sardinia Hispania, quidquid insularum toto inter Africam Italiamque continetur mari: Carthaginienses inclusi 26  
 Africae litoribus vos, quando ita dis placuit, externa etiam terra marique videamus regentes imperio. haud negaverim, 27  
 0 propter non nimis sincere petitam aut exspectatam nuper pacem suspectam esse vobis Punicam fidem. multum, per quos petita sit, ad fidem tuendae pacis pertinet, Scipio. vestri 28  
 quoque, ut audio, patres non nihil etiam ob hoc, quia parum dignitatis in legatione erat, negaverunt pacem: — Hannibal 29  
 5 peto pacem, qui neque peterem, nisi utilem crederem, et propter eandem utilitatem tuebor eam propter quam petii. et quem 30  
 ad modum, quia a me bellum coeptum est, ne quem eius

des Glückswechsels. — 1. Liv. XXXIX, 28, 3: *transcendentem me iam muros a capta prope urbe revocavit consul.* — 13. *respondent, ad spem et rationem.* — *tantum gloriae*, du wirst zu dem Glanze, welcher dir durch einen Friedensabschluss sicher ist, nicht so viel Ruhm durch

einen eventuellen Sieg hinzugewinnen, als etc. — 21. *efferentem*, weil er sich in seiner Ueberhebung nicht zu beschränken wusste, so war sein Sturz um so tiefer, je höher das launische Glück ihn erhoben hatte.

paeniteret, quoad id ipsi invidere dei, praestiti, ita adnitar, ne quem pacis per me partae paeniteat.“

XXXI. Adversus haec imperator Romanus in hanc fere sententiam respondit: „non me fallebat, Hannibal, alacres adventus tui spe Carthaginienses et praesentem indutiarum fidem et spem 5  
2 pacis turbasse; neque tu id sane dissimulas, qui de condicionibus superioribus pacis omnia subtrahas praeter ea, quae iam  
3 pridem in nostra potestate sunt. ceterum ut tibi curae est sentire cives tuos, quanto per te onere leventur, sic mihi laborandum est, ne, si quae tunc pepigerunt, hodie subtracta ex  
4 10 condicionibus pacis praemia perfidiae habeant. indigni, quibus eadem pateat condicio, etiam ut prosit vobis fraus petitis. neque patres nostri priores de Sicilia, neque nos de Hispania fecimus bellum: et tunc Mamertinorum sociorum periculum, et nunc Sagunti excidium nobis pia ac iusta induerunt arma. 15  
5 vos lacessere et tu ipse fateris et dei testes sunt, qui et illius belli exitum secundum ius fasque dederunt et huius dant et

3. Vgl. Polyb. XV, 8: Ἀννίβας μὲν οὖν ταῦτ' εἶπεν, ὁ δὲ Πόπλιος ὑπολαβὼν οὔτε τοῦ περὶ Συκελίας ἔφη πολέμου Ῥωμαίους οὔτε τοῦ περὶ τῆς Ἰβηρίας αἰτίους γεγονέναι, Καρχηδονίους δὲ προφανῶς· ὑπὲρ ὧν κάλλιστα γινώσκειν αὐτὸν τὸν Ἀννίβαν. μάρτυρας δὲ καὶ τοὺς θεοὺς γεγονέναι τούτων, περιθέντας τὸ κράτος οὐ τοῖς ἄρχουσι χειρῶν ἀδίκων ἀλλὰ τοῖς ἀμυνομένοις. βλέπειν δὲ καὶ τὰ τῆς τύχης οὐδενὸς ἦττον, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων στοχάζεσθαι κατὰ δύναμιν. ἀλλ' εἰ μὲν πρὸ τοῦ τοὺς Ῥωμαίους διαβαίνειν εἰς Λιβύην αὐτὸς ἐξ Ἰταλίας ἐκωρήσας προὔτεινες τὰς διαλύσεις ταύτας, οὐκ ἂν οἴομαι σε διαφενεσθῆναι τῆς ἐλπίδος· ἐπεὶ δὲ σὺ μὲν ἄκων ἐκ τῆς Ἰταλίας ἀπηλλάγης, ἡμεῖς δὲ διαβάντες εἰς τὴν Λιβύην τῶν ὑπαίθρων ἐκρατίσαμεν, δῆλον ὡς μεγάλην εἴληψε τὰ πράγματα παραλλαγῆν. τὸ δὲ δὴ μέγιστον ἤλθομεν ἐπὶ τί μέρους; ἡττηθέντων καὶ δεηθέντων τῶν παρὰ σοῦ πολιτῶν ἐθέμεθα συνθήκας ἐγγράπτους, ἐν αἷς ἦν, πρὸς τοῖς ὑπὸ σοῦ νῦν προτεινομένοις, τοὺς ἀίχμαλώτους ἀποδοῦναι χωρὶς λύτρων Καρχηδονίους, τῶν πλοίων τῶν καταφράκτων παραχωρῆσαι, πεντακισχίλια τάλαντα προσενεγκεῖν, ὅμηρα δοῦναι περὶ τούτων. ταῦτα ἦν ἃ συνεθέμεθα

πρὸς ἀλλήλους. ὑπὲρ τούτων ἐπρεβεύσαμεν ἀμφοτέρωι πρὸς τε τὴν σύγκλητον τὴν ἡμετέραν καὶ πρὸς τὸν δῆμον, ἡμεῖς μὲν ὁμολογοῦντες εὐδοκεῖν τοῖς γεγραμμένοις, Καρχηδόνιοι δὲ δεομενοὶ τούτων τυχεῖν. τυχόντες δ' ὧν ἤξιον, ἠθέτησαν ταῦτα Καρχηδόνιοι, παρασπονθήσαντες ἡμᾶς. τί λείπεται ποιεῖν; σὺ τὴν ἐμὴν χάραν μεταλαβὼν εἶπον. ἀφελεῖν τὰ βαρύτερα τῶν ὑποκειμένων ἐπιταγμάτων; ἵνα μὴ λαβόντες ἄθλα τῆς παρανομίας, διδαχθῶσι τοὺς εὖ ποιοῦντας εἰς τὸ λοιπὸν παρασπονδεῖν; ἀλλ' ἵνα τυχόντες ὧν ἄξιοῦσι, χάριν ὀφείλωσιν ἡμῖν; ἀλλὰ νῦν μεθ' ἱκετηρίας τυχόντες ὧν παρεκάλουν, ὅτι βραχείας ἐλπίδος ἐπελάβοντο τῆς κατὰ σέ, παρὰ πόδας ὡς ἐχθροῖς ἡμῖν κέχρηται καὶ πολεμίοις. ἐν οἷς βαρύτερον μὲν τινος προσεπιταχθέντος δυνατὸν ἀνευγκεῖν τῷ δήμῳ περὶ διαλύσεως, ὑφαίρειν δὲ ποιουμένοις τῶν ὑποκειμένων οὐδὲ ἀναφορὰν ἔχει τὸ διαβούλιον (= colloquium). τί πέρασ οὖν πάλιν τῶν ἐμῶν λόγων; ἢ τὴν ἐπιτροπὴν ὑμᾶς διδοῦναι περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῆς πατρὸς ἡμαχομένουσ νικᾶν.“ — 11. indigni = praeterquam quod indigni estis, an und tūr sich schon unwürdig des Friedens auf Grund derselben Bedingungen. — 16. vos lacessere,

dabunt. quod ad me attinet, et humanae infirmitatis memini, 6  
 et vim fortunae reputo, et omnia quaecumque agimus subiecta  
 esse mille casibus scio: ceterum quem ad modum superbe et  
 violenter me faterer facere, si, priusquam in Africam traiecis- 7  
 sem, te tua voluntate cedentem Italia et imposito in naves  
 exercitu ipsum venientem ad pacem petendam aspernarer; sic  
 nunc, cum prope manum consertum restitanti ac tergiver- 8  
 santem in Africam attraxerim, nulla sum tibi verecundia ob-  
 strictus. proinde si quid ad ea, quae tum pax conventura vi- 9  
 debatur — quae sit multa navium cum commeatu per indutias  
 expugnatarum legatorumque violatorum — adicitur, est quod  
 referam ad consilium: sin illa quoque gravia videntur, bellum  
 parate, quoniam pacem pati non potuistis.“

Ita infecta pace ex conloquio ad suos cum se recepissent, 10  
 frustra verba praeclara facta renuntiant: armis decernendum  
 esse habendamque eam fortunam, quam dei dedissent. XXXII. In  
 castra ut est ventum, pronuntiant ambo, arma expedirent mi-  
 lites animosque ad supremum certamen, non in unum diem  
 sed in perpetuum, si felicitas adesset, victores: Roma an Car- 2  
 thago iura gentibus daret, ante crastinam noctem scituros.

denn *vos lacessebatis*, so oft es zum  
 Kriege kam. — 7. *manum consertum*]  
 der Ausdruck ist der gerichtlichen  
 Sprache in den Legislationen ent-  
 lehnt. Bei dem Rechtsstreit über  
 das Eigenthum enthielt die Ver-  
 handlung *in iure* (vor dem Magi-  
 strat) den eigenthümlichen Act der  
*vindicatio* oder des *in iure manum*  
*conserere*: die streitenden Parteien  
 begannen um den Gegenstand der  
 Klage einen Scheinkampf. Der  
 Kläger sprach: *fundum qui est in*  
*agro qui Sabinus vocatur, ego ex*  
*iure Quiritium meum esse aio, inde*  
*ibi ego te ex iure manum con-*  
*sertum voco*. Der Gegner sprach:  
*unde tu me ex iure manum conser-*  
*tum vocasti, inde ibi ego te revoco*.  
 Vgl. Puchta Instit. II, 81 sq. Der  
 Gegenstand des Streites ist Italien,  
 welches Hann. als sein Eigenthum  
 betrachtet. Scipio erhebt nun An-  
 spruch und zwingt den Gegner, ob-  
 wohl er auf alle Weise zu entwi-  
 schen sucht, ihm nach Afrika zu  
 folgen, das als Gerichtsstätte ge-  
 dacht wird. Scipio will sagen: du  
 warst so weit entfernt, freiwillig  
 Italien aufzugeben, dass du es viel-  
 mehr fast als ein dir zugehöriges

Eigenthum betrachtetest und nur  
 der äussersten Gewalt nachgabst.  
 — 9. *ad ea, quae etc.*] = zu den-  
 jenigen Bedingungen, welche da-  
 mals als Friede vereinbart wurden,  
 so aber, dass das Relativ vom No-  
 men des Relativsatzes attrahirt wird  
 = zu den Bedingungen, unter wel-  
 chen, wie es schien, der Friede zu  
 Stande kommen würde. — 10. *multa*,  
 Busse, Genugthuung. — *navium*] für  
 die Schiffe. Während der Friedens-  
 verhandlungen (203), setzte Cn.  
 Octavius mit einer starken Flotte  
 von Sicilien nach Afrika über, ward  
 aber von einem Sturm überfallen:  
 die Lastschiffe wurden an die Insel  
 Aegimuros verschlagen, andere un-  
 mittelbar in die Nähe der Stadt.  
 Nun wurde durch die aufgeregte  
 Volksmenge Hasdrubal gezwungen  
 sich dieser Schiffe zu bemächtigen.  
 — 12. *ad consilium*] an den  
 Kriegsrath; erst wenn dieser zu-  
 stimmte, konnten Verhandlungen  
 über die Präliminarien beginnen.

19. *victores*] sc. *futuri*. — 20. *iura*  
*gentibus daret*] Warum ist diese  
 Anschauung nicht richtig? Vgl. Po-  
 lyb.: Καρχηδόνιοι μὲν ὑπὲρ τῆς  
 σφετέρως σωτηρίας καὶ τῶν κατὰ

neque enim Africam aut Italiam, sed orbem terrarum victoriae  
 3 praemium fore, par periculum praemio, quibus adversae pugnae  
 in aliena atque ignota terra et Carthagini supremo auxilio  
 effuso adesse videbatur praesens excidium.

4 Ad hoc discrimen procedunt postero die duorum opulen-  
 tissimorum populorum duo longe clarissimi duces, duo fortis-  
 5 simi exercitus, multa ante parta decora aut cumulaturi eo die  
 aut eversuri. anceps igitur spes metus miscebant animos,  
 6 contemplantibusque modo suam modo hostium aciem, cum non  
 oculis magis quam ratione pensarent vires, simul laeta simul  
 tristitia obversabantur, quae ipsis sua sponte non succurrebant,  
 7 ea duces admonendo atque hortando subiciebant. Poenus sedecim  
 annorum hostium in terra res gestas, tot duces Romanos tot  
 8 exercitus occidione occisos, et sua cuique decora, ubi ad in-  
 signem alicuius pugnae memoria militem venerat, referebat;  
 9 Scipio Hispanias et recentia in Africa proelia et confessionem  
 hostium, quod neque non petere pacem propter metum neque  
 10 manere in ea prae insita animis perfidia potuissent. ad hoc  
 conloquium Hannibalis, in secreto habitum ac liberum fingenti  
 11 qua volt flectit; ominatur, quibus quondam auspiciis patres  
 eorum ad Aegates pugnauerint insulas, ea illis exeuntibus in  
 aciem portendisse deos. adesse finem belli ac laboris, in ma-  
 nibus esse praedam Carthaginis, reditum domum in patriam  
 ad parentes liberos coniuges penatesque deos. celsus haec  
 corpore voltuque ita laeto, ut vicisse iam crederes, dicebat.  
 instruit deinde primos hastatos, post eos principes, triariis  
 postremam aciem clausit. XXXIII. non confertas autem co-

την Λιβύην πραγμάτων, Ῥωμαῖοι δὲ  
 περὶ τῆς τῶν ὄλων ἀρχῆς καὶ δυνα-  
 στείας. — 5. effuso] erschöpft. —  
 6. postero die] Zonaras erwähnt:  
 ὅτι καὶ ὁ ἥλιος σύμπασι ἐξέλιπεν.  
 Darnach hat man als den Tag der  
 Schlacht den 19. Oct. berechnet. —  
 9. anceps] Wir sagen: die Gemü-  
 ther schwebten ängstlich zwischen  
 Furcht und Hoffnung. — 10. non  
 oculis magis quam ratione pens.] =  
 überschauten und überdachten. —  
 13. subiciebant, vor den verschiede-  
 nen Armeetheilungen, cf. p. 126, 6.  
 — 15. decora] Waffenthaten. —  
 16. memoria ist von insignem abhän-  
 gig: ein Soldat, welcher durch eine  
 denkwürdige Kriegsthat ausgezeich-  
 net war. Vorbild des Polyb. u. Li-  
 vius war Thuc. VII, 69. — 21. qua

volt flectit] giebt ihm eine für sei-  
 nen jetzigen Zweck (der Ermunte-  
 rung) passende Deutung, Referat.  
 — ominatur] hebt als bedeutend  
 hervor. — patres eorum] der Punier  
 oder Römer? — 24. reditum domum]  
 den Kern des Heeres bildeten die  
 beiden Sicilischen Strafl Legionen,  
 die Ueberreste der Cannensischen  
 Armee. — 25. celsus haec corpore]  
 = gehoben und mit leuchtenden  
 Augen.

28. non confertas autem cohortes]  
 Hier = manipulos. Das Ungewöhn-  
 liche bestand darin, dass die Zwi-  
 schenräume zwischen den Manipeln  
 durch beide Schlachtreihen, die  
 hastati und principes, in gerader  
 Linie fortliefen (§ 3 directos  
 ordines); nicht, wie gewöhnlich die



hortes ante sua quamque signa instruebat, sed manipulos aliquantum inter se distantes, ut esset spatium qua elephanti hostium acti nihil ordines turbarent. Laelium, cuius ante 2 legati, eo anno quaestoris extra sortem ex senatus consulto opera utebatur, cum Italico equitatu ab sinistro cornu, Masinissam Numidasque ab dextro opposuit. vias patentes inter 3 manipulos antesignanorum velitibus — ea tunc levis armatura erat — complevit, dato praecepto, ut ad impetum elephantorum aut post directos refugerent ordines, aut in dextram 0 laevamque discursu applicantes se signis viam, qua iruerent in ancipitia tela, beluis darent. Hannibal ad terrorem primos 4 elephantos — octoginta autem erant, quot nulla umquam in acie ante habuerat — instruxit, deinde auxilia Ligurum 5 Gallorumque Baliaribus Maurisque admixtis; in secunda acie Carthaginenses Afrosque et Macedonum legionem; modico 6 deinde intervallo relicto subsidiariam aciem Italicorum militum — Bruttii plerique erant, vi ac necessitate plures quam sua voluntate decedentem ex Italia secuti — instruxit. equitatum 7 et ipse circumdedit cornibus, dextrum Carthaginenses, sinistrum 0 Numidae tenuerunt. Varia adhortatio erat in exercitu inter 8 tot homines, quibus non lingua, non mos, non lex, non arma, non vestitus habitusque, non causa militandi eadem esset. auxiliaribus et praesens et multiplicata ex praeda merces ostentabatur; Galli proprio atque insito in Romanos odio 9 accenduntur; Liguribus campi uberes Italiae deductis ex asperimis montibus in spem victoriae ostentantur; Mauros Numidasque Masinissae impotenti futuro dominatu terrent, aliae 5

*principes* hinter den Intervallen der *hastati* standen. — 4. *extra sortem*] Wahrscheinlich hatte ihn Scipio dringend gewünscht; denn die Opposition im Senat gegen Scipio war längst durch die Ereignisse zum Schweigen gebracht. — 7. *antesignanorum*] Es sind hauptsächlich die *hastati* gemeint, welche ihre *signa* hinter sich haben. — 8. *dato praecepto*] Polyb.: παραγγελίας τοῖς προκινδυνεύειν, ἐὰν δὲ ἐκβιάζωνται κατὰ τὴν τῶν θηρίων ἔφοδον, ἀποχωρεῖν, τοὺς μὲν καταταχοῦντας (= *veloces*) διὰ τῶν ἐπ' εὐθείας διαστημάτων εἰς τοῦπίσω τῆς ὄλης δυνάμεως, τοὺς δὲ περικαταλαμβανομένων (sc. ὑπὸ τῶν πολεμίων) εἰς τὰ πλάγια παραίστασθαι διαστήματα κατὰ τὰς σημάτας (in *latera concederent*). — 12. *LXXX autem erant*] ὄντα πλείω

τῶν ὀδοῦμοντα Polyb. — 15. *Macedonum legionem*] Polyb. erwähnt sie nicht. Vgl. Liv. XXX, 26 *legati sociarum urbium ex Graecia simul nuntiarunt quattuor millia militum cum Sopatro duce traiecta in Africam, et pecuniae aliquantum una missum*. Karth. hatte allerdings um Hülfe von Philipp gebeten, dieser hatte aber kurz vor dem Eintreffen der Gesandtschaft Friede mit Rom geschlossen. Es ist nun nicht unmöglich, dass ein Freiwilligen-Corps (vielleicht als *mercennarii*) nach Afrika ging, worauf auch die Worte *cum Sopatro duce* hindeuten. Die griechischen Gesandten suchen natürlich Philipp zu verleumden. — 17. *vi ac necessitate*] doch wohl aus Furcht vor der Rache Roms. — 27. *impotenti dominatu*] denn die auf Seite Karthago's stehenden Nu-

11 aliis spes ac metus iactantur. Carthaginensibus moenia patriae,  
di penates, sepulchra maiorum, liberi cum parentibus, con-  
iugesque pavidae, aut excidium servitiumque aut imperium  
orbis terrarum, nihil aut in metum aut in spem medium,  
ostentantur.

12 Cum maxime haec imperator apud Carthaginienses, duces  
suarum gentium inter populares, pleraque per interpretes inter-  
13 mixtos alienigenis agere(n)t, tubae cornuaque ab Romanis  
cecinerunt, tantusque clamor ortus, ut elephantis in suos sinistro  
maxime cornu verterentur, Mauros ac Numidas. addidit facile  
14 Masinissa percussis terrorem, nudavitque ab ea parte aciem  
equestri auxilio. paucae tamen bestiarum intrepidae in hostem  
actae inter velitum ordines cum multis suis vulneribus ingentem  
15 stragem edebant . . . resiliens enim ad manipulos velites,  
cum viam elephantis, ne obtererentur, fecissent, in ancipites  
ad ictum utrimque coniciebant hastas, nec pila ab antesignanis  
16 cessabant, donec undique incidentibus telis exacti ex Romana  
acie hi quoque in suo dextro cornu ipsos Carthaginensium  
equites in fugam verterunt. Laelius ut turbatos vidit hostes,  
addidit percussis terrorem.

XXXIV. Utrisque nudata equite erat Punica acies, cum  
pedes concurrat, nec spe nec viribus iam par. ad hoc dictum  
parva, sed magna eadem in re gerenda momenta: congruens  
clamor a Romanis eoque maior et terribilior, dissonae illis ut

midier wird Masinissa als Sieger grausam verfolgen. — 7. *per interpretes*] Hannibal hatte bei den fremden Truppentheilen immer Dollmetscher, denn ohne diese hätte er sich auch nicht mit den Führern dieser Truppentheile verständigen können. Der Satz *duces suarum gentium inter populares* ist parenthetisch zu fassen. Vielleicht ist zu schreiben: *apud Carthaginienses et inter duces variarum gentium populares*. — 9. *in suos*] Nach Polyb. lässt Hann. den Angriff mit den Elephanten eröffnen, dann ertönen die Hörner und Trompeten von den Römern entgegen: *τινὰ μὲν διαταραχθέντα τῶν θηρίων ὄρησε παλίσσυντα κατὰ τῶν βεβοηθηκότων τοῖς Καρχηδονίοις Νομάδων*. So erklären sich auch die Worte *nudavitque ab ea parte aciem equestri auxilio*. — 11. *Masinissa*, welcher den rechten Flügel der Römer mit seiner Reiterei deckend dem linken Flügel der

Carthager gegenüber stand. — 14. *enim* kann nicht den Neben- umstand *cum multis suis vulneribus*, sondern nur den Hauptbegriff *ingentem stragem edebant* sammt jener Modalität erklären. Aus dem Folgenden lässt sich aber nicht erkennen, worin die *ingens strages* der Römer bestehen soll. Die Darstellung des Livius muss also lückenhaft sein; wahrscheinlich sind vor *resiliens enim* mehrere Sätze ausgefallen. — 19. *Laelius*] Polyb.: *καὶ Λαίλιος ἄμα τῇ περὶ τοὺς ἐλέφαντας ταραχῇ ἐμβολῶν ἠνάγκασε φνεῖν τοὺς τῶν Καρχηδονίων ἰππεῖς προτροπάδην. οὗτος μὲν ὄν ἐπέκειτο τοῖς φεύγουσιν ἐκθύμως· τὸ δ' ὅμοιον ἐποίησε καὶ Μασσανίσσης*.

24. *maior et terribilior*] Bei Polyb. ist die Sache einfacher: *ἐπειδὴ δ' ἔγγυς ἦσαν ἀλλήλων, οἱ μὲν Ῥωμαῖοι κατὰ τὰ πάτρια συναλαλάξαντες καὶ συμφοφῆσαντες τοῖς ἔλεφει τοὺς θυρεοὺς (pila) προσέβα-*

gentium multarum discrepantibus linguis voces; pugna Romana 2  
 stabilis et suo et armorum pondere incumbentium in hostem,  
 concursatio et velocitas illinc maior quam vis. igitur primo  
 impetu extemplo movere loco hostium aciem Romani. ala 3  
 5 deinde et umbone pulsantes, in summotos gradu inlato, ali-  
 quantum spatii velut nullo resistente incessere, urgentibus et 4  
 novissimis primos, ut semel motam aciem sentire; quod ipsum  
 vim magnam ad pellendum hostem addebat. apud hostes 5  
 auxiliares cedentes secunda acies, Afri et Carthaginienses, adeo  
 10 non sustinebant, ut contra etiam, ne resistentes pertinaciter  
 primos caedendo ad se perveniret hostis, pedem referrent. igitur 6  
 auxiliares terga dant repente, et in suos versi partim refugere  
 in secundam aciem, partim non recipientes caedere, ut et paulo  
 ante non adiuti et tunc exclusi. et prope duo iam permixta 7  
 15 proelia erant, cum Carthaginienses simul cum hostibus simul  
 cum suis cogarentur manus conserere. non tamen ita per- 8  
 culsos iratosque in aciem accipere, sed densatis ordinibus in  
 cornua vacuumque circa campum extra proelium eicere, ne  
 pavido fuga vulneribus milite sinceram et integram aciem  
 20 miscerent. ceterum tanta strages hominum armorumque locum, 9  
 in quo steterant paulo ante auxiliares, compleverat, ut prope  
 difficilior transitus esset, quam per confertos hostes fuerat.  
 itaque qui primi erant, hastati per cumulos corporum armorum- 10  
 que et tabem sanguinis qua quisque poterat sequentes hostem  
 25 et signa et ordines confuderunt. principum quoque signa fluctuari  
 coeperant vagam ante se cernendo aciem. quod Scipio ubi vidit, 11  
 receptui propeere canere hastatis iussit; et sauciis in postremam

λον τοῖς ὑπεναντίοις. οἱ δὲ μισθοφόροι τῶν Καρχηδονίων ἀδιακρίτον ἐποιοῦν τὴν φωνὴν καὶ παραλλαγήν· οὐ γὰρ πάντων ἦν κατὰ τὸν ποιητὴν ὁ αὐτὸς θροῦς οὐδ' ἰα γῆρυς· ἄλλη δ' ἄλλων γλώσσα, πολυκλήτοι τ' ἔσαν ἄνδρες. — 4. *extemplo movere loco hostium aciem*] Genauer und anschaulicher Polyb.: πάσης δ' οὐσης ἐν χειρὸς καὶ κατ' ἄνδρα τῆς μάχης διὰ τὸ μὴ δόρασι μηδὲ ξίφεσι χρῆσθαι τοὺς ἀγωνιζομένους, τῇ μὲν εὐχερεΐα (soll = *velocitas, concursatio* sein!) καὶ τὸ ὅλην προεἶχον οἱ μισθοφόροι τὰς ἀρχάς, καὶ πολλοὺς κατετραυματίουν τῶν Ῥωμαίων, τῷ δὲ τῆς συντάξεως ἀκριβεῖ (*pugna stabili?*) καὶ τῷ καθοπλισμῷ (*armorum pondere?*) πιστεύοντες οἱ Ῥωμαῖοι μᾶλλον ἐπέβαινον εἰς τὸ πρόσθεν (*in summotos gradu inlato?*). —

7. *novissimis*] Polyb.: ἅμα δὲ τοῖς μὲν Ῥωμαίοις ἐπομένων καὶ παρακαλούντων τῶν κατόπιν. — 10. *non sustinebant*] stützten sie so wenig: τοῖς δὲ μισθοφόροις τῶν Καρχηδονίων οὐ συνεγγιζόντων οὐδὲ παραβοηθούτων ἄλλ' ἀποδειλιώντων ταῖς ψυχαῖς, πέρας ἐνέκλιναν οἱ βάρβαροι. Pol. — 13. *ut... exclusi*] = δόξαντες ἐγκαταλείπεσθαι προφανῶς ὑπὸ τῶν ἰδίων. — 17. *sed densatis ordinibus*] sie schlossen ihre Glieder eng zusammen, wie es anfangs nicht der Fall war. = 22. *per confertos hostes*] der μισθοφόροι, deren Stelle nun die Karth. und Afrer einnahmen. — 26. *vagam ante se cernendo aciem*] = οἱ μὲν γὰρ περιγίπων ἡγεμόνες συνθεασάμενοι τὸ γεγονός ἐπέστησαν τὰς αὐτῶν τάξεις. Pol. — 27. *in postremam aciem*] dennoch bilden die

- aciem subductis principes triariosque in cornua inducit, quo  
 12 tutior firmiorque media hastatorum acies esset. ita novum de  
 integro proelium ortum est: quippe ad veros hostes perven-  
 tum erat, et armorum genere et usu militiae et fama rerum  
 13 gestarum et magnitudine vel spei vel periculi pares. sed et  
 numero superior Romanus erat, et animo, quod iam equites  
 iam elephantos fuderat, iam prima acie pulsa in secundam  
 pugnabat. XXXV. in tempore Laelius ac Masinissa, pulsos  
 2 per aliquantum spatii secuti equites, revertentes in aversam  
 hostium aciem incurrere. is demum equitum impetus fudit  
 1 hostem. multi circumventi in acie caesi; per patentem circa  
 campum fuga sparsi tenente omnia equitatu passim interierunt.  
 3 Carthaginiensium sociorumque caesa eo die supra milia viginti,  
 par ferme numerus captus cum signis militaribus centum tri-  
 ginta duobus, elephantis undecim. victores ad mille et quin-  
 1 genti cecidere.
- 4 Hannibal cum paucis equitibus inter tumultum elapsus  
 Hadrumentum perfugit, omnia et ante proelium et in acie,  
 5 priusquam excederet pugna, expertus et confessione etiam  
 Scipionis omniumque peritorum militiae inperatoriam illam  
 6 laudem adeptus, singulari arte aciem eo die instruxisse: ele-  
 phantos in prima fronte, quorum fortuitus impetus atque

Hastati jetzt die *media acies*: τὸς μὲν (die Hastaten) αὐτοῦ (eodem illo loco) πρὸ τῆς μάχης (adversos hostibus) κατὰ μέσους τοὺς πολεμίου ἐπέστησεν, τοὺς δὲ πρίγκιπας καὶ τριαρίους πυκνώσας ἐφ' ἑκάτερον τὸ κέρασ προάγειν παρήγγειλεν. — 3. quippe ad veros hostes] Es ist dies die dritte Linie, die Kerntuppen Hannibals, grossentheils Italiker, sie kämpfen aber jetzt als zweite Linie aufgenommen in die gelichteten Reihen der Karthager und Afrer (*prima acie pulsa in secundam pugnabat*).

8. Laelius ac Masinissa] Polyb. sagt vom Kampf des Fussvolks: ἀκριτον ἐπὶ πολὺ συνέβαινε γενέσθαι τὴν μάχην, ἕως οἱ περὶ τὸν Μασσανάσση καὶ Λαίλιον ἀπὸ τοῦ διωγματος τῶν ἱππέων ἀνακίπτοντες (revertentes) δαιμονίως εἰς δέοντα καιρὸν (in tempore) συνῆψαν. Wäre Hannibal, wie sonst, an Reiterei stark genug oder überlegen gewesen, so wäre der Sieg für ihn gewiss erfolgt. — 9. equites als

Acc. zu *pulsos* gehörig. — 13. *supra millia XX*] die Zahlen stimmen genau mit der Angabe des Polyb., nur erwähnt er die Elephanten und die *signa militaria* nicht. Der Verlauf der Schlacht ist ähnlich wie der der Schlacht bei Cannae: die Niederlage des Karth. Heeres erfolgt erst durch das Eingreifen der Reiterei; daher erklärt sich der geringe Verlust der Römer. — 18. *omnia expertus*] Polyb. XV, 15: πάντα τὰ δυνατὰ ποιήσας κατὰ τὸν κίνδυνον, ὅσα τὸν ἀγαθὸν ἔδει στρατηγὸν καὶ πολλῶν ἤδη πραγμάτων πείραν εἰληφότα. Die Worte: *omnia et ante proelium et in acie, priusquam excederet pugna, expertus* umfassen die einzelnen Momente des Polybianischen Ausdruckes: κατὰ τὸν κίνδυνον. Was *ante proelium* heissen soll, sagt Polyb.: πρῶτον μὲν γὰρ εἰς λόγους συνελθὼν ἐπειράθη δι' αὐτοῦ λύσει ποιήσασθαι τῶν ἐνεστώτων, doch ist natürlich dabei auch an die vortreffliche Aufstellung u. Verwendung der ihm zu Gebote stehenden Streit-

intolerabilis vis signa sequi et servare ordines, in quo plurimum spei ponerent, Romanos prohiberent; deinde auxiliares 7 ante Carthaginensium aciem, ne homines mixti ex conlutione omnium gentium, quos non fides teneret sed merces, liberum receptum fugae haberent, simul primum ardorem atque impetum 8 hostium excipientes fatigarent, ac, si nihil aliud, vulneribus suis ferrum hostium hebetarent; tum, ubi omnis spes, 9 milites Carthaginenses Afrosque, ut omnibus rebus aliis pares, eo quod integri cum fessis ac sauciis pugnarent, superiores 0 essent; Italicos, incertos socii an hostes essent, in postremam aciem summos. hoc edito velut ultimo virtutis opere Hannibal 10 cum Hadrumetum refugisset, accitusque inde Carthaginem sexto ac tricesimo post anno, quam puer inde profectus erat, redisset, fassus in curia est non proelio modo se sed bello 11 victum, nec spem salutis alibi quam in pace impetranda esse.

XXXVII. Postero die revocatis legatis et cum multa castigatione perfidiae monitis, ut tot cladibus edocti tandem deos et ius iurandum esse crederent, condiciones pacis dictae, ut liberi legibus suis viverent; quas urbes quosque agros Afrorum 2 quibusque finibus ante bellum tenuissent, tenerent, populandique finem eo die Romanus faceret. perfugas fugitivosque 3 et captivos omnes redderent Romanis, et naves rostratas praeter decem triremes traderent, elephantosque quos haberent domitos, neque domarent alios. bellum ne extra Africam neve 4 in Africa iniussu populi Romani gererent. Masinissae res redderent foedusque cum eo facerent. frumentum stipendium- 5 que auxiliis, donec ab Roma legati redissent, praestarent. decem milia talentum argenti, discripta pensionibus aequis in

kräfte zu denken. — 1. *signa sequi et servare ordines*] = συνταράξει και διασπάσει τὰς τάξεις τῶν ὑπερναντίων. Pol. — 8. *Carthaginensium*] Polyb.: ἀναγκάσας δὲ τοὺς Καρχηδονίους μέσους ὄντας μένειν και μάχεσθαι, κατὰ τὸν ποιητὴν, ὄφρα και οὐκ ἐθέλων τις ἀναγκάει πολεμίζοι. — 10. *incertos*] die Stimmung der Italiker verkennt Livius vollständig: sie waren Hannibal freiwillig nach Afrika gefolgt und hatten von den Römern keinen Pardon zu erwarten. Polyb.: τοὺς δὲ μαχιμωτάτους και στασιμωτάτους (= *pertinaces*) τῶν ἀνδρῶν ἐν ἀποστάσει (πλεῖον ἢ στάδιον ἀποστήσας τῶν προτεταγμένων) παρενέβαλε χάριν τοῦ διαμένοντος ἀκραιολοῦς τοῖς τε σώμασι και ταῖς ψυχαῖς, σὺν καιρῷ χρή-

σασθαι ταῖς σφετέραις ἀρεταῖς. — 11. *ultimo virtutis opere*] „ἐσθλὸς ἐὼν ἄλλον κρείττονος ἀντέτυχεν.“

18. *ut liberi etc.*] Karthago bleibt also ein souveräner Staat, wenn auch durch den Friedensvertrag beschränkt in der Ausübung seiner Souveränität. — 19. *Afrorum*] damit ist das Aufgeben von Spanien etc. bestimmt. — 24. *ne extra Africam*] Polyb.: πόλεμον μηδενὶ τῶν ἔξω τῆς Λιβύης ἐπιφέρειν καθόλου, μηδὲ τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ χωρὶς τῆς Ῥωμαίων γνώμης. — 26. *foedusque*] das Bündniss erwähnt Polyb. nicht, entspricht aber ganz der römischen Sitte. — 28. *decem millia talentum*] Ein Talent = 1403 Thlr. — *aequis pensionibus*] φέροντας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν Εὐβοϊκὰ τάλαντα διακόσια.

annos quinquaginta, solverent. obsides centum arbitrato Scipionis darent, ne minores quattuordecim annis neu triginta maiores. indutias ita se daturum, si per priores indutias naves onerariae captae, quaeque fuissent in navibus, restituerentur: aliter nec indutias nec spem pacis ullam esse.

XLIII. Inclinatissimum omnium ad pacem animis Cn. Lentulus consul, cui classis provincia erat, senatus consulto intercessit. tum M. Acilius et Q. Minucius tribuni plebis ad populum tulerunt, vellent iuberentne senatum decernere, ut cum Carthaginensibus pax fieret; quem eam pacem dare, quemque ex Africa exercitum deportare iuberent. de pace uti rogatae erant omnes tribus iusserunt; pacem dare P. Scipionem, eundem exercitum deportare. ex hac rogatione senatus decrevit, ut P. Scipio ex decem legatorum sententia pacem cum populo Carthaginensium quibus legibus ei videretur faceret. gratias deinde patribus egere Carthaginenses, et petierunt, ut sibi in urbem introire et colloqui cum civibus suis liceret, qui capti in publica custodia essent: esse in iis partim propinquos amicosque suos, nobiles homines, partim ad quos mandata a propinquis haberent. quibus conventis cum rursus peterent, sibi quos vellent ex iis redimendi potestas fieret, iussi nomina edere: et cum ducentos ferme ederent, senatus consultum factum est, ut legati Romani ducentos ex captivis, quos Carthaginenses vellent, ad P. Cornelium in Africam deportarent, nuntiarentque ei, ut, si pax convenisset, sine pretio eos Carthaginensibus redderet. fetiales cum in Africam ad foedus

6. *omnium animis]* zu Rom. — *Cn. Lentulus Consul]*: *cupiditate flagrabat provinciae Africae: seu bellum foret, facilem victoriam fore, seu iam finiretur, finiti tanti belli a se consule gloriam petens.* Schliesslich hatte der Senat den Beschluss gefasst: *cui classis obvenisset, in Siciliam navigaret, si pax cum Carthaginensibus componi nequisset, in Africam traiceret; consul mari, Scipio eodem quo adhuc iure inperii terra rem gereret.* — 7. *intercessit]* dieses Recht hat ein Consul gegen den andern ebenso wie die Tribunen. Durch die Intercession wurde ein förmliches *senatus consultum* verhindert u. konnte nicht dem Volke vorgelegt werden, der Beschluss hiess deshalb nur *senatus auctoritas*. Die Volkstribunen haben aber das Recht, die Sache an das Volk (Tributcomitien)

auch ohne *senatus consultum* zu bringen. — 9. *senatum decernere]* Gegen den im Auftrag des Volks gefassten Senatsbeschluss durfte der Consul nicht wagen zu intercediren, weil er dadurch die Majestät des Volkes verletzt hätte. — 11. *uti rogas]* Stehende Formel für die Annahme des Vorschlags, d. h. (nach späterer Sitte) sie gaben die Stimmtafel ab, auf der V. R. (= *uti rogas*) stand; dagegen A = *antiquo* bedeutet die Ablehnung. — 14. *ex X legatorum sententia]* *Nam moris erat, ut inperatoribus ad bellum proficiscentibus primo legati, quos vellent, necessarii plerumque a senatu darentur; postea vero, cum prospere res gesta esset et pacem hostes peterent vel constituenda esset provincia, decem insuper legati decernerentur, quorum ex consilio inperator leges pacis da-*

feriendum ire iuberentur, ipsis postulantibus senatus consultum factum est in haec verba, ut privos lapides silices privasque verbenas secum ferrent; uti praetor Romanus imperaret, ut foedus ferirent, illi praetorem sagmina poscerent. herbae id  
 5 genus ex arce sumptum fetialibus dari solet.

Ita dimissi ab Roma Carthaginenses cum in Africam  
 10 venissent ad Scipionem, quibus ante dictum est legibus pacem fecerunt.

Africani cognomen militaris prius favor an popularis aura  
 10 celebraverit, an, sicuti Felicis Sullae Magnique Pompei patrum memoria, coeptum ab adsentatione familiari sit, parum compertum habeo. primus certe hic imperator nomine victae a se gentis est nobilitatus. exemplo deinde huius nequaquam victoria pares insignes imaginum titulos claraque nomina fa-  
 15 miliae liquerunt.

### III. Der Zweite Macedonische Krieg (200—196).

#### A) Verhandlungen in Rom (Liv. XXXI, 5—8).

V. Anno quingentesimo quinquagesimo primo ab urbe condita, P. Sulpicio Galba C. Aurelio consulibus, bellum cum  
 20 rege Philippo initum est, paucis mensibus post pacem Carthaginensibus datam. omnium primum eam rem idibus Martiis, 2 quo die tum consulatus inibatur, P. Sulpicius consul rettulit, 3

*ret et res disceptandas componeret.* Cf. Liv. XXXIII, 24. XXXVII, 55 etc. — 1. *ipsis postulantibus*] der Senatsbeschluss wird also erst durch das Collegium der Fetialen veranlasst. — 2. *in haec verba*] Vgl. zu I, 24. — 4. *praetorem*] Alterthümliche (sacralrechtliche) Bezeichnung für den an der Spitze stehenden, den Staat vertretenden Feldherrn. — 9. Polyb. XVIII, 18: Ποπλίον τοῦ μεγάλου κληθέντος. — 11. *adsentatione familiari*, Schmeichelei des Verwandten- u. Freundeskreises. — 12. *nomine victae gentis*, denn die aus Ortsnamen gebildeten *Cognomina*, wie Camerinus Collatinus Medullinus Mugillanus Maluginensis Regillensis, bezeichnen entweder den ursprünglichen Heimatsort des Geschlechts oder ein Verhältniss des Patronats zu einer mit Rom verbündeten Stadt oder auch die

hervorragende Betheiligung bei der Anlage einer Colonie. Vgl. Schwegler II, 365.

18. *quing. quinq. primo*] Livius ist in seiner Rechnung hinter den *Fasti consulares* (Vgl. Mommsen Lat. Inschr. p. 483—551) um 3 Jahre zurück. Es war nach der Varronischen Rechnung 554 a. u. c. = 200 a. Chr. — 20. *paucis mensibus*] Vielleicht noch vor der Rückkehr Scipio's aus Afrika. — 21. *idibus Martiis*] dies war der *dies sollemnis* für den Amtsantritt der Consuln (sicher seit der Zeit des zweiten punischen Krieges, wahrscheinlich aber schon im ersten punischen Kriege), bis im J. 154 v. Chr. beschlossen wurde, künftig den Magistratswechsel auf die *Kalendae Ianuariae* zu legen, um das bürgerliche Jahr mit dem Consulatsjahr in Uebereinstimmung

senatusque decrevit, uti consules maioribus hostiis rem divinam  
 4 facerent, quibus diis ipsis videretur, cum precatione ea, quod  
 senatus populusque Romanus de re publica deque ineundo  
 novo bello in animo haberet, ea res uti populo Romano so-  
 ciisque ac nomini Latino bene ac feliciter eveniret; secundum 5  
 rem divinam precationemque ut de re publica deque provinciis  
 5 senatum consulerent. per eos dies opportune iritandis ad  
 bellum animis et litterae ab M. Aurelio legato et M. Valerio  
 Laevino propraetore adlatae, et Atheniensium nova legatio  
 6 venit, quae regem appropinquare finibus suis nuntiaret, brevi-  
 que non agros modo sed urbem etiam in ditione eius futuram,  
 7 nisi quid in Romanis auxilii foret. cum renuntiassent con-  
 sules rem divinam rite peractam esse, et precationi admissis  
 deos haruspices respondere, laetaque exta fuisse, et prolatio-  
 nem finium victoriamque et triumphum portendi, tum litterae 15  
 8 Valerii Aureliique lectae et legati Atheniensium auditi. senatus  
 inde consultum factum est, ut sociis gratiae agerentur, quod  
 diu sollicitati ne obsidionis quidem metu fide decessissent.  
 9 de auxilio mittendo tum responderi placere, cum consules  
 provincias sortiti essent, atque is consul, cui Macedonia pro-  
 vincia evenisset, ad populum tulisset, ut Philippo regi Mace-  
 donum indiceretur bellum.

VI. P. Sulpicio provincia Macedonia sorte evenit, isque  
 rogationem promulgavit, vellent iuberent Philippo regi Mace-  
 donibusque, qui sub regno eius essent, ob iniurias armaque 25  
 3 inlata sociis populi Romani bellum indici. rogatio de bello

zu bringen. — 1. *maioribus hostiis*] Im Gegensatz zu *lactentes*, doch können es auch grössere Opferthiere, Rinder, *victimae* sein. — 7. *iritandis ad bellum animis*] dem Senat erschien der Krieg nothwendig und er hatte ihn genau genommen durch seine Intervention schon begonnen, so dass er unmöglich zurücktreten konnte; die Bürgerschaft aber war unwillig, sie glaubte, der Senat gönne den Bürgern keine Ruhe. — 9. *Laevino propraetore*] Er war mit 38 Schiffen bereits nach Macedonien abgeschickt. Der Gesandte M. Aurelius berichtete über die grossen Rüstungen und Bündnisse Philipps: „*maiore conatu Romanis ad capessendum bellum opus esse, ne cunctantibus eis aunderet Philippus, quod Pyrrhus prius ausus ex aliquanto minore regno esset.*“ — 10. *appropinquare finibus suis*] Bei

den Eleusinien waren zwei Akarnaner, welche als Uneingeweihte in den Tempel sich eingedrängt hatten, erschlagen worden. Die Athener verweigerten Genugthuung. Nun machten die Akarnaner von Philipp unterstützt einen plündernden Einfall in Attika und als Philipp im Frühjahr 200 gegen Abydos zog, schickte er seinen Feldherrn Philokles gegen Athen, um die Plünderung zu wiederholen. — 13. *admissis deos*] dass also der Krieg *iustum, piumpque* sei.

24. *promulgavit*] die vorläufige Bekanntmachung der Rogation, drei Wochen vor dem angesetzten Termine der Verhandlung, cf. zu I p. 78, 13. — 26. *sociis populi Romani*] Nicht nur Athen, sondern hauptsächlich Abydos, die Pforte Asiens. Die Einwohner leisteten den hartnäckigsten Widerstand, fie-



Macedonico primis comitiis ab omnibus ferme centuriis antiquata est. id cum fessi diuturnitate et gravitate belli sua sponte homines taedio periculorum laborumque fecerant, tum Q. Baebius tribunus plebis, viam antiquam criminandi patres 4  
 5 ingressus, incusaverat bella ex bellis seri, ne pace umquam frui plebs posset. aegre eam rem passi patres, laceratusque 5  
 probris in senatu tribunus plebis; et consulem pro se quisque hortari, ut de integro comitia rogationi ferendae ediceret, ca- 6  
 stigaretque segnitiam populi atque edoceret, quanto damno dedecorique dilatio ea belli futura esset. VII. consul in campo 10  
 Martio comitiis, priusquam centurias in suffragium mitteret, contione advocata „ignorare“ inquit „mihi videmini, Quirites, 2  
 non utrum bellum an pacem habeatis vos consuli — neque enim liberum id vobis Philippus permittet, qui terra marique 15  
 ingens bellum molitur —, sed utrum in Macedoniam legiones transportetis, an hostes in Italiam accipiatis. hoc quantum 3  
 intersit, si numquam alias, proximo certe Punico bello experti estis. quis enim dubitat, quin, si Saguntinis obsessis fidemque 4  
 nostram inplorantibus inpigre tulissemus opem, sicut patres 20  
 nostri Mamertinis tulerant, totum in Hispaniam aversuri bellum fuerimus, quod cunctando cum summa clade nostra in Italiam accepimus? ne illud quidem dubium est, quin hunc 4  
 ipsum Philippum, pactum iam per legatos litterasque cum Hannibale ut in Italiam traiceret, misso cum classe Laevino, 25  
 qui ultro ei bellum inferret, in Macedonia continuerimus. et 5  
 quod tunc fecimus, cum hostem Hannibalem in Italia haberemus, id nunc pulso Italia Hannibale, devictis Carthaginien- sibus cunctamur facere? patiamur expugnandis Athenis, sicut 6

len aber zuletzt wie die Vertheidiger von Sagunt (200). — 1. *antiquata est*] cf. zu XXX, 43. — 3. *taedio periculorum*] Aus Widerwillen gegen neue Kriegsgefahren. — 4. *Q. Baebius*] Ein Q. Baebius Herennius erscheint als Gegner der Nobilität und Freund des C. Terentius Varro XXII, 34.

11. *comitiis*] = *tempore comitorum*: in der Regel steht ein Adjectiv oder Genetiv dabei. Vgl. Zumpt § 475 Anm. — 12. *contione advocata*] Nach den üblichen Opfern und Gebeten beruft der Vorsitzende das Volk um sich, um die betr. Sache auseinander zu setzen. Diese belehrende und vorbereitende Versammlung heisst immer *contio*. — 13. *habeatis*] Abhängigkeit des *Coniunct. deliberativus* = haben wollt.

— *consuli* für *rogari* wie I p. 117, 8. — 17. *Punico bello*, im Kriege mit Karthago; ohne *Punico* würde man unter *proximo bello* nur den Macedonisch-Aetolischen Krieg verstehen. — 18. *fidem*, Schutz, Hülfe, wozu die Römer als Bundesgenossen verpflichtet waren, cf. zu I p. 65, 5. — 19. *inpigre* = *nihil cunctantes*. — *patres*, und damals vor Allen die Volkspartei, cf. p. 18, 19. — 24. *misso cum classe Laevino*] Erster Macedonischer Krieg 214—205. Die Römer führten den Krieg in Verbindung mit den Aetolern, Eleern und Epiroten gegen Philipp und vertrieben ihn von der Küste von Illyrien, cf. Liv. XXIV, 40. — 28. *patiamur*, angenommen wir warten erst die Eroberung Athens ab; hypothetischer Vordersatz in Form

Sagunto expugnando Hannibalem passi sumus, segnitiam no-  
 7 stram experiri regem: non quinto inde mense, quem ad modum  
 ab Sagunto Hannibal, sed quinto ille die quam ab Corintho  
 8 solverit naves, in Italiam perveniet. ne aequaveritis Hannibali  
 Philippum, ne Carthaginensibus Macedonas: Pyrrho certe 5  
 9 aequabitis. aequabitis dico? quantum vel vir viro vel gens  
 genti praestat! minima accessio semper Epirus regno Macedo-  
 niae fuit, et hodie est. Peloponnesum totam in ditione Phi-  
 lippus habet, Argosque ipsos, non vetere fama magis quam  
 10 morte Pyrrhi nobilitatos. nostra nunc comparate. quanto 10  
 magis florentem Italiam, quanto magis integras res salvis  
 ducibus, salvis tot exercitibus, quos Punicum postea bellum  
 absumpsit, adgressus Pyrrhus tamen concussit, et victor prope  
 11 ad ipsam urbem Romanam venit! nec Tarentini modo oraque  
 illa Italiae, quam maiorem Graeciam vocant, ut linguam, ut 15  
 nomen secutos crederes, sed Lucanus et Bruttius et Samnis  
 12 ab nobis defecerunt. haec vos, si Philippus in Italiam trans-  
 miserit, quietura aut mansura in fide creditis? manserunt enim  
 Punico postea bello. numquam isti populi, nisi cum deerit ad  
 13 quem desciscant, ab nobis non deficient. si piguisset vos in 20  
 umbra vestri auxilii latere volunt, in societatem vestram con-  
 fugiunt, ut portibus vestris recipiantur, ut comitatibus utantur!  
 32 mare in potestate habent, terras, quascumque adeunt, extemplo 20  
 ditionis suae faciunt: quod rogant, cogere possunt; quia peper-  
 cisse vobis volunt, committere vos cur pereatis non patiuntur.  
 33 nam quod Cleomedon modo tamquam mediam et tutissimam  
 vobis viam consilii, ut quiesceretis abstineretisque armis, osten-  
 34 debat, ea non media sed nulla via est. etenim praeterquam 25  
 quod aut accipienda aut spernenda vobis Romana societas est,  
 quid aliud quam nusquam gratia stabili, velut qui eventum  
 exspectaverimus, ut fortunae applicarem nostrae consilia,  
 praeda victoris erimus? nolite, si quod omnibus votis petendum  
 35 erat ultro offertur, fastidire. non quemadmodum hodie utrum- 30  
 que vobis licet, sic semper liciturum est. nec saepe nec diu  
 36 eadem occasio erit. liberare vos a Philippo iam diu magis

des Antigonus Gonatas. Vgl. Nieb. Vorl. Gr. Gesch. III, 400. — 1. Polybius' Vertheidigung des Aristänus gegen gegen den Vorwurf der *προδοσία* zeigt zur Genüge, dass die Nationalpartei wenigstens die Einmischung Roms als einen Angriff auf die Freiheit u. Selbständigkeit Griechenlands betrachtete, ohne jedoch zu wissen, wie man sich ihrer erwehren konnte. Die Darstellung des Aristäenus ist also parteiisch. — 5. *Issaici lembi*] Von der Insel Issa an der Küste von Dalmatien, deren Bewohner tüchtige Seeleute waren, so benannt.

— 12. *Dymas*] Oestlich vom Korinthischen Meerbusen. Die Stadt wurde von den Römern u. Aetolern zerstört, von Philipp wieder hergestellt. — 14. *ceteris exemplo*] andern zur Warnung (schreckenden Beispiel) werden. — 17. *deprensus in aliena terra*] Abgeschnitten auf fremdem Boden. — 22. *cur pereatis*] sie wollen euch jeden Grund, Veranlassung zu eurem Verderben benehmen. — 27. *gratia stabili*, ohne sicheren Rückhalt bei einer der kriegführenden Parteien (*musquam*). — 32. *liberare vos*] Antigonus Dason hatte sich zugleich die

voltis quam audetis. sine vestro labore et periculo qui vos in libertatem vindicarent, cum magnis classibus exercitibusque mare traiecerunt. hos si socios aspernamini, vix mentis sanae 37 estis: sed aut socios aut hostes habeatis oportet.“

5 XXII. Secundum orationem praetoris murmur ortum aliorum cum adsensu, aliorum inclementer adsentientes increpantium; et iam non singuli tantum sed populi universi inter se 2 altercabantur. tum inter magistratus gentis — damiurgos vocant; decem numero creantur — certamen nihilo segnius 10 quam inter multitudinem esse. quinque relatores de societate 3 Romana se aiebant suffragiumque daturus; quinque lege cautum testabantur, ne quid, quod adversus Philippi societatem esset, aut referre magistratibus aut decernere concilio ius esset. is quoque dies iurgiis est consumptus.

15 Supererat unus iusti concilii dies: tertio enim lex iubebat 4 decretum fieri. in quem adeo exarsere studia, ut vix parentes ab liberis temperaverint. Riasias — Pellenensis erat — filium 5 damiurgum nomine Memnonem habebat, partis eius quae decretum recitari perrogarique sententias prohibebat. is diu 6 20 obtestatus filium, ut consulere Achaeos communi saluti pateret, neu pertinacia sua gentem universam perditum iret, postquam parum proficiebant preces, iuratus se eum sua manu 7 interempturum nec pro filio sed pro hoste habiturum, minis pervicit, ut postero die coniungeret iis se qui referebant. qui 8

Hegemonie über den Achäischen Bund übertragen lassen, das Bündniss war also Abhängigkeit.

9. *decem numero*] Ursprünglich waren es 10 Bundesstaaten. Diese Zahl der Damiurgen blieb nun bestehen, auch als die Zahl der Bundesstaaten grösser wurde. Livius hat zwei verschiedene Dinge durcheinandergeworfen, den Bundesrath und die Landesversammlung. Daher erklärt sich auch c. 21 die Anrede *principes Achaeorum* und die Bezeichnung *advocati*, gleich als ob Aristaenus vor dem Bundesrathe spräche. Dieser hat die Befugniß ein *προβούλευμα* zu fassen und nur wenn sich die Mehrzahl für einen Antrag an das Volk aussprach, konnte der Strateg diesen zur Verhandlung bringen. Eine Landesversammlung wurde aber nicht berufen, ohne dass der Bundesrath schon vorher ein *Probuleuma* gefasst hat. Dies muss auch im vor-

liegenden Falle geschehen sein. Denn wollte man annehmen, dass die fremden Gesandten sofort in den Landtag eingeführt wurden u. dass der Bundesrath während der Versammlung einen Vorbeschluss fasste, so sieht man nicht ein, warum dies nicht sofort am zweiten Tage geschieht, ehe die Debatte eröffnet wird. — 11. *suffragiumque daturus*] zur Abstimmung bringen lassen, dagegen *suffragium ferre* selbst abstimmen. — 12. *ne quid referre aut decernere ius esset*] Aehnliche Bestimmungen wurden den Gesetzen auch von den Athenern häufig beigelegt. Vgl. XXXI, 44, 8. — 19. *recitari*] Zum Zweck der Relation. Der Ausdruck ist der Römischen Sitte entlehnt, da die Volkstribunen in der Regel bei der Recitation gegen eine Rogation zu intercediren pflegten. — 21. *perditum iret*, ebenso urtheilt Polyb. in der p. 144, 5 angeführten Stelle. — 24. *referebant*, den Antrag einge-

cum plures facti referrent, omnibus fere populis haud dubie approbantibus relationem, ac prae se ferentibus quid decreturi essent, Dymaei ac Megalopolitani et quidam Argivorum, priusquam decretum fieret, consurrexerunt ac reliquerunt concilium, neque mirante ullo nec improbante. nam Megalopolitanos avorum memoria pulsos ab Lacedaemoniis restituerat in patriam Antigonus, et Dymaeis captis nuper direptisque ab exercitu Romano, cum redimi eos, ubicumque servirent, Philippus iussisset, non libertatem modo sed etiam patriam rediderat: iam Argivi, praeterquam quod Macedonum reges ab se oriundos credunt, privatis etiam hospitiiis familiarique amicitia plerique illigati Philippo erant. ob haec concilio, quod inclinaverat ad Romanam societatem iubendam, excesserunt; veniaque iis huius secessionis fuit et magnis et recentibus obligatis beneficiis. XXIII. ceteri populi Achaeorum cum sententias perrogarentur, societatem cum Attalo ac Rhodiis praesenti decreto confirmarunt: cum Romanis quia iniussu populi non poterat rata esse, in id tempus, quo Romam mitti legati possent, dilata est; in praesentia tris legatos ad L. Quinctium mitti placuit, et exercitum omnem Achaeorum ad Corinthum admoveri captis Cencreis iam urbem ipsam Quinctio oppugnante.

E) Die Schlacht bei Scotusa (Kynoskephalae) (Liv. XXXIII, 5—12).

V. Quinctius ad Thebas Phthioticas castra cum movisset, spem nactus per Timonem principem civitatis prodi urbem, cum paucis equitum levisque armaturae ad muros successit. ibi adeo frustrata spes est, ut non certamen modo cum erumpentibus sed periculum quoque atrox subiret, ni castris exciti

bracht wissen wollten. — 6. *pulsos*] Cleomenes hatte Megalopolis erobert und zum Theil zerstört, die Einwohner hatten sich nach Messene geflüchtet (226). — 8. *servirent*] die Einwohner waren also nach der damaligen barbarischen Sitte in die Sklaverei verkauft worden. — 11. *ab se oriundos*] Vgl. Herod. V, 22; VIII, 137. — 14. *secessionis*] Absonderung, Trennung.

15. *ceteri populi*] Ihre Gesinnung drückt Appian richtiger aus, wenn er sagt: *οἱ πλείονες ἠροῦντο τὰ Φιλίππου καὶ ἀπεστρέφοντο Ῥωμαίους*. Man bedenke ferner, dass Aristaeus der Vorwurf der *προδοσία*

gemacht wurde. — 16. *praesenti decreto*] Mit Attalus, der anwesend war, und den Rhodiern, welche wahrscheinlich bevollmächtigte Gesandte geschickt hatten, trat das Bündniss sofort in Kraft, L. Quinctius dagegen hatte keine Vollmacht, ein solches förmlich abzuschliessen. — 20. *exercitum*] die Achäer hofften sofort von den Römern Korinth zu erhalten (c. 19, 5). 23. *ad Thebas*] Am Pagasäischen Meerbusen. — 24. *prodi*, das Präsens von der sicheren Erwartung. — 26. *frustrata*] die Bürgerschaft war eben so gut macedonisch gesinnt wie auf Euboea und in Ko-

repente pedites equitesque in tempore subvenissent. et postquam nihil conceptae temere spei succedebat, urbis quidem amplius temptandae in praesentia conatu abstitit: ceterum satis gnarus iam in Thessalia regem esse, nondum comperto, quam in regionem venisset, milites per agros dimissos vallum caedere et parare iubet.

VI. Quinctius postero die vallum secum ferente milite ut paratus omni loco castris ponendis esset, progressus modicum iter, sex ferme milia a Pheris cum consedisset, speculatum, in qua parte Thessaliae hostis esset quidve pararet, misit. circa Larisam erat rex. certior iam factus Romanum ab Thebis Pheras movisse, defungi quam primum et ipse certamine cupiens ducere ad hostem pergit, et quattuor milia fere a Pheris posuit castra. inde postero die cum expediti utrimque ad occupandos super urbem tumulos processissent, pari ferme intervallo ab iugo quod capiendum erat, cum inter se conspecti essent, constiterunt, nuntios in castra remissos, qui quid sibi, quoniam praeter spem hostis occurrisset, faciendum esset consularent, quieti opperientes. et illo quidem die nullo inito certamine in castra revocati sunt: postero die circa eosdem tumulos equestre praelium fuit, in quo non minimum Aetolorum opera regii fugati atque in castra compulsi sunt. magnum utrisque impedimentum ad rem gerendam fuit ager consitus crebris arboribus, hortique ut in suburbanis locis, et coartata itinera maceriis et quibusdam locis interclusa. itaque pariter ducibus consilium fuit excedendi ea regione, et velut

rinth. — 2. *conceptae temere spei*] der schnell gefasste Plan. — 4. *nondum comperto*] die beiden Participien sind dem Griech. nachgebildet: *τοῦτο μὲν σαφῶς εἰδώς, τὸ δὲ οὐ δυνάμενος γνῶναι* etc. — 5. *vallum caedere et parare*] = sich mit Schanzpfählen versehen.

7. *postero die*] Gehört zum Hauptverbum *speculatum misit*, cf. Polyb. XVIII, 2 *κατὰ δὲ τὴν ἐπιούσαν ὑπὸ τὴν ἑσθινὴν ἕξι-πεμπε τοὺς κατοπτρεύοντας καὶ διερευνησομένους, εἴ τινα δυνήθειεν λαβεῖν ἀφορμὴν εἰς τὸ γνῶναι, ποῦ ποτ' εἰσὶ καὶ τί πράττουσιν οἱ πολέμιοι.* — 10. *circa Larisam*] Nordwestlich von Pherae am Peneus. Die Form *circa Larissam rex* ist griechisch. — 15. *super urbem tumulos*] Es ist τὸ Χαλκιδόνιον ὄρος gemeint, der Bergzug, an dessen

nördlichem Fusse Pherae liegt, früher Herrschersitz des Tyrannen Iason und seiner Dynastie. Der Hafenplatz der Stadt war das 4 Stunden weiter östlich gelegene Pagasae. Vgl. Bursian, Geogr. von Griech. I, 69. — 21. *non minimum*] griech. = *οὐχ ἥμιστα*. Die Form ist ungewöhnlich; *fugati* entspricht nicht der Wahrheit. Die Macedonier wurden zwar hart bedrängt, zogen sich aber geordnet zurück. Polyb.: *τῶν δὲ περὶ τὸν εὐπόλεμον τὸν Αἰτωλὸν εὐρώστως κινδυνευόντων καὶ συνεκαλουμένων τοὺς Ἰταλικούς πρὸς τὴν χρεῖαν, θλίβεσθαι συνέβαινε τοὺς Μακεδόνας. καὶ τότε μὲν ἐπὶ πολὺν χρόνον ἀκροβολισάμενοι διεχωρίσθησαν εἰς τὰς αὐτῶν παρεμβολάς.* — 24. *hortique*] der Quelle *Ἰπέρεια* verdankt die Stadt die herrlichen Gärten, welche sich noch jetzt im Norden

ex praedicto ambo Scotusam petierunt, Philippus spe frumentandi inde, Romanus, ut praegressus corrumperet hosti frumeta. per diem totum, quia colles perpetuo iugo intererant, nullo conspecta inter se loco agmina ierunt. Romani ad Eretriam Phthiotici agri, Philippus super amnem Onchestum posuit castra. ne postero quidem die, cum Philippus ad Melambium quod vocant Scotusaei agri, Quinctius circa Thetidium Pharsaliae terrae posuisset castra, aut hi aut illi, ubi hostis esset, satis compertum habuerunt. tertio die primo nimbus effusus, dein caligo nocti simillima Romanos metu insidiarum tenuit. VII. Philippus maturandi itineris causa, post imbrem nubibus in terram demissis nihil deterritus, signa ferri iussit. sed tam densa caligo occaecaverat diem, ut neque signiferi viam nec signa milites cernerent, agmen ad incertos clamores vagum velut errore nocturno turbaretur. insuper ingressi tumulos qui Cynoscephalae vocantur, relicta ibi statione firmo peditum equitumque, posuerunt castra. Romanus eisdem ad Thetidium castris cum se tenuisset, exploratum tamen, ubi hostis esset, decem turmas equitum et mille pedites misit monitos, ut ab insidiis, quas dies obscurus apertis quoque locis tecturus esset, praecaverent. ubi ventum ad insessos tumulos est, pavore mutuo iniecto velut torpentes quieverunt: dein nuntiis retro in castra ad duces missis, ubi primus terror ab necopinato visu consedit, non diutius certamine abstinuere. principio a paucis procurrentibus laccessita pugna est, deinde subsidiis tuentium pulsos aucta. in qua cum haudquaquam pares

der Stadt ausbreiten. — 1. *Scotusam*] *Σκώτουσα* westlich von Pherae. Nördlich davon sind die rauhen und steilen Hügel, in deren Gestalt die Alten eine gewisse Aehnlichkeit mit Hundsköpfen zu erkennen glaubten. Hier wurde auch Pelopidas von den Söldnern des Alexander von Pherae erschlagen. Cf. Bursian I, 70 sq. — 6. *Melambium*] Wahrscheinlich ein Dorf in der Feldmark von Scotusa (nördlich). — 7. *Thetidium*] Südlich von Scotusa. — 9. *nimbus*] *ἐπιγενομένου δὲ ὄμβρον καὶ βροντῶν ἐξαισίων* (= *effusus*). Polyb.

13. *ut neque signiferi etc.*] Polyb. hat nur die Worte: *ὥστε διὰ τὸν ἐφεστῶτα ζόφον μηδὲ τοὺς ἐν ποσὶ δύνασθαι βλέπειν*. — 15. *insuper ingressi tumulos*] der Marsch war schon gehindert durch die Dunkelheit; als man nun dazu noch auf

die Berghügel kam, konnte das Heer nicht weiter marschiren. Dies stimmt mit Polyb.: *δυσχρηστούμενος δὲ κατὰ τὴν πορείαν διὰ τὴν ομίχλην, βραχὺν τόπον διανύσας τὴν μὲν δύναμιν εἰς χάρακα παρενέβαλε, τὴν δ' ἐφεδρῆσαν ἀπέστειλε, συντάξας ἐπὶ τοὺς ἄκρους ἐπιβαλεῖν τῶν μεταξὺ κειμένων βουνῶν* (Hügelkette). — 22. *velut torpentes*] *ἐπὶ βραχὺ διαταραχθέντες ἀμφοτέροι*. — 25. *laccessita pugna*] = *ἀκροβολίζεται*. — 26. Polyb. XVIII, 4: *ἐπειδὴ δὲ κατὰ τὴν συμπλοκὴν οἱ Ῥωμαῖοι κατεβαροῦντο καὶ καθῶς ἐπασχον ὑπὸ τῆς τῶν Μακεδόνων ἐφεδρῆσας, πέμποντες εἰς τὴν ἐαυτῶν παρεμβολὴν ἐδέοντο σφίσι βοηθεῖν. ὁ δὲ Τίτος παρακαλέσας τοὺς περὶ τὸν Ἀρχέδαμον καὶ τὸν Εὐπόλεμον Αἰτωλοὺς καὶ δύο τῶν παρ' αὐτοῦ χιλιάρχων ἐξέπεμψε μετὰ πεντακισίων ἱππέων καὶ δισχιλίων πεζῶν.*

Romani alios super alios nuntios ad ducem mitterent premi-  
 sese, quingenti equites et duo milia peditum, maxime Aeto- 7  
 lorum, cum duobus tribunis militum prope rem missa rem incli-  
 natam restituerunt, versaque fortuna Macedones laborantes  
 opem regis per nuntios implorabant. rex ut qui nihil minus 8  
 illo die propter effusam caliginem quam proelium exspectasset,  
 magna parte hominum omnis generis pabulatum missa ali-  
 quamdiu inops consilii trepidavit; deinde postquam nuntii 9  
 instabant, et iam iuga montium detexerat nebula, et in con-  
 spectu erant Macedones in tumultum maxime editum inter alios  
 compulsi, loco se magis quam armis tutantes, committendam 10  
 rerum summam in discrimen utcumque ratus, ne partis inde-  
 satae iactura fieret, Athenagoram ducem mercede militantium  
 cum omnibus praeter Thracas auxiliis et equitatu Macedonum  
 ac Thessalorum mittit. eorum adventu depulsi ab iugo Romani 12  
 non ante restiterunt quam in planiorem vallem perventum est.  
 ne effusa detruderentur fuga, plurimum in Aetolis equitibus 13  
 praesidii fuit. is longe tum optimus eques in Graecia erat:  
 pedites inter finitimos vincebantur. VIII. laetior res quam pro  
 successu pugnae nuntiata, cum alii super alios recurrentes ex  
 proelio clamarent fugere pavidos Romanos, invitum Philippum  
 et cunctabundum et dicentem rem temere fieri, non locum 2  
 sibi placere, non tempus, perpulit, ut educeret omnes copias  
 in aciem. idem et Romanus, magis necessitate quam occasione  
 pugnae inductus, fecit. dextrum cornu elephantis ante signa 3  
 instructis in subsidiis reliquit; laevo cum omni levi armatura  
 in hostem vadit, simul admonens cum isdem Macedonibus  
 pugnatos, quos ad Epiri fauces, montibus fluminibusque 4  
 saeptos, victa naturali difficultate locorum expulissent acieque  
 expugnassent; cum iis, quos P. Sulpicii prius ductu obsidentes 5  
 in Eordaeam aditum vicissent. fama stetisse, non viribus  
 Macedoniae regnum. eam quoque famam tandem evanuisse.

Demnach muss *maxime Aetolorum* bei Livius corrupt sein, denn ein Missverständnis der Worte des Polyb. war nicht möglich; vgl. auch v. 17. — 7. *pabulatum*] ἐπιχορτολογίαν. — 18. Polyb. c. 5: Ἀτῶλοι γὰρ καθ' ὅσον ἐν τοῖς περικοῖς ἑλλειπεῖς εἰσι καὶ τῷ καθοπλισμῷ καὶ τῇ συντάξει πρὸς τοὺς ὀλοσχερεῖς ἀγῶνας, κατὰ τοσοῦτον τοῖς ἰππικοῖς διαφέρουσι πρὸς τὸ βέλτιον τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐν τοῖς κατὰ μέρος καὶ κατ' ἴδιαν κινδύνοις. — 19. *inter finitimos*] unter den Griechen.

19. *quam pro successu*] als der Er-

folg des Kampfes wirklich war. — 22. *rem temere fieri*] das Unternehmen geschehe übereilt. — 23. *perpulit*] Subject ist *laetior res nuntiata*. — 25. *elephantis*, cf. XXXVII, 39, 13. — Polyb. c. 6: τὸ μὲν δεξιὸν μέρος ἐκέλευε μένειν κατὰ χώραν, καὶ τὰ θηρία πρὸ τούτων, τῷ δ' εὐανύμῳ μετὰ τῶν εὐζώνων ἐπήγει σοβαρῶς τοῖς πολεμίοις. — 31. *in Eordaeam*] Oestl. von Lyncestis, südlich von Pelagonien. Cf. XXXI, 39: *inde satis conperto Eordaeam petituros Romanos, ad occupandas angustias, ne superare hostes artis faucibus inclusum aditum pos-*

6 iam perventum ad suos in ima valle stantes erat, cum adventu  
 exercitus imperatorisque pugnam renovant, impetuque facto  
 7 rursus avertunt hostem. Philippus cum caetratis et cornu  
 dextro peditum, robore Macedonici exercitus, quam phalangem  
 8 vocabant, prope cursu ad hostem vadit: Nicanori ex purpura  
 tatis uni, ut cum reliquis copiis confestim sequatur, imperat.  
 9 primo ut in iugum evasit, et iacentibus ibi paucis armis cor-  
 poribusque hostium proelium eo loco fuisse pulsosque inde  
 Romanos et pugnari prope castra hostium vidit, ingenti gaudio  
 10 est elatus: mox refugientibus suis et terrore verso, paulisper  
 11 incertus, an in castra reciperet copias, trepidavit; deinde ut  
 appropinquabat hostis, et praeterquam quod caedebantur aversi,  
 nec nisi defenderentur servari poterant, ne ipsi quidem in tuto  
 12 iam receptus erat, coactus nondum adsecuta parte suorum  
 periculum summae rerum facere, equites levemque armaturam,  
 13 qui in proelio fuerant, dextro in cornu locat, caetratos et  
 Macedonum phalangem hastis positis, quarum longitudo impe-  
 14 dimento erat, gladiis rem gerere iubet. simul ne facile per-  
 rumperetur acies, dimidium de fronte demptum introrsus por-  
 rectis ordinibus duplicat, ut longa potius quam lata acies esset,  
 simul et densari ordines iussit, ut vir viro, arma armis iun-  
 gerentur. IX. Quinctius eis qui in proelio fuerant inter signa  
 2 et ordines acceptis tuba dat signum. raro alias tantus clamor  
 dicitur in principio pugnae exortus: nam forte utraque acies  
 simul conclamavere, nec solum qui pugnabant, sed subsidia  
 2 etiam quique tum maxime in proelium veniebant. dextro cornu  
 3 rex loci plurimum auxilio ex iugis altioribus pugnans vincebat;  
 sinistro tum cum maxime appropinquante phalangis parte,  
 quae novissimi agminis fuerat, sine ullo ordine trepidabatur.  
 4 media acies, quae propior dextrum cornu erat, stabat specta-  
 5 culo velut nihil ad se pertinentis pugnae intenta. phalanx

sent, praecessit. — 1. in ima valle stantes] wohin sie zurückgedrängt waren, cf. c. 7, 12. — 3. cum caetratis] ἀναλαβῶν τοὺς πελταστάς. Deutlicher Polyb. καὶ τὸ δεξιὸν τῆς φάλαγγος. — 11. incertus, ἤναγκαζετο βοηθεῖν καὶ κρίνειν ἐκ τοῦ καιροῦ τὰ ὅλα, καίπερ ἔτι τῶν πλείστων μερῶν τῆς φάλαγγος κατὰ πορείαν ὄντων καὶ προσβαινόντων πρὸς τοὺς βουνούς. Polyb. — 17. hastis positis] ἐδόθη παράγγελμα καταβαλοῦσι τὰς σαρίσσας ἐπάγειν. Livius glaubte, diese Worte heissen, die Sarissen wurden abgeworfen; dies ist ein Irrthum. Die Phalan-

giten trugen während des Marsches die Sarissen auf der Schulter, beim Angriff aber nahmen sie dieselben herab (καταβαλεῖν) und hielten sie gerade vor sich = hastis prae se obiectis. — 20. longa potius quam lata] Vgl. zu XXVII, 48, 7. — 21. Anspielung auf die Homerischen Verse, welche Polybius anführt: ἀσπίς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνὴρα δ' ἀνῆρ· ψαῦον δ' ἰππόκομοι κόρυθες λαμπροῖσι φάλοισιν νεόντων· ὡς πνικνοὶ ἐφέστασαν ἀλλήλοισιν.

22. inter signa et ordines] in die Zwischenräume der Manipel =



quae sine ordine venerat, agmen magis quam acies aptiorque  
 itineri quam pugnae, vixdum in iugum evaserat. in hos incom- 6  
 positos Quinctius, quamquam pedem referentes in laevo cornu  
 suos cernebat, elephantis prius in hostem actis impetum facit,  
 ratus partem profligatam cetera tracturam. non dubia res fuit: 7  
 extemplo terga vertere Macedones, terrore primo bestiarum  
 aversi. et ceteri quidem hos pulsos sequebantur; unus e tri- 8  
 bunis militum ex tempore capto consilio, cum viginti signorum  
 militibus, relicta ea parte suorum quae haud dubie vincebat,  
 brevi circuitu dextrum cornu hostium aversum invadit. nullam 9  
 aciem ab tergo adortus non turbasset: ceterum ad communem  
 omnium in tali re trepidationem accessit quod phalanx Mace-  
 donum gravis atque immobilis nec circumagere se poterat, nec 10  
 hoc qui a fronte paulo ante pedem referentes tunc ultro ter-  
 ritis instabant patiebantur. ad hoc loco etiam premebantur,  
 quia iugum ex quo pugnaverant, dum per proclive pulsos in- 11  
 secuntur, tradiderant hosti ad terga sua circumducto. paulisper  
 in medio caesi, deinde omissis plerique armis capessunt fugam.  
 X. Philippus cum paucis peditum equitumque primo tumulum  
 altiore inter ceteros cepit, ut specularetur, quae in laeva  
 parte suorum fortuna esset; deinde postquam fugam effusam 2  
 animadvertit et omnia circa iuga signis atque armis fulgere  
 hostium, et ipse acie excessit. Quinctius cum institisset ceden- 3  
 tibus, repente quia erigentes hastas Macedonas conspexerat,  
 quidnam pararent incertus, paulisper novitate rei constituit  
 signa; deinde ut accepit hunc morem esse Macedonum traden- 4  
 tium sese, parcere victis in animo habebat. ceterum ab ignaris 5  
 militibus omissam ab hoste pugnam, et quid imperator vellet,  
 impetus in eos est factus, et primis caesis ceteri in fugam  
 dissipati sunt. rex effuso cursu Tempe petit. ibi ad Gonnos 6  
 diem unum substitit ad excipiendos, si qui proelio superessent.  
 Romani victores in castra hostium spe praedae irrumpunt: ea

δεξιόμενος εἰς τὰ διαστήματα τῶν  
 σημαίων τοὺς προκινδυνεύοντας.  
 Polyb. — 1. quae sine ordine ve-  
 nerat] οὔτε συστῆναι δυνάμενοι καὶ  
 λαβεῖν τὸ τῆς φάλαγγος ἴδιον σχῆμα.  
 Pol. — 8. XX signorum] Manipel.  
 — 10. brevi circuitu] der besiegte  
 (linke) Flügel der Macedonier war  
 auf der Höhe, der siegende (rechte)  
 weiter unten nach dem römischen  
 Lager zu. Es bedurfte also nur  
 einer kleinen Schwenkung, um dem  
 vorgerückten siegreichen Flügel  
 der Macedonier in den Rücken zu  
 kommen. — 14. qui a fronte etc.]

die Römer auf dem linken Flügel.  
 — 16. per proclive] der Abhang  
 nach dem Römischen Lager zu.

24. erigentes] ὀρθὰς ἀναστῆναι τὰς  
 σαρίσσας. — 29. primis, Polyb.:  
 τοὺς μὲν πλείους διέφθειρον, ὀλίγοι  
 δὲ τινες διέφυγον δόψαντες τὰ ὄπλα.  
 — 30. petit] i. e. ὡς ἐπὶ τὰ Τέμπη  
 ἐποιεῖτο τὴν ἀποχώρησιν. — 31. diem  
 unum, καὶ τῇ μὲν πρώτῃ περὶ τὸν  
 Ἀλέξανδρον καλούμενον πύργον  
 ἠύλισθη, τῇ δ' ὑστεραίᾳ προελθὼν  
 εἰς Γόννος ἐπὶ τὴν εἰσβολὴν τῶν  
 Τεμπῶν ἐπέμενε, βουλόμενος ἀνα-  
 δέξασθαι τοὺς ἐκ τῆς φυγῆς ἀνα-

7 magna iam ex parte direpta ab Aetolis inveniunt. caesa eo  
 8 die octo milia hostium, quinque capta. ex victoribus septin-  
 9 genti ferme ceciderunt. si Valerio qui credat, omnium rerum  
 10 immodice numerum augenti, quadraginta milia hostium eo die  
 sunt caesa; capta — ibi modestius mendacium est — quinque  
 milia septingenti, signa militaria ducenta undequadraginta.  
 Claudius quoque duo et triginta milia hostium caesa scribit,  
 capta quattuor milia et trecentos. nos non minimo potissimum  
 numero credidimus, sed Polybium secuti sumus, non incertum  
 auctorem cum omnium Romanarum rerum tum praecipue in  
 Graecia gestarum.

XI. Philippus conlectis ex fuga, qui variis casibus pugnae  
 dissipati vestigia eius secuti fuerant, missisque Larisam ad  
 commentarios regiones comburendos, ne in hostium venirent  
 2 potestatem, in Macedoniam concessit. Quinctius captivis prae-  
 3 daque venum datis, partim militi concessis, Larisam est pro-  
 4 fectus, haud dum satis gnarus, quam regionem petisset rex  
 5 quidve pararet. caduceator eo regius venit, specie ut indutiae  
 6 essent donec tollerentur ad sepulturam qui in acie cecidissent,  
 re vera ad petendam veniam legatis mittendis. utrumque ab  
 Romano impetratum. adiecta etiam illa vox, bono animo esse  
 regem ut iuberet; quae maxime Aetolos offendit, iam tumentis  
 querentisque mutatum victoria imperatorem. ante pugnam  
 omnia magna parvaque communicare cum sociis solitum: nunc  
 omnium expertes consiliorum esse; suo ipsum arbitrio cuncta  
 agere; cum Philippo iam gratiae privatae locum quaerere, ut  
 dura atque aspera belli Aetoli exhauserint, pacis gratiam et

σωζομένων. — 1. *direpta ab Aetolis*] Nach Römischer Sitte durfte erst auf Befehl des Feldherrn die Plünderung beginnen. Polyb. fügt hinzu: ἤρξαντο καταμέμφεσθαι τοὺς Αἰτωλοὺς, καὶ λέγειν πρὸς τὸν στρατηγόν, ὅτι τοὺς μὲν κινδύνους αὐτοῖς ἐπιτάττει, τῆς δ' ὠφελείας ἄλλοις παρακεχώρηκεν. — 3. *Valerio*] Einl. 6, 11. — 7. *Claudius*] Quadrigarius, *ibid.* 6, 10. — 9. *non incertum auctorem*] Wie Römische Annalisten behauptet haben mochten, deren Uebertreibung und Lügenhaftigkeit Polybius allerdings im Wege stand. So sagt Liv. auch XXX, 45 *Polybius haudquaquam spernendus auctor*. Und in der That wurde Polyb. von den Römern nicht gerade viel benützt.

12. *Philippus*] Er zog durch den

Pass Tempe nach Macedonien. — 14. *commentarios regiones*] κατακαῦσαι τὰ βασιλικὰ γράμματα. σαφῶς γὰρ ἤδει διότι πολλὰς ἀφορμὰς δώσει τοῖς ἐχθροῖς καὶ καθ' ἑαυτοῦ καὶ κατὰ τῶν φίλων, ἐὰν κρατήσωσι Ῥωμαῖοι τῶν ὑπομημάτων. — 19. *donec tollerentur*] nach allgemeiner Sitte aller Hellenen. Es war darum diese Bitte kein Schein oder Vorwand, wenn sich damit auch ein anderer Zweck vereinigen liess. — 22. *tumentis*] Die bereits grollten. — 26. *gratiae privatae locum*] Die Aetoler wollten immer die Vernichtung ihrer Feinde. Sie konnten sich nicht vertraut machen mit dem Römischen Grundsatz: *Tu regere inperio populos, Romane, memento; Hae tibi erunt artes; pacisque imponere morem, Parcere subiectis*

fructum Romanus in se vertat. et haud dubie decesserat iis 7  
 aliquantum honoris: sed cur neglegerentur ignorabant. donis  
 regis imminere credebant invicti ab ea cupiditate animi virum:  
 sed et succensebat non immerito Aetolis ob insatiabilem avi- 8  
 ditatem praedae et arrogantiam eorum, victoriae gloriam in se 9  
 rapientium, qua vanitate et superbia omnium aures offendebant;  
 et Philippo sublato, fractis opibus Macedonici regni Aetolos  
 habendos Graeciae dominos cernebat. ob eas causas multa 10  
 sedulo, ut viliores levioresque apud omnis essent et videren-  
 tur, faciebat.

XII. Indutiae quindecim dierum datae hosti erant, et cum  
 ipso rege constitutum colloquium; cuius priusquam tempus  
 veniret, in consilium advocavit socios: rettulit quas leges pacis 2  
 placeret dici. Amynder Athamanum rex paucis sententiam  
 absolvit: ita componendam pacem esse, ut Graecia etiam  
 absentibus Romanis satis potens tuendae simul pacis liber- 3  
 tatisque esset. Aetolorum asperior oratio fuit, qui pauca prae- 3  
 fati, recte atque ordine imperatorem Romanum facere, quod  
 quos belli socios habuisset, cum iis communicaret pacis con- 4  
 silia, falli aiunt eum tota re, si aut Romanis pacem aut 4  
 Graeciae libertatem satis firmam se credat relicturum nisi Phi-  
 lippo aut occiso aut regno pulso; quae utraque proclivia esse,  
 si fortuna uti vellet. ad haec Quinctius negare Aetolos aut 5  
 moris Romanorum memores esse, aut sibi ipsis convenientem  
 sententiam dixisse. et illos prioribus omnibus conciliis conlo- 6  
 quisque de condicionibus pacis semper, non ut ad internecio-  
 nem bellaretur, disseruisse, et Romanos, praeter vetustissimum 7  
 morem victis parcendi, praecipuum elementiae documentum  
 dedisse pace Hannibali et Carthaginensibus data. omittere se 8  
 Carthaginenses: cum Philippo ipso quotiens ventum in conlo-  
 quium? nec umquam, ut cederet regno, actum esse. an quia  
 victus proelio foret, inexpiabile bellum factum? cum armato 9  
 hoste infestis animis concurrere debere: adversus victos mitissi-  
 mum quemque animi maximi haberi. libertati Graeciae videri 10  
 graves Macedonum reges. si regnum gensque tollatur, Thra-  
 cas Illyrios, Gallos deinde, gentes feras et indomitas, in Ma-

*et debellare superbos* (Verg. Aen. VI, 852). — 4. Vgl. die p. 141, 19 citirte Stelle des Polybius.

13. *in consilium*] in den Kriegsrath. — 14. *Athamanum rex*] Das östlich von Arachthus gelegene Land. Das Königreich gehörte zur Aetolischen Symmachie. — 22. *occiso*, Polyb. c. 19, mit welchem sonst Liv. in diesem Kapitel fast wörtlich übereinstimmt, sagt nur:

*μίαν ὑπάρχειν ἔφη διάλυσιν πρὸς Μακεδόνας, τὸ Φίλιππον ἐκβάλλειν ἐκ τῆς ἀρχῆς. — 32. Polyb. c. 20: πολεμοῦντας γὰρ δεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας βαρεῖς εἶναι, ἠττωμένους δὲ γενναίους καὶ μεγαλόφρονας, νικῶντας γε μὴν μετρίους καὶ πραεῖς καὶ φιλανθρώπων. — 34. animi maximi haberi] gelte für den hochherzigsten. Sinn: *adversus victos mitem esse decere, quique sit, eum**

- 11 cedoniam se et in Graeciam effusuras. ne proxima quaeque  
 12 amoliendo maioribus gravioribusque aditum ad se facerent.  
 13 interfanti deinde Phaeneae praetori Aetolorum, testificantique,  
 si elapsus eo tempore Philippus foret, mox gravius eum rebel-  
 laturum, „desistite tumultuari“, inquit „ubi consultandum est. 5  
 non iis condicionibus illigabitur rex, ut movere bellum possit.“

F) Befreiung Griechenlands (Liv. XXXIII, 30—33).

- XXX. Paucos post dies decem legati ab Roma venerunt,  
 2 quorum ex consilio pax data Philippo in has leges est, ut  
 omnes Graecorum civitates, quae in Europa quaeque in Asia 10  
 3 essent, libertatem ac suas haberent leges; quae earum sub  
 ditione Philippi fuissent, praesidia ex eis Philippus deduceret,  
 vacuasque traderet Romanis ante Isthmiorum tempus. dedu-  
 ceret et ex eis, quae in Asia essent, Euromo Pedasisque et  
 Bargyliis et Iaso et Myrina et Abydo et Thaso et Perintho: 15  
 4 eas quoque enim placere liberas esse. de Cianorum libertate  
 Quinctium Prusiae Bithynorum regi scribere quid senatui et

*probari et laudari.* — 5. Einfacher u. begreiflicher bei Polyb.: *παῦσαι Φαινέα ληρῶν· ἐγὼ γὰρ οὕτως χειριῶ τὰς διαλύσεις ὥστε μηδὲ βουλευθέντα τὸν Φίλιππον ἀδικεῖν δύνασθαι τοὺς Ἕλληνας.*

8. *Paucos post dies*] Nach dem Abschlusse des Friedens mit den Bōotern durch Vermittlung der Achäer. — *ab Roma venerunt*] Vgl. zu XXX, 43, 4. Polyb. XVIII, 27 setzt hinzu: *κομίζοντες τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα τὸ περὶ τῆς πρὸς Φίλιππον εἰρήνης.* — 10. *omnes Graecorum civitates*] Genauer Polyb. XVIII, 27: *τοὺς μὲν ἄλλους Ἕλληνας πάντας, τοὺς τε κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ κατὰ τὴν Εὐρώπην, ἐλευθέρους ὑπάρχειν καὶ νόμοις χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις· τοὺς δὲ ταττομένους ὑπὸ Φίλιππον καὶ τὰς πόλεις τὰς ἐμφρούρους παραδοῦναι Φίλιππον Ῥωμαίοις πρὸ τῆς τῶν Ἰσθμίων πανηγύρεως, Εὐρωμον δὲ καὶ Πήδασα καὶ Βαργύλια καὶ τὴν Ἰασέων πόλιν, ὁμοίως Ἀβυδὸν Θάσον Μύριναν Περινθον, ἐλευθέρους ἀφείναι, τὰς φρουρὰς ἐξ αὐτῶν μεταστῆσάμενον.* Die Frei-

gebung der griechischen Städte in Kleinasien, deren sich Philipp vor dem bemächtigt hatte, greift in die Rechte Aegypten's und Syrien's ein, die Pergamenischen Könige dagegen behalten die ihnen unterworfenen Städte. Der Zusatz *quae in Asia essent* passt nicht auf Thasos und Perinthos. Euromos, Pedasa, Bargylia, Iasus liegen in Carien und gehörten zu Peraea (*ἡ περαία τῶν Ποδίων*). Diese Städte gehörten den Rhodiern und Philipp hatte sich ihrer bemächtigt nach der Schlacht bei Lade (zuerst wurde Ph. geschlagen bei Chios, dann blieb er Sieger bei Lade 201). Myrina auf der Insel Lemnos (auch eine äolische Stadt in Kleinasien am sinus Cumaeus), Perinth und Abydos in Thracien. — 16. *eas quoque enim*] Dies wird besonders betont, weil man die Rückgabe an Rhodos oder Aegypten hätte erwarten sollen. — *Cianorum*] cf. zu XXXII, 21, 22. — 17. *scribere* und die folgenden Infinitive sind von einem zu denkenden *placere* abhängig, cf. p. 162, 22, deutlicher Polyb.: *περὶ δὲ τῆς τῶν Κια-*

decem legatis placuisset. captivos transfugasque reddere Philippum Romanis, et navis omnis tectas tradere praeter quinque et regiam unam inhabilis prope magnitudinis, quam sedecim versus remorum agebant. ne plus quinque milia armatorum haberet, neve elephantum ullum. bellum extra Macedoniae fines ne iniussu senatus gereret. mille talentum daret populo Romano, dimidium praesens, dimidium pensionibus decem annorum. in haec obsides accepti, inter quos Demetrius Philippus filius.

XXXI. Omnibus Graeciae civitatibus hanc pacem approbantibus soli Aetoli decretum decem legatorum clam mussantes carpebant. litteras inanis vana specie libertatis adumbratas esse: cur enim alias Romanis tradi urbes, nec nominari eas, alias nominari et sine traditione liberarum iuberi esse, nisi quod quae in Asia sint, liberentur, longinquitate ipsa tutiores, quae in Graecia sint, ne nominatae quidem intercipientur, Corinthus

των ἐλευθερώσεως Τίτον γράψαι πρὸς Προυσίαν κατὰ τὸ δόγμα τῆς συγκλήτου. — 2. praeter quinque] Polyb. πλὴν πέντε σκαφῶν, wahrscheinlich sind es Trieren. — 4. versus remorum] Ruderreihen. Das Kriegsschiff des Ptolemaeus Philopator hatte (nach Plut. Demetr. 43. Plin. VII, 56) vierzig Reihen von Rudern. Die Länge wird auf 420 Fuss, die Breite auf 57 Fuss angegeben. Cf. Smith p. 50 sq. — ne plus V milia arm. . . . gereret] Beide wichtige Punkte hat Polyb. nicht. Liv. mag sie aus den römischen Annalisten oder nach Analogie des Friedens mit Karthago hinzugefügt haben. Philipp erscheint indessen bald mit 6000 Mann in Athamanien, dann hält er eine Armee von 30000 Mann Infanterie und 5000 Kavallerie, ohne dass dies als eine Verletzung des Vertrags angeführt wird. Ebenso wenig brauchte Philipp zu den Grenzkriegen gegen die Thraker etc. die Erlaubniss des Senats. Vgl. die verständige Aeusserung des Flamininus c. 12, 10.

12. Litteras . . . adumbratas] Es sei ein inhaltloser Tractat skizzirt (= annehmbar gemacht) durch ein trügerisches Bild der Freiheit, d. h. der Friedenstractat sei nicht so bestimmt und scharf ausgeführt, dass

die darin versprochene Freiheit zur Wirklichkeit werden könne. — 13. alias, ἐφασκον γὰρ εἶναι δύο γνώμας ἐν τῷ δόγματι περὶ τῶν ὑπὸ Φιλίππου φρουρουμένων πόλεων, τὴν μὲν μίαν ἐπιτάττουσαν ἐξάγειν τὰς φρουρὰς τὸν Φίλιππον, τὰς δὲ πόλεις παραδιδόναι Ῥωμαίοις, τὴν δ' ἑτέραν, ἐξάγοντα τὰς φρουρὰς ἐλευθεροῦν τὰς πόλεις. τὰς μὲν οὖν ἐλευθερουμένας ἐπ' ὀνόματος δηλοῦσθαι, ταύτας δ' εἶναι τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν, τὰς δὲ παραδιδόμενας Ῥωμαίοις φανερόν ὅτι τὰς κατὰ τὴν Εὐρώπην Polyb. c. 28. — 16. Corinthus . . . Demetriade] In Rom hatten die griechischen Gesandten früher erklärt: διότι τῆς Χαλκίδος καὶ τοῦ Κορίνθου καὶ τῆς Δημητριάδος ὑπὸ τῷ Μακεδόνι (also auch ὑπὸ τῷ Ῥωμαίῳ!) ταττομένων οὐχ οἶόν τε τοὺς Ἕλληνας ἔννοια λαβεῖν ἐλευθερίας. ὁ γὰρ αὐτὸς Φίλιππος ἔφη τοὺς προειρημένους τόπους εἶναι πέντε Ἑλληνικὰς. οὔτε γὰρ Πελοποννησίους ἀναπνεύσαι δυνατὸν ἐν Κορίνθῳ βασιλικῆς φρουρᾶς ἐγκαθημένης, οὔτε Λοκρούς καὶ Βοιωτοὺς καὶ Φωκέας θρασῆσαι Φιλίππου Χαλκίδα κατέχοντος καὶ τὴν ἄλλην Εὐβοίαν, οὐδὲ μὴν Θεσσαλοὺς οὐδὲ Μάγνητας δυνατὸν ἐναύσασθαι (eig. = sich Feuer anzünden, als erste Bedingung des Lebens) τῆς ἐλευθερίας οὐδέποτε Δημη-

4 et Chalcis et Oreus cum Eretria et Demetriade. nec tota  
 ex vano criminatio erat. dubitabatur enim de Corintho et  
 Chalcide et Demetriade, quia in senatus consulto, quo missi  
 5 haud dubie liberabantur, de iis tribus urbibus legati, quod 5  
 6 tempora rei publicae postulassent, id e re publica fideque sua  
 7 facere ac statuere iussi erant. Antiochus rex erat, quem  
 transgressurum in Europam, cum primum ei vires suae satis  
 placuissent, non dubitabant. ei tam opportunas ad occupandum  
 8 patere urbes nolebant. ab Elatia profectus Quinctius Anti- 10  
 cyram cum decem legatis, inde Corinthum traiecit. ibi con-  
 9 silia de libertate Graeciae dies prope totos agitabantur. iden-  
 titidem Quinctius liberandam omnem Graeciam, si Aetolorum  
 10 linguas retundere, si veram caritatem ac maiestatem apud  
 11 omnis nominis Romani vellent esse, si fidem facere ad libe- 15  
 randam Graeciam, non ad transferendum a Philippo ad se  
 imperium sese mare traiecisse. nihil contra ea de libertate  
 urbium alii dicebant: ceterum ipsis tutius esse manere paulisper  
 sub tutela praesidii Romani quam pro Philippo Antiochum  
 11 dominum accipere. postremo ita decretum est, Corinthus red- 20  
 deretur Achaeis, ut in Acrocorintho tamen praesidium esset;  
 Chalcidem ac Demetriadem retineri, donec cura de Antiocho  
 decessisset.

XXXII. Isthmiorum statum ludicrum aderat, semper qui-  
 dem et alias frequens cum propter spectaculi studium insitum 25  
 genti, quo certamina omnis generis artium viriumque et per-  
 2 nicitatis visuntur, tum quia propter opportunitatem loci per  
 duo diversa maria omnium rerum usus ministrantis humano  
 3 generi, concilium Asiae Graeciaeque is mercatus erat: tum 30  
 vero non ad solitos modo usus undique convenerant, sed

τριάδα Φιλίππον κατέχοντος και  
 Μακεδόνων. διὸ και τὸ παραχω-  
 ρεῖν τῶν ἄλλων τόπων τὸν Φί-  
 λιππον φαντασίαν εἶναι. Polyb.  
 XVII, 11. — 6. *tempora reip.*] Man  
 erwartete bereits den Krieg mit  
 Antiochus von Syrien und wollte  
 deshalb die Schlüssel zu Griechen-  
 land mit Recht nicht aus der Hand  
 geben. — *fideque sua*] = nach  
 ihrem persönlichen Ermessen. —  
 14. *veram caritatem ac maiestatem*]  
 wenn man wolle, dass die Aner-  
 kennung der Hoheit Rom's eine  
 wahrhaft aufrichtige werden  
 solle. — 18. *paulisper*] Im Frühjahr  
 194 wurden sämtliche römische  
 Besatzungen aus Griechenland hin-

weggezogen. Vgl. Mommsen R. G.  
 I, 734 sq. — 20. *Corinthus reddere-  
 tur*] διὰ τὰς ἐξ ἀρχῆς ὁμολογίας.  
 Polyb. Je mehr Flamininus sich von  
 den Aetolern abgestossen fühlte,  
 um so eifriger suchte er den Achäi-  
 schen Bund für Rom zu gewinnen.

24. *Isthmiorum statum ludicrum*]  
 Im Fichtenhaine des Poseidon im  
 ersten und dritten Jahre jeder  
 Olympiade. — 26. *artium*] Der mu-  
 sische Agon, *virium et pern.* der  
 gymnische, jenes der Ring- und  
 Faustkampf, dieses der Wettlauf  
 im Stadium. Vgl. Schöm. Alterth.  
 II, 51 sqq. — 29. *mercatus*] Vgl.  
 Cic. Tusc. V § 9 *mercatum eum, qui  
 haberetur maximo ludorum appa-*

expectatione erecti, qui deinde status futurus Graeciae, quae  
 sua fortuna esset. et alii alia non taciti solum opinabantur  
 sed sermonibus etiam ferebant Romanos facturos: vix cuiquam  
 persuadebatur Graecia omni cessuros. ad spectaculum conse- 4  
 derant; et praeco cum tubicine, ut mos est, in mediam aream,  
 unde solemnem carmine ludicrum indici solet, processit, et tuba  
 silentio facto ita pronuntiat „senatus populusque Romanus et 5  
 T. Quinctius imperator Philippo rege Macedonibusque devictis  
 liberos, immunes, suis legibus esse iubet Corinthios Phocenses  
 Locrensesque omnes et insulam Euboeam et Magnetas, Thes- 6  
 salos, Perrhaebos, Achaeos Phthiotas.“ percussuerat omnis 6  
 gentis, quae sub ditione Philippi regis fuerant. audita voce  
 praeconis maius gaudium fuit, quam quod universum homines 7  
 acciperent. vix satis credere se quisque audisse, et alii alios 7  
 intueri mirabundi velut ad somni vanam speciem: quod ad  
 quemque pertinebat, suarum aurium fidei minimum credentes,  
 proximos interrogabant. revocatus praeco, cum unusquisque 8  
 non audire modo sed videre libertatis suae nuntium averet,  
 iterum pronuntiavit eadem. tum ab certo iam gaudio tantus 9  
 cum clamore plausus est ortus totiensque repetitus, ut facile  
 appareret nihil omnium bonorum multitudini gratius quam  
 libertatem esse. ludicrum deinde ita raptim peractum est, 10  
 ut nullius nec animi nec oculi spectaculo intenti essent: adeo  
 unum gaudium praeoccupaverat omnium aliarum sensum vo-  
 luptatum. XXXIII. ludis vero dimissis cursu prope omnes 5  
 tendere ad imperatorem Romanum, ut ruente turba in unum 2  
 adire contingere dextram cupientium, coronas lemniscosque  
 iacientium, haud procul periculo fuerit. sed erat triumphus ferme 3  
 et triginta annorum; et cum robur iuventutis, tum gaudium ex  
 tam insigni gloria et fructu virtutis vires suppeditabat. nec 4  
 praesens tantummodo effusa est laetitia, sed per multos dies

*ratu totius Graeciae celebritate etc.*  
 — 2. *alia facturos* ist Object zu *opinabantur* u. *sermonibus ferebant*.  
 — 5. *et praeco*] = *cum* mit Ind. Perf. oder Praes. ist mehr griech. Sprachgebrauch. — *aream*] = *στάδιον*. — 6. *carmine*, Formel, Gebet.  
 — 9. *immunes*, *ἀφροσρήτους ἀφορολογήτους* Polyb. Mit der Gewährung der Selbständigkeit u. Autonomie war die Freiheit von Besteuerung nicht immer verbunden.  
 — 13. *universum*, in seinem ganzen Umfang; *accipere*. verstehen, begreifen, fast = *capere*. — 15. *ad somni speciem*, *ὡσανεὶ καθ' ὕπνον ἀκούοντες τῶν λεγομένων*. — *quod*

*ad quemque pertinebat*] Jeder über sein eigenes Geschick, wenn er einem der genannten Staaten angehörte. Nicht etwa *attinebat*. — 20. Polyb. einfacher: *ὥστε μὴ θαδίως ἂν ὑπὸ τὴν ἔννοιαν ἀγαγεῖν τοῖς νῦν ἀκούουσι τὸ γεγονός*. — 24. *praeoccupaverat*] Denn die Verkündigung geschah vor den Spielen.

27. *lemniscos*] i. e. *fasciulae coloriae dependentes ex coronis* (etym. von *lana*). — 30. *et fructu virtutis*] Vgl. Cic. in Pison. § 57: *nam ut levitatis est inanem aucupari rumorem et omnes umbras etiam falsae gloriae consecrari, sic est animi lucem splendoremque fugientis iustam*

5 gratis et cogitationibus et sermonibus renovata: esse aliquam  
 in terris gentem, quae sua impensa, suo labore ac periculo  
 6 bella gerat pro libertate aliorum; nec hoc finitimis aut pro-  
 pinquae vicinitatis hominibus aut terris continentibus iunctis  
 7 praestet, sed maria traiciat, ne quod toto orbe terrarum iniu-  
 stum imperium sit, ubique ius fas lex potentissima sint. una  
 voce praeconis liberatas omnis Graeciae atque Asiae urbes.  
 8 hoc spe concipere audacis animi fuisse, ad effectum adducere  
 et virtutis et fortunae ingentis.

#### IV. Der Syrische Krieg (192 — 189).

A) Die Schlacht in den Thermopylen (Liv. XXXVI, 15—21).

XV. Cum haec agebantur, Chalcide erat Antiochus, iam  
 tum cernens nihil se ex Graecia praeter amoena Chalcide hi-  
 2 berna et infames nuptias petisse. tunc Aetolorum vana promissa  
 incusare et Thoantem mendacem, Hannibalem vero non ut

*gloriam, qui est fructus verae virtutis honestissimus, repudiare. — 4. aut terris continentibus iunctis]* iunctis ist mit *hominibus* zu verbinden. Sinn: Die erste und nächste Aufgabe ist es, die unmittelbaren Nachbarn zu befreien, dann folgen die Völker, welche mit ihrem Gebiet das Römische imperium berühren; aber die Römer gehen sogar über das Meer, um als uneigennützig Befreier aufzutreten.

12. *cum haec agebantur*, der Consul M. Acilius Glabrio war mit einer Armee von 22000 Mann und 15 Elephanten in Griechenland erschienen u. bezwang nun mit Philipp vereint schnell nacheinander Athamanien u. Thessalien, eroberte die Stadt der Thaumaker u. verwüstete das Gebiet von Hypata (191 v. Chr.). — 13. *amoena Chalcide hiberna]* c. 11: *Rex Chalcidem a Demetriade profectus, amore captus virginis Chalcidensis, cum patrem primo adlegando, deinde coram ipse rogando fatigasset, invitum se gravioris fortunae condicioni inligantem, tandem inpetrata re tamquam in media pace nuptias celebrat et relicum hiemis omissa omnium re-*

*rum cura in conviviis et vinum sequentibus voluptatibus ac deinde ex fatigatione magis quam satietate earum in somno traduxit. Eadem omnis praefectos cepit luxuria, in eandem et milites effusi sunt nec quisquam eorum aut arma induit aut stationem aut vigiliis servavit aut quicquam, quod militaris operis aut muneris esset, fecit. — 14. vana promissa]* cf. XXXV, 42: *Thoas Aetolus omnibus in Graecia tumultu completis Demetriadem adferebat in potestate esse et quibus mendaciis de rege multiplicando verbis copias eius erexerat multorum in Graecia animos, eisdem et regis spem inflabat. ibid. 49: quod si quis antea ignorasset, quae res Antiochum et Aetolos coniunxisset, ex legatorum sermone potuisse apparere: mentiendo in vicem iactandoque vires, quas non haberent, inflasse vana spe atque inflatos esse. — 15. Hannibalem]* Die Höflinge des Antiochus wussten ihn immer zu beseitigen. Hann. wollte die Römische Macht nicht unterschätzt wissen und drang auf ein Bündniss mit Philipp von Macedonien. Dagegen



prudentem tantum virum, sed prope vatem omnium quae tum evenirent, admirari. ne tamen temere coepta segnitia insuper 3 everteret, nuntios in Aetoliam misit, ut omni contracta iuventute convenirent Lamiam, et ipse eo decem milia fere peditum 5 ex eis qui postea venerant ex Asia expleta et equites quingentos duxit. quo cum aliquanto pauciores quam umquam 4 antea convenissent, et principes tantummodo cum paucis clientibus essent, atque ii dicerent omnia sedulo ab se facta, ut quam plurimos ex civitatibus suis evocarent, nec auctoritate 5 nec gratia nec imperio adversus detractantes militiam valuisse, destitutus undique et ab suis, qui morabantur in Asia, et ab sociis, qui ea in quorum spem vocaverant non praestabant, intra saltum Thermopylarum sese recepit. id iugum, sicut 6 Apennini dorso Italia dividitur, ita mediam Graeciam dirimit. ante saltum Thermopylarum in septentrionem versa Epirus et 7 Perrhaebia et Magnesia et Thessalia est et Pthiotae Achaei et sinus Maliacus: intra fauces ad meridiem vergunt Aetoliae 8 pars maior et Acarnania et cum Locride Phocis et Boeotia adiunctaque insula Euboea, et excurrente in altum velut promunturio Attica terra, sita ab tergo et Peloponnesus. hoc 9 iugum ab Leucate et mari ad occidentem verso per Aetoliam ad alterum mare orienti obiectum tendens ea aspreta rupesque interiectas habet, ut non modo exercitus sed ne expediti quidem facile ullas ad transitum calles inveniant. extremos ad 10 orientem montis Oetam vocant, quorum quod altissimum est, Callidromon appellatur; in cuius valle ad Maliacum sinum vergente iter est non latius quam sexaginta passus. haec una 11 militaris via est, qua traduci exercitus, si non prohibeantur, possint. ideo Pylae, et ab aliis, quia calidae aquae in ipsis 12 faucibus sunt, Thermopylae locus appellatur, nobilis Lacedaemoniorum adversus Persas morte magis memorabili quam pugna.

XVI. Haudquaquam pari tum animo Antiochus intra portas loci eius castris positis munitionibus insuper saltum impediebat; et cum duplici vallo fossaque et muro etiam, qua res 2 postulabat, ex multa copia passim iacentium lapidum permu-

sprachen die Höflinge in der leichtfertigsten Weise von den Römern, *quia quo quisque asperius adversus Romanos locutus esset, eo spes gratiae maior erat!* — 5. *ex eis*, aus der Zahl derer, welche erst nach dem Uebergang des Antiochus nach Griechenland aus Asien nachgekommen waren. — 13. *sese recepit*] Lamia lag noch weiter nördlich am Malischen Meerbusen. — *id iugum*, das Oetagebirg, dessen Ende

die Thermopylen bilden. — 17. *intra* = *citra*? — 19. *excurrente* — *terra* ist Abl. der Ursache für *sita ab tergo et Peloponnesus*. — 22. *aspreta*] rauhe, steinige Höhen. — 30. *Thermopylae*] Vgl. die Beschreibung bei Herod. VII, 176.

32. *intra portas, ἐντὸς πυλῶν*, etwas östlich von den warmen Quellen; *loci eius* der ganzen eben beschriebenen Oertlichkeit, des Thermopylenpasses. — 33. *impedie-*

3 nisset omnia, satis fidens numquam ea vim Romanum exercitum  
 4 facturum, Aetolos ex quattuor milibus — tot enim convene-  
 rant — partim ad Heracleam praesidio obtinendam, quae ante  
 ipsas fauces posita est, partim Hypatam mittit, et Heracleam  
 haud dubius consulem oppugnaturum, et iam multis nuntian- 5  
 5 tibus circa Hypatam omnia evastari. consul depopulatus Hy-  
 patensem primo, deinde Heracleensem agrum, inutili utrobique  
 auxilio Aetolorum, in ipsis faucibus prope fontes calidarum  
 aquarum adversus regem posuit castra. Aetolorum utraëque  
 6 manus Heracleam sese incluserunt. Antiochum, cui, priusquam 10  
 hostem cerneret, satis omnia permunita et praesidiis obsaepta  
 videbantur, timor incessit, ne quas per imminencia iuga calles  
 7 inveniret ad transitum Romanus: nam et Lacedaemonios quon-  
 dam ita a Persis circuitos fama erat, et nuper Philippum ab  
 8 iisdem Romanis. itaque nuntium Heracleam ad Aetolos mittit, 15  
 ut hanc saltem sibi operam eo bello praestarent, ut vertices  
 circa montium occuparent obsiderentque, ne qua transire Ro-  
 9 mani possent. hoc nuntio audito dissensio inter Aetolos orta  
 est. pars imperio parendum regis atque eundem censebant,  
 10 pars subsistendum Heracleae ad utramque fortunam, ut sive 20  
 victus ab consule rex esset, in expedito haberent integras  
 copias ad opem propinquis ferendam civitatibus suis, sive vin-  
 11 ceret, ut dissipatos in fugam Romanos persequerentur. utra-  
 que pars non mansit modo in sententia sua, sed etiam executi  
 est consilium. duo milia Heracleae substituerunt, duo trifariam 25  
 divisa Callidromum et Rhoduntiam et Tichiunta — haec no-  
 mina cacuminibus sunt — occupavere.

XVII. Consul postquam insessa superiora loca ab Aetolis  
 vidit, M. Porcium Catonem et L. Valerium Flaccum consularis  
 legatos cum binis milibus delectorum peditum ad castella 30  
 Aetolorum, Flaccum in Rhoduntiam et Tichiunta, Catonem in  
 2 Callidromum mittit. ipse priusquam ad hostem copias admo-  
 veret, vocatos in contionem milites paucis est adlocutus.  
 „plerosque omnium ordinum, milites, inter vos esse video,

*bat*] machte unzugänglich. — 1. *vim facturum*] sich hier (*ea*) den Weg erzwingen. — 2. *Aetolos ex IV milibus*, denn die wenigen schon früher bei ihm erschienenen Aetoler behielt er bei sich. Vgl. v. 25. — 7. *inutili*] ohne dass die Aetoler es verhindern konnten. — 14. *nuper Philippum*] Es ist an die Umgehung des Passes (*fauces*) am Aous gedacht. — 16. *vertices circa montium*] Die Höhen der umliegenden Berge. — 20. *ut sive — sive ut*, ähnlich wie *ut aut — aut ut* I p. 67, 14.

29. *M. Porcium Catonem*] Der später den Beinamen Censorius erhielt. Seine Charakteristik bei Liv. XXXIX, 40 sq. Sein Auftreten als Consul für die *lex Oppia* (*ne qua mulier plus semunciam auri haberet neve vestimento versicolori uteretur neve iuncto vehiculo in urbe oppidove nisi sacrorum publicorum causa veheretur*) XXXIV, c. 1—8. Sein Feldzug in Spanien (195) als Consul *ibid.* c. 11—21. — 32. *Callidromum*, der Pfad *Ἀπόρταια* Herod. VII, 215. — 34. *omnium ordinum*] Le-

qui in hac eadem provincia T. Quinctii ductu auspicioque militaveritis. Macedonico bello inexcuperabilior saltus ad amnem 3 Aoum fuit quam hic: quippe portae sunt haec, et unus inter 4 duo maria clausis omnibus velut naturalis transitus est. muni- 5 tiones et locis opportunioribus tunc fuerunt et validiores impositae; exercitus hostium ille et numero maior et militum genere aliquanto melior: quippe illic Macedones Thraecesque et 5 Illyrii erant, ferocissimae omnes gentes, hic Syri et Asiatici Graeci sunt, vilissima genera hominum et servituti nata; rex 6 ille bellicosissimus, exercitatus iam inde ab iuventa finitimis Thracum atque Illyriorum et circa omnium accolarum bellis, hic, ut aliam omnem vitam omittam, is est qui cum ad infe- 7 rendum populo Romano bellum ex Asia in Europam transisset, nihil memorabilius toto tempore hibernorum gesserit, quam 15 quod amoris causa ex domo privata et obscuri etiam inter popularis generis uxorem duxit et novus maritus, velut saginatus nuptialibus cenis, ad pugnam processit. summa virium 8 speique eius in Aetolis fuit, gente vanissima et ingratis- 9 sima, ut vos prius experti estis, nunc Antiochus experitur. nam 20 nec frequentes convenerunt nec contineri in castris potuerunt, et in seditione ipsi inter sese sunt, et cum Hypatam tuendam Heracleamque depoposcissent, neutram tutati refugerunt in iuga montium, pars Heracleae incluserunt sese. rex ipse con- 10 fessus nusquam aequo campo non modo congredi se ad pugnam 25 audere, sed ne castra quidem in aperto ponere, relicta omni ante se regione ea, quam se nobis ac Philippo ademisse gloriabatur, condidit se intra rupes, ne ante fauces quidem saltus, ut quondam Lacedaemonios fama est, sed intra penitus retra- 11 ctis castris; quod quantum interest ad timorem ostendendum, 30 montium angustiis an muris alicuius urbis obsidendum sese incluserit? sed neque Antiochum tuebuntur angustiae, nec 12 Aetolos vertices illi quos ceperunt. satis undique provisum

gaten, Tribunen, Praefecten, Centurionen und Gemeine. — 1. *in hac provincia*, z. B. Sp. Ligustinus Liv. XLII, 34. — 3. *portae sunt haec*, denn der Pass hier ist ein einfaches Durchgangsthor. — *inter duo maria*] Dem Ionischen und Aegaischen. — 9. *vilissima genera*] Vgl. *Syri venales*. — 28. *ut quondam Lacedaemonios fama est*] Am ersten Schlachttag. Die Absicht des Leonidas nach der Umzingelung ist uns bei Diodor (und Justin) XI, 9 überliefert: *παρήγγειλε τοῖς στρατιώταις εἰσπερόντας εἰς τὴν*

*παρεμβολὴν* (der Perser) *φρονέειν τοὺς ἐπιπηγάνοντας καὶ ἐπ' αὐτὴν ὀρμηθεῖν τὴν τοῦ βασιλέως σκηνὴν ... εἰ μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς ἔμεινεν ἐπὶ τῆς βασιλικῆς σκηνῆς, ὁ αὐτὸς ἂν καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἀνῆρητο καὶ ὁ πόλεμος ἅπας ταχεῖας ἂν ἐπετεύχει καταλύσεως*. — 29. In gleicher Weise bekundet ein Gegner seine Furchtsamkeit, ob er sich im Gebirgspass oder hinter den Mauern einer Stadt verbirgt, um sich hier belagern zu lassen. Die Worte *montium angustiis* oder etwas

atque praecautum est, ne quid adversus vos in pugna praeter  
 13 hostes esset. illud proponere animo vestro debetis, non vos  
 pro Graeciae libertate tantum dimicare, quamquam is quoque  
 egregius titulus esset, liberatam a Philippo ante nunc ab  
 Aetolis et ab Antiocho liberare, neque ea tantum in praemium 5  
 14 vestrum cessura, quae nunc in regiis castris sunt; sed illum  
 quoque omnem apparatus qui in dies ab Epheso exspectatur,  
 praedae futurum, Asiam deinde Syriamque et omnia usque ad  
 15 ortum solis ditissima regna imperio Romano aperturos. quid  
 deinde aberit, quin ab Gadibus ad mare rubrum Oceano finis 10  
 terminemus, qui orbem terrarum amplexu finit, et omne hu-  
 manum genus secundum deos nomen Romanum veneretur?  
 16 in haec tanta praemia dignos parate animos, ut crastino die  
 bene iuvantibus diis acie decernamus.“

XVIII. Ab hac contione dimissi milites, priusquam cor- 15  
 pora curarent, arma et tela parant. luce prima signo pugnae  
 proposito instruit aciem consul, arta fronte ad naturam et  
 2 angustias loci. rex postquam signa hostium conspexit, et ipse  
 copias educit. levis armaturae partem ante vallum in primo  
 locavit, tum Macedonum robur, quos sarisophoros appellabant, 20  
 3 velut firmamentum circa ipsas munitiones constituit. his ab  
 sinistro cornu iaculatorum sagittariorumque et funditorum man-  
 num sub ipsis radicibus montis posuit, ut ex altiore loco nuda  
 4 latera hostium incesserent. ab dextro Macedonibus ad ipsum  
 munimentorum finem, qua loca usque ad mare invia palustri 25  
 limo et voraginibus claudunt, elephantos cum adsueto prae-  
 sidio posuit, post eos equites, tum modico intervallo relicto  
 5 ceteras copias in secunda acie. Macedones pro vallo locati  
 primo facile sustinebant Romanos, temptantis ab omni parte  
 aditus, multum adiuvantibus qui ex loco superiore fundis velut 30  
 6 nimbum glandis et sagittas simul ac iacula ingerebant. deinde  
 ut maior nec iam toleranda vis hostium inferebat se, pulsi  
 loco intra munimenta subductis ordinibus concesserunt: inde  
 ex vallo prope alterum vallum hastis prae se obiectis fecerunt.  
 7 et ita modica altitudo valli erat, ut et locum superiorem ad 35  
 pugnandum suis praeberet, et propter longitudinem hastarum

Aehnliches sind in der Hdschr. ausgefallen. — 9. *aperturos*] Den Zugang eröffnen, nicht etwa bekannt machen (wie Tac. Germ. 1). — 10. *ad mare rubrum*] Es ist wohl der Arabische Meerbusen gemeint. So weit reichte die Römische Herrschaft unter Augustus.

— 19. *in primo locavit*] Cf. zu II, 20 (I. Heft p. 62, 21). — 20. *Macedonum robur*] Die Phalanx, die auch in den Heeren der Nachfolger Alexanders den Kern bildete. An geborene Macedonier ist nicht zu denken. — 25. *palustri limo*] Nach dem Meere zu wird das Ufer sumpfig, zum Theil durch die Quellen, welche am Fusse des Berges hervor-

16. *signo pugnae*, cf. zu p. 97, 29.

subiectum haberet hostem. multi temere subeuntes vallum 8  
transfixi sunt; et aut incepto irrito recessissent aut plures  
cecidissent, ni M. Porcius ab iugo Callidromi, deiectis inde  
Aetolis et magna ex parte caesis — incautos enim et pleros-  
5 que sopitos oppresserat —, super imminentem castris collem  
apparuisset. XIX. Flacco non eadem fortuna ad Tichiunta et  
Rhodontiam, nequiquam subire ad ea castella conato, fuerat.  
Macedones quique alii in castris regiis erant primo, dum pro- 2  
cul nihil aliud quam turba et agmen apparebat, Aetolos cre-  
dere visa procul pugna subsidio venire: ceterum ut primum 3  
signaque et arma ex propinquo cognita errorem aperuerunt,  
tantus repente pavor omnis cepit, ut abiectis armis fugerent.  
et munimenta sequentis impediunt, et angustiae vallis, per 4  
quam sequendi erant, et maxime omnium quod elephantum  
15 novissimi agminis erant, quos pedes aegre praeterire, eques  
nullo poterat modo, timentibus equis tumultumque inter se  
maiores quam in proelio edentibus; aliquantum temporis et  
direptio castrorum tenuit. Scarpheam tamen eo die consecuti  
sunt hostem. multis in ipso itinere caesis captisque, non 6  
20 equis virisque tantum, sed etiam elephantis, quos capere non  
potuerant, interfectis, in castra reverterunt; quae temptata eo  
die inter ipsum pugnae tempus ab Aetolis, Heracleam obti-  
nentibus praesidio, sine ullo haud parum audacis incerti effectum  
fuerant. consul noctis insequentis tertia vigilia praemisso equi- 8  
25 tatu ad persequendum hostem, signa legionum prima luce movit.  
aliquantum viae praeceperat rex, ut qui non ante quam Elatiae 9  
ab effuso constiterit cursu; ubi primum reliquiis pugnaeque  
et fugae collectis, cum perexigua manu semiermum militum  
Chalcidem se recepit. Romanus equitatus ipsum quidem regem 10  
30 Elatiae adsecutus non est, magnam partem agminis aut lassitudi-  
tudine subsistentis aut errore, ut qui sine ducibus per ignota  
itineria fugerent, dissipatos oppresserunt. nec praeter quingen- 11  
tos, qui circa regem fuerunt, ex toto exercitu quisquam effugit,  
etiam ex decem milibus militum, quos Polybio auctore traie-

sprudeln. — 1. *subiectum haberet*, den Feind mit der Waffe erreichen liess.

6. *Flacco* — *fuerat* ist eine Nebenbemerkung, veranlasst durch die Erwähnung von Cato's Verdienst. — 9. *credere*, allenthalben, allgemein. — 18. *Scarpheam*, am Malischen Meerbusen, östlich von den Thermopylen. — 26. Nach Cato erzählt Plutarch: Antiochus habe, von einem Stein auf den Mund getroffen, so dass ihm die Zähne

herausfielen, von Schmerzen gepeinigt sein Ross zur Flucht gewandt! — 31. *errore*, wegen Verfehlers der Strassen. — 34. *etiam ex decem millibus*] d. h. von dem allerdings an Zahl nur geringen Heere, während der König den Aetolern viele Myriaden versprochen hatte. Die Stärke der Syrischen Macht bestand überhaupt nicht im Landheer, sondern in der Flotte, welche indessen bei Myonnesus geschlagen wird und dadurch

cisse secum regem in Graeciam scripsimus, exiguus numerus:  
 12 Romanorum centum quinquaginta in ipso certamine pugnae,  
 ab incurso Aetolorum se tuentes non plus quinquaginta inter-  
 fecti sunt.

XX. Consule per Phocidem et Boeotiam exercitum ducente 5  
 consciae defectionis civitates cum velamentis ante portas sta-  
 2 bant metu, ne hostiliter diriperentur. ceterum per omnes  
 limites haud secus quam in pacato agro sine violatione ullius  
 rei agmen processit, donec in agrum Coroneum ventum est.  
 3 ibi statua regis Antiochi posita in templo Minervae Itoniae 10  
 iram accendit, permissumque militi est, ut circumiectum templo  
 agrum popularetur. dein cogitatio animum subiit, cum com-  
 4 in unum Coronensem agrum saevire. revocato extemplo milite  
 finis populandi factus; castigati tantum verbis Boeoti ob in- 15  
 gratum in tantis tamque recentibus beneficiis animum erga  
 Romanos.

5 Inter ipsum pugnae tempus decem naves regiae cum prae-  
 fecto Isidoro ad Thronium in sinu Maliaco stabant. eo gravis  
 vulneribus Alexander Acarnan, nuntius adversae pugnae, cum 20  
 perfugisset, trepidae inde recenti terrore naves Cenaeum Euboeae  
 6 petierunt. ibi mortuus sepultusque Alexander. tres, quae ex  
 Asia profectae eundem portum tenuerant, naves audita exer-  
 citus clade Ephesum redierunt. Isidorus ab Cenaeo Demetria- 25  
 7 dem, si forte eo deferret fuga regem, traiecit. per eosdem  
 dies A. Atilius praefectus Romanae classis magnos regios com-  
 meatus, iam fretum, quod ad Andrum insulam est, praeter-  
 vectos, excepit; alias mersit, alias cepit naves. quae novissimi  
 8 agminis erant, cursum in Asiam verterunt. Atilius Piraeum,  
 unde profectus erat, cum agmine captivarum navium revectus 30

den Uebergang der Römer nach Asien ermöglicht.

6. *consciae defectionis*] Die Böoter hatten mit Flamininus (196) einen Separatfrieden geschlossen; jetzt hatten sie sich mit den Aetolern vereinigt, um Antiochus nach Griechenland zu rufen. Die Böoter waren noch schlechter als die Aetoler: sie hielten nie an einem Verträge mit Rom fest, ohne doch andererseits etwas für die nationale Sache zu thun. — 10. *Minerva Itonia* benannt nach Iton, einer Stadt im Phthiotischen Thessalien. Der Cultus der Minerva war in Thessalien und in Bötien, besonders in der Ebene gegen den Kopaischen

See hin, stark verbreitet. Seinen Ursprung verdankt er den böotischen Aeolern aus dem Thessalischen Arne. — 12. *communi decreto*, bei Gelegenheit der *Παυβοιώρια*, welche zu Coronea gefeiert wurden. — 21. *recenti terrore*, durch die erste Schreckensnachricht verwirrt, ausser Fassung gebracht. — *Cenaeum*] Das nordwestliche Vorgebirge Euböa's. — 24. *Demetriadem*] Die Stadt hatte sich auf Veranlassung des Thoas und der Aetoler an Antiochus angeschlossen. — 26. *A. Atilius* hatte vom Jahre 192 an als *praetor* das Commando der Flotte; sein Nachfolger C. Livius war noch nicht eingetroffen.

magnam vim frumenti et Atheniensibus et aliis eiusdem regionis sociis divisit.

XXI. Antiochus sub adventum consulis a Chalcide profectus Tenum primo tenuit, inde Ephesum transmisit. consuli 2  
 5 Chalcidem venienti portae patuerunt, cum appropinquante eo Aristoteles praefectus regis urbe excessisset. et ceterae urbes in Euboea sine certamine traditae; post paucosque dies omni- 3  
 bus perpacatis sine ullius noxa urbis exercitus Thermopylas reductus, multo modestia post victoriam quam ipsa victoria 4  
 10 laudabilior. inde consul M. Catonem, per quem quae gesta essent senatus populusque Romanus haud dubio auctore sciret, Romam misit. is a Creusa — Thespiensium emporium est, in 5  
 intimo sinu Corinthiaco retractum — Patras Achaiae petit, a Patris Coreyram usque Aetoliae atque Acarnaniae littora legit, 6  
 15 atque ita ad Hydruntum Italiae traicit. quinto inde die pedestri itinere Romam ingenti cursu pervenit. ante lucem ingressus urbem a porta ad praetorem M. Iunium iter intendit. is prima luce in senatum vocavit; quo L. Cornelius Scipio, aliquot 7  
 diebus ante a consule dimissus, cum adveniens audisset praegressum Catonem in senatu esse, supervenit exponenti, quae 8  
 20 gesta essent. duo inde legati iussu senatus in contionem sunt producti, atque ibi eadem quae in senatu de rebus in Aetolia gestis exposuerunt. supplicatio in triduum decreta est, 9  
 et ut quadraginta hostiis maioribus praetor, quibus diis ei 25  
 videretur, sacrificaret.

8. *sine ullius noxa urbis*] ohne Beschädigung irgend einer Stadt. — 9. *ipsa victoria*, hatte das Heer schon durch den Sieg allein hohen Ruhm verdient, so zeigte es sich nach dem Siege noch rühmenserwerther durch seine vortreffliche Haltung. — 12. *emporium*] = Die Hafenstadt von Thespieae. — 15. *Hydruntum*] *Otranto*. — 18. *L. Scipio*, der spätere Asiaticus. Es scheint als ob Scipio sofort nach dem Sieg in den Thermopylen, Cato erst nach der Wiedereroberung Euböa's nach Rom abgeschickt worden ist. Dann war allerdings Cato für wichtige Ereignisse *haud dubius auctor*, für welche Scipio es nicht sein konnte. Doch scheint in dem Ausdruck *haud dubio* eine versteckte Polemik zu liegen, wie p. 158, 9 in *non*

*incertum auctorem*. Hatte vielleicht Cato durch prahlerisches Selbstlob den Erwartungen des Consuls nicht entsprochen? — 24. *quibus diis ei videretur*] d. h. dem Prätor wird es überlassen, das Gutachten der Pontifices einzuholen, ohne darüber noch zu referiren. Denn bei allen sacralen Handlungen der Magistrate, d. h. bei den Opfern und Spielen, hat man die Pontifices als mit theiligt und thätig anzunehmen, bei allen Verfügungen, welche der Senat über Gegenstände des Cultus erlässt, muss man ein vorausgehendes *decretum pontificum* voraussetzen, da die Kenntniss der jedem Gotte gefälligen Opfer und des Opferritus zu den Geheimnissen der Pontifices gehörte.

B) Die Seeschlachten bei Corycus und Myonnesus (Liv. XXXVI, 41—45; XXXVII, 26—31).

XLI. Dum haec in Italia geruntur, Antiochus Ephesi securus admodum de bello Romano erat tamquam non transituris in Asiam Romanis. quam securitatem ei magna pars 5  
 2 amicorum aut per errorem aut adsentando faciebat. Hannibal unus, cuius eo tempore vel maxima apud regem auctoritas erat, magis mirari se aiebat, quod non iam in Asia essent  
 3 Romani, quam venturos dubitare. propius esse ex Graecia in Asiam quam ex Italia in Graeciam traicere, et multo maiorem 10  
 4 causam Antiochum quam Aetolos esse, neque mari minus quam terra pollere Romana arma. iam pridem classem circa Maleam esse. audire sese nuper novas naves novumque imperatorem  
 5 rei gerendae causa ex Italia venisse. itaque desineret Antiochus pacem sibi ipse spe vana facere. in Asia et de ipsa Asia 15  
 6 brevi terra marique dimicandum ei cum Romanis esse, et aut imperium adimendum orbem terrarum adfectantibus aut ipsi regnum amittendum. unus vera et providere et fideliter praedicere visus. itaque ipse rex navibus, quae paratae instructaeque erant, Chersonesum petit, ut ea loca, si forte terra veni- 20  
 7 rent Romani, praesidiis firmaret, ceteram classem Polyxenidam parare et deducere iussit; speculatorias naves ad omnia exploranda circa insulas dimisit.

XLII. C. Livius praefectus Romanae classis, cum quinquaginta navibus tectis profectus ab Roma Neapolim, quo ab 25  
 2 sociis eius orae convenire iusserat apertas naves, quae ex foedere debebantur, Siciliam inde petit, fretoque Messanam

3. haec, Sieg und Triumph des P. Cornelius Scipio Nasica (quem virum optimum iudicatum ad accipiendam matrem Idaeam miserat senatus) über die Keltischen Boier im J. 191. — 4. tamquam non transituris] Griech. Form = *ὄς* mit Gen. absol. — 6. Hannibal, cf. zu p. 164, 15. — 9. propius esse] es liege näher. Oder prope facilius esse? — 13. Liv. XXXVI, 2: C. Livius praetor, cui classis evenerat, XXX navibus paratis traicere in Graeciam primo quoque tempore et ab A. Atilio naves accipere iussus. veteres naves, quae in navalibus erant, ut reficeret et armaret, M. Iunio praetori negotium datum est. — 18. fideliter] wahrheitsgetreu, charakter-

fest, opp. adsentando. — 20. ea loca] Lysimachia, Sestus, Abydus.

24. I navibus, es waren also zu den 30, welche er selbst ausrüstete, noch 20 veteres naves, deren Ausrüstung M. Iunius besorgte, hinzugekommen. — 26. apertas naves] ohne Verdeck für die ἐπιβάται. — ex foedere, die socii der Römer zahlten statt der Steuern nur den Sold (stipendium) der von ihnen gestellten Truppen; die griechischen Städte an der Seeküste aber stellten statt der Truppen Schiffe und Matrosen (socii navales). Der Umfang dieser Leistungen war in dem foedus, welches jede Stadt mit Rom abschliessen musste, genau bestimmt. Die Carthager hatten



praetervectus, cum sex Punicas naves ad auxilium missas accepisset et ab Reginis Locrisque et eiusdem iuris sociis debitas exegisset naves, lustrata classe ad Lacinium altum petit. Coreyram, quam primam Graeciae civitatum adiit, cum 3  
 5 venisset, percunctatus de statu belli — necdum enim omnia in Graecia perpacata erant — et ubi classis Romana esset, 4  
 postquam audivit circa Thermopylarum saltum in statione consulem ac regem esse, classem Piraei stare, maturandum ratus omnium rerum causa, pergit protinus navigare Peloponnesum. Samen Zacynthumque, quia partis Aetolorum maluerant esse, protinus depopulatus Maleam petit, et prospera navigatione usus paucis diebus Piraeum ad veterem classem pervenit. ad Scyllaeum Eumenes rex cum tribus navibus occurrit, cum Aeginae diu incertus consilii fuisset, utrum ad tuendum rediret regnum — audiebat enim Antiochum Ephesi navales terrestresque parare copias —, an nusquam abscederet ab Romanis, ex quorum fortuna sua penderet. a Piraeo A. 7  
 Atilius, traditis successori quinque et viginti navibus tectis, Romam est profectus. Livius una et octoginta constratis 8  
 20 navibus, multis praeterea minoribus, quae aut apertae rostratae aut sine rostris speculatoriae erant, Delum traiecit. XLIII. eo fere tempore consul Acilius Naupactum oppugnabat. Livium Deli per aliquot dies — et est ventosissima regio inter Cycladas fretis alias maioribus alias minoribus divisas —  
 25 adversi venti tenuerunt. Polyxenidas certior per dispositas 2  
 speculatorias naves factus Deli stare Romanam classem, nuntios ad regem misit. qui omissis quae in Hellesponto agebat 3  
 cum rostratis navibus, quantum accelerare poterat, Ephesum rediit, et consilium extemplo habuit, faciendumne periculum  
 30 navalis certaminis foret. Polyxenidas negabat cessandum, et 4  
 utique prius confligendum quam classis Eumenis et Rhodiae naves coniungerentur Romanis. ita numero non ferme impares 5  
 futuros se, ceteris omnibus superiores, et celeritate navium et varietate auxiliorum. nam Romanas naves cum ipsas inscite 6

sich erboten *classem suo sumptu comparaturos*, aber der Senat nahm dies Anerbieten nicht an, *praeterquam si quid navium ex foedere deberent*. — 3. *lustrata classe*] religiöser Act. — *ad Lacinium*, ἐπὶ Λακυνίᾳ im Tempel der Juno Lacinia bei Croton. — 5. *necdum perpacata*, mit Bezug auf p. 171, 7. — 8. *regem*, Philipp. — *Piraei*, cf. p. 170, 29. — 10. *Samen*, Stadt auf Kephallenia, aber auch ältere Bezeichnung für die ganze Insel. Hier handelt es sich um Verwüstung des

Stadtgebiets von Same und Zacynthos. — 13. *Scyllaeum*] *agri Hermionici*, cf. p. 142, 11. — *Eumenes rex*] von Pergamum, Nachfolger des Attalus. — 19. *constratis* = *tectis*.

22. Nach der Eroberung von Heraclaea u. der Besetzung von Lamia wandte sich der Consul zur Belagerung von Naupactus, die über zwei Monate dauerte. — 24. Hor. I, 14, 20: *interfusa nitentes vites aequora Cycladas*. — *alias . . . alias*] zu *Cycladas* gehörig. — 34. *auxiliorum*,

factas immobiles esse, tum etiam, ut quae in terram hostium  
 7 veniant, oneratas conmeatu venire: suas autem, ut pacata  
 omnia circa se relinquentis, nihil praeter militem atque arma  
 habituras. multum etiam adiuturam notitiam maris terrarum-  
 que et ventorum, quae omnia ignaros turbatura hostis essent. 5  
 8 movit omnes auctor consilii, qui et re consilium exsecuturus  
 erat. biduum in apparatu morati, tertio die centum navibus,  
 quarum septuaginta tectae, ceterae apertae, minoris omnes  
 9 formae erant, profecti Phocaeam petierunt. inde cum audisset  
 appropinquare iam Romanam classem rex, quia non inter- 10  
 futurus navali certamini erat, Magnesiam quae ad Sipylum  
 10 est concessit ad terrestres copias comparandas. classis ad Cis-  
 suntem portum Erythraeorum, tamquam ibi aptius exspecta-  
 11 tura hostem, contendit. Romani, ubi primum aquilones — ii  
 namque per aliquot dies tenerant — ceciderunt, ab Delo 15  
 Phanas, portum Chiorum in Aegaeum mare versum, petunt;  
 inde ad urbem circumegere naves, conmeatuque sumpto Pho-  
 12 caeam traiciunt. Eumenes Elaeam ad suam classem profectus,  
 paucis post inde diebus cum quattuor et viginti navibus tectis,  
 apertis pluribus paulo Phocaeam ad Romanos parantis instruen- 20  
 13 tisque se ad navale certamen rediit. inde centum quinque  
 tectis navibus, apertis ferme quinquaginta profecti, primo  
 aquilonibus transversis cum urgerentur in terram, cogebantur  
 tenui agmine prope in ordinem singulae naves ire; deinde ut  
 lenita paululum vis venti est, ad Corycum portum, qui super 25  
 Cissuntem est, conati sunt traicere. XLIV. Polyxenidas, ut  
 appropinquare hostis adlatum est, occasione pugnandi laetus  
 sinistrum ipse cornu in altum extendit, dextrum cornu prae-  
 2 pugniam procedebat. quod ubi vidit Romanus, vela contrahit 30  
 malosque inclinat, et simul armamenta componens opperitur  
 3 insequentis navis. iam ferme triginta in fronte erant, quibus  
 ut aequaret laevum cornu, dolonibus erectis altum petere  
 intendit, iussis qui sequebantur adversus dextrum cornu prope

Vortheile. — 12. *Cissuntem portum*,  
 cf. v. 25. Strabo 644: πρὶν δ' ἔλθειν  
 ἐπὶ τὰς Ἐρυθρὰς, πρῶτον μὲν Ἐραι  
 πολίχνιον ἐστὶ Τηίων· εἶτα Κόρυμνος  
 ὄρος ὑψηλὸν καὶ λιμὴν ὑπ' αὐτῷ  
 Κασύστης καὶ ἄλλος Ἐρυθρᾶς λιμὴν  
 καλούμενος καὶ ἐφεξῆς πλείους ἕτε-  
 ροι. — 25. *ad Corycum portum*] Der  
 Hafen und das Vorgebirge von Teos  
 führen den gleichen Namen.

28. *sinistrum ipse cornu*] Die  
 Flotte ist mehr nach Norden ge-  
 richtet. — 29. *aequa fronte*] i. e.

alle in einer Linie. — 30. *vela*,  
 zur Schlacht brauchte man nicht  
 mehr die Segel, sondern die Ruder.  
 — 31. *armamenta*, Segelstangen etc.,  
*componere* zusammenlegen, entfer-  
 nen. — 33. *aequaret laevum*] Den  
 linken Flügel zu einer Linie aus-  
 dehnen. — Das *dolon*, ein kleineres  
 Segel, wurde an der Spitze des  
 Hauptmastes angebracht, um die  
 Schnelligkeit des unter vollen Segeln  
 laufenden Schiffes zu erhöhen. Vgl.  
 Smith. 21. — 34. *adversus dextrum*]

terram proras dirigere. Eumenes agmen coge-  
 bat. ceterum ut 4  
 demendis armamentis tumultuari primum coeptum est, et ipse,  
 quanta maxima celeritate potest, concitat naves. iam omnibus 5  
 in conspectu erant. duae Punicae naves antecede-  
 bant Romanam  
 5 classem, quibus obviae tres fuerunt regiae naves. et ut in 6  
 numero impari, duae regiae unam circumsistunt, et primum ab  
 utroque latere remos detergunt, deinde transcendunt armati,  
 et deiectis caesisque propugnatoribus navem capiunt. una, 7  
 quae conpari Marte concurrerat, postquam captam alteram  
 10 navem vidit, priusquam ab tribus simul circumveniretur, retro  
 ad classem refugit. Livius indignatione accensus praetoria 8  
 nave in hostes tendit. adversus quam eadem spe duae, quae  
 Punicam unam navem circumvenerant, cum inferrentur, demit-  
 tere remos in aquam ab utroque latere remiges stabilien-  
 15 navis causa iussit, et in advenientis hostium naves ferreas 9  
 manus inicere, et ubi pugnam pedestri similem fecissent, me-  
 minisse Romanae virtutis nec pro viris ducere regia mancipia.  
 haud paulo facilius quam ante duae unam, tunc una duas  
 naves expugnavit cepitque. et iam classes quoque undique 10  
 20 concurrerant, et passim permixtis navibus pugnabatur. Eume- 11  
 nes, qui extremus commisso certamine advenerat, ut animad-  
 vertit laevum cornu hostium ab Livio turbatum, dextrum ipse,  
 ubi aequa pugna erat, invadit. XLV. neque ita multo post  
 primum ab laevo cornu fuga coepit. Polyxenidas enim ut  
 25 virtute militum haud dubie se superari vidit, sublatis doloni-  
 bus effuse fugere intendit; mox idem et qui prope terram cum  
 Eumene contraxerant certamen fecerunt. Romani et Eumenes, 2  
 quoad sufficere remiges potuerunt et in spe erant extremi  
 agminis vexandi, satis pertinaciter secuti sunt. postquam cele- 3  
 30 ritate navium, utpote levium, suas conmeatu onustas eludi  
 frustra tendentis viderunt, tandem substiterunt, tredecim captis  
 navibus cum milite ac remige, decem demersis. Romanae 4

gegen den feindlichen rechten Flü-  
 gel. — 2. *tumultuari*] Passiv, cf.  
 Caes. b. g. VII, 61. — 7. *remos  
 detergunt*] Infolge des *διέπλους*,  
 d. h. man schiffe durch die Reihe  
 der Gegner, um die Seiten und  
 Ruder der Schiffe zu beschädigen  
 und schnell gewendet sie von hin-  
 ten anzugreifen. Vgl. Thuc. I, 49. —  
 11. *praetoria nave*] das Admiral-  
 schiff. — 15. *ferreas manus*] Wahr-  
 scheinlich hatte das Schiff zwei  
 Enterbrücken. — 16. *pedestri simi-  
 lem*] ἦν τε ἡ ναυμαχία καρτερά, τῆ  
 μὲν τέχνη οὐχ ὁμοίως, πεζομαχία  
 δὲ τὸ πλεον προσφερέης οὔσα. Thuc.

— 20. *passim permixtis navibus*]  
*ἐπειδὴ γὰρ προσβάλοιεν ἀλλήλοις,  
 οὐ βραδίως ἀπελύοντο ὑπὸ τε πλή-  
 θους καὶ ὄχλου τῶν νεῶν καὶ μάλ-  
 λόν τι πιστεύοντες τοῖς ἐπὶ τοῦ κα-  
 ταστρώματος ὀπίταις ἐς τὴν νύκην,  
 οἱ καταστάντες ἐμάχοντο ἡσυχάζου-  
 σῶν τῶν νεῶν.* Thuc. — 21. *extre-  
 mus*] *nam agmen cogebat.*

27. *contraxerant certamen*] in  
 Kampf gerathen waren; denn von  
 Anfang an standen sie Eumenes  
 nicht gegenüber, er griff später in  
 das Treffen ein und gab die Ent-  
 scheidung. — 28. *sufficere*] absolut

- classis una Punica navis, in primo certamine ab duabus circumventa, perit. Polyxenidas non prius quam in portu Ephesi fugae finem fecit. Romani eo die, unde egressa regia classis erat, manserunt; postero die hostem persequi intenderunt. medio fere in cursu obviam fuere iis quinque et viginti tectae Rhodiae naves cum Pausistrato praefecto classis. his adiunctis, Ephesum hostem persecuti ante ostium portus acie instructa steterunt. postquam confessionem victis satis expresserunt, Rhodii et Eumenes domos dimissi; Romani Chium petentes, Phoenicuntem primum portum Erythraeae terrae praetervecti, nocte ancoris iactis, postero die in insulam ad ipsam urbem traiecerunt. ubi paucos dies remige maxime reficiendo morati Phocaeam tramittunt. ibi relictis ad praesidium urbis quattuor quinqueremibus, ad Canas classis venit; et cum iam hiems appeteret, fossa valloque circumdatis naves subductae.
- 9 Exitu anni comitia Romae habita, quibus creati sunt consules L. Cornelius Scipio et C. Laelius, Africanum intuentibus cunctis ad finiendum cum Antiocho bellum.

XXVI. Antiochus postquam a spe societatis Prusiae decidit, Ephesum ab Sardibus est profectus ad classem, quae per

= ausdauern. — 4. manserunt] = *ibi manserunt*, denn bei der Correlation kann das Demonstrativum im Hauptsatze ausgelassen werden. — 5. quinque et viginti] ἐπὶ καὶ εἴκοσι. Appian Syriaca. c. 21, der ebenfalls (nach Polyb.) die Schlacht beschreibt. — 10. Phoenicuntem portum, an der Westseite der Halbinsel, auf welcher Erythrae liegt. — praetervecti] sie konnten, scheint es, in den Hafen nicht einlaufen, der vielleicht verschlossen war. — 14. Canas] In Aeolis, gegenüber von Mytilene, in der Nähe der Arginusen, nicht weit von Elaea und Pergamum. — 17. C. Laelius, Freund des Scipio Africanus; er hatte in den Consulwahlen für 192 eine repulsa erlitten. App. Syr. c. 21: οἱ Ῥωμαῖοι δὲ Μανίῳ μὲν αἰροῦνται διάδοχον ἐπὶ τὴν στρατηγίαν Δεύκιον Σκιπίωνα, ὃς τότε αὐτοῖς ὕπατος ἦν, ἀπράκτω δ' ὄντι καὶ ἀπειροπόλεμόν σύμβουλον αἰροῦνται τὸν ἀδελφὸν Πουπλίον Σκιπίωνα. — Africanum intuentibus cunctis] cf. XXXVII, 1: Tum de consulum provinciae coeptum est agi. ambo Graeciam cupiebant. multum Laelius in

senatu poterat. is, cum senatus aut sortiri aut comparare inter se provincias consules iussisset, elegantius facturos dixit, si iudicio patrum quam si sorti eam rem permisissent. Scipio responso ad hoc dato, cogitaturum quid sibi faciendum esset, cum fratre uno locutus, iussusque ab eo permittere audacter senatui, renuntiat collegae facturum se quod is censeret. cum res aut nova aut vetustate exemplorum memoriae iam exoletae relata expectatione certaminis senatum exexisset, P. Scipio Africanus dixit, si L. Scipioni fratri suo provinciam Graeciam decrevisset, se legatum iturum. haec vox magno adsensu audita sustulit certamen. experiri libebat, utrum plus regi Antiocho in Hannibale victo an in victore Africano consuli legionibusque Romanis auxilii foret; ac prope omnes Scipioni Graeciam, Laelio Italiam decreverunt. — 19. a spe societatis Prusiae] Antiochus non civitatum modo, quae circa erant, contrahebat praesidia, sed ad Prusiam Bithyniae regem legatos miserat litterasque, quibus transitum in Asiam Romanorum

aliquot menses instructa ac parata fuerat, visendam, magis 2  
quia terrestribus copiis exercitum Romanum et duos Scipiones  
inperatores videbat sustineri non posse, quam quod res navalis  
ipsa per se aut temptata sibi umquam feliciter aut tunc magnae  
5 et certae fiduciae esset. erat tamen momentum in praesentia 3  
spei, quod et magnam partem Rhodiae classis circa Patara  
esse et Eumenem regem cum omnibus navibus suis consuli  
obviam in Hellespontum profectum audierat. aliquid etiam 4  
inflabat animos classis Rhodia ad Samum per occasionem fraude  
10 praeparatam absumpta. his fretus, Polyxenida cum classe ad 5  
temptandam omni modo certaminis fortunam misso, ipse copias  
ad Notium ducit. id oppidum Colophonium, mari imminens,  
abest a vetere Colophone duo ferme milia passuum. et ipsam 6  
urbem suae potestatis esse volebat, adeo propinquam Epheso,  
15 ut nihil terra marive ageret, quod non subiectum oculis Colo-  
phoniorum ac per eos notum extemplo Romanis esset, et  
hostes audita obsidione non dubitabat ad opem sociae urbi 7  
ferendam classem ab Samo moturos: eam occasionem Poly-  
xenidae ad rem gerendam fore. igitur operibus oppugnare 8  
20 urbem adgressus, ad mare partibus duabus pariter munitioni-  
bus deductis, utrimque vineas et aggerem muro iniunxit et  
testudinibus arietes admovit. quibus territi malis Colophonii 9  
oratores Samum ad L. Aemilium, fidem praetoris populique  
Romani implorantes, miserunt. Aemilium et Sami segnis diu 10  
25 mora offendebat, nihil minus opinantem quam Polyxenidam  
bis nequiquam ab se provocatum potestatem pugnae facturum  
esse, et turpe existimabat Eumenis classem adiuvare consulem 11  
ad traiciendas in Asiam legiones, se Colophonis obsessae auxi-  
lio, incertam finem habituro, adligari. Eudamus Rhodius, qui 12  
30 et tenuerat eum Sami cupientem proficisci in Hellespontum,  
cunctique instare ut duceret: quanto satius esse vel socios 13  
obsidione eximere, vel victam iam semel classem iterum vin-  
cere et totam maris possessionem hosti eripere, quam desertis

(der zu erwarten war) *increpabat venire eos ad omnia regna tollenda, ut nullum usquam orbis terrarum nisi Romanum imperium esset.* Dennoch wusste Scipio Afr. den Prusias von Antiochus abzuziehen und für Rom zu gewinnen. — 1. *magis quia etc.*] Allein richtig Polyb. XXI, 9: *συλλογιζόμενος ὅτι μόνως ἂν οὕτω δύναίτο κωλύειν τὴν τῶν περικύων στρατοπέδων διάβασιν καὶ τὸν πόλεμον ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἀποτροβέσθαι, εἰ βεβαίως κρατοίη τῆς θαλάττης, προέθετο* (entschloss sich) *νανμαχεῖν.* — 6. Bei Patara

in Lycien hielten die Rhodier mit 20 Schiffen eine syrisch-phönizische Flottenabtheilung unter Hannibal fest (*ἔφεδρεύοντες ἐφύλασσαν*). — 9. Die Rhodier verloren bei diesem Ueberfall 20 Schiffe, Appian. c. 24. — 12. *Notium*] Ursprünglich die Hafenstadt von Colophon trat allmählich ganz an dessen Stelle. — 23. *ad L. Aemilium*] Dem Prätor L. Aemilius Regillus war für das Jahr 190 das Commando über die Flotte durch das Loos zugefallen. — 26. *provocatum*, vor Ephesos. — 31. *cunctique* ist zu unbestimmt,

sociis, tradita Antiocho Asia terra marique, in Hellespontum, ubi satis esset Eumenis classis, ab sua parte belli discedere? XXVII. profecti ab Samo ad petendos conmeatus, consumptis iam omnibus, Chium parabant traicere. id erat horreum Romanis, eoque omnes ex Italia missae onerariae derigebant 5  
 2 cursum. circumvecti ab urbe ad aversa insulae, quae obiecta aquiloni ad Chium et Erythras sunt, cum pararent traicere, litteris certior fit praetor frumenti vim magnam Chium ex Italia venisse, vinum portantes naves tempestatibus retentas 3  
 esse. simul adlatum est Teios regiae classi benigne conmea- 10  
 tus praebuisse, quinque milia vasorum vini esse pollicitos. 4 Teum ex medio cursu classem repente avertit, aut volentibus iis usurus conmeatu parato hostibus, aut ipsos pro hostibus habiturus. cum derexissent ad terram proras, quindecim ferme eis naves circa Myonnesum apparuerunt, quas primo ex classe 15  
 5 regia praetor esse ratus institit sequi. apparuit deinde piraticas celoces et lembos esse. Chiorum maritimam oram depulati cum omnis generis praeda revertentes postquam videre ex alto classem, in fugam verterunt. et celeritate superabant levioribus et ad id fabrefactis navigiis, et propiores terrae 20  
 6 erant. itaque priusquam appropinquaret classis, Myonnesum perfugerunt. unde se e portu ratus abstracturum naves, ignarus loci sequebatur praetor. Myonnesus promunturium inter Teum Samumque est. ipse collis est in modum metae in acutum cacumen a fundo satis lato fastigatus: a continenti artae 25  
 semitae aditum habet, a mari exesae fluctibus rupes claudunt ita ut quibusdam locis superpendentia saxa plus in altum 8  
 quam quae in statione sunt naves promineant. circa ea appropinquare non ausae naves, ne sub ictu superstantium rupibus piratarum essent, diem trivere. tandem sub noctem vano in- 30  
 9 cepto cum abstitissent, Teum postero die accessere; et in portu, qui ab tergo urbis est — Geraesticum ipsi appellant —, navi-

so dass ein Wort ausgefallen zu sein scheint. — 2. *parte belli*, Operationsfeld, Aufgabe.

6. *ab urbe*] Stadt und Hafen lagen nach Südost. — 9. *vinum portantes naves*] Warum wird der Wein von Italien nach Griechenland geschafft? Ist nothwendig an Italischen Wein zu denken? — 12. *Teum*] Er steuert also nach Osten statt nach Norden. Die Teier hatten 193 ihre freundliche Gesinnung durch ein *ψήφισμα*, welches noch bei Böckh Inscriptt. erhalten ist, kund gegeben, hatten sich aber jetzt, wahrscheinlich gezwungen,

an Antiochus angeschlossen. — *volentibus iis*, mit dem Willen der Teier, mit Zustimmung derselben, indem er noch auf eine freundliche Gesinnung derselben gegen Rom hofft. — 15. *Myonnesus* war ein Vorgebirge mit einem gleichnamigen kleinen Orte der kleinen Insel Aspis im Meerbusen von Ephesos gegenüber, cf. v. 23. — 17. *celoces*, κέλητες. — 24. *in modum metae etc.*] nach Art eines spitz zulaufenden Kegels. — 25. *artae semitae*] Gen. von *aditus* abhängig. — 28. *circa ea* gehört zu *diem trivere*. — 32. *ab tergo*, λιμὴν ὁ προσβόρος, im

bus constitutis praetor ad depopulandum circa urbem agrum  
 emisit milites. XXVIII. Teii, cum in oculis populatio esset,  
 oratores cum infulis et velamentis ad Romanum miserunt.  
 quibus purgantibus civitatem omnis facti dictique hostilis ad- 2  
 5 versus Romanos, et iuisse eos conmeatu classem hostium  
 arguit, et quantum vini Polyxenidae promississent; quae si  
 eadem Romanae classi darent, revocaturum se a populatione  
 militem, si minus, pro hostibus eos habiturum. hoc tam triste 3  
 responsum cum rettulissent legati, vocatur in contionem a  
 magistratibus populus, ut quid agerent consultarent. eo forte 4  
 10 die Polyxenidas cum regia classe a Colophone profectus post-  
 quam movisse a Samo Romanos audivit et ad Myonnesum  
 piratas persecutos Teiorum agrum depopulari, naves in Ge- 5  
 raestico portu stare, ipse adversus Myonnesum in insula —  
 15 Macrin nautici vocant — ancoras portu occulto iecit. inde ex 6  
 propinquo explorans, quid hostes agerent, primo in magna  
 spe fuit, quem ad modum Rhodiam classem ad Samum circum-  
 sessis ad exitum faucibus portus expugnasset, sic et Romanam  
 expugnaturum. nec est dissimilis natura loci: promunturiis 7  
 20 coeuntibus inter se ita clauditur portus, ut vix duae simul  
 inde naves possint exire. nocte occupare fauces Polyxenidas 8  
 in animo habebat, et denis navibus ad promunturia stantibus,  
 quae ab utroque cornu in latera exeuntium navium pugnarent,  
 ex cetera classe armatis in littora expositis terra marique  
 25 simul hostis opprimere. quod non vanum ei consilium fuisset, 9  
 ni cum Teii facturos se inperata promississent, ad accipiendos  
 conmeatus aptius visum esset Romanis in eum portum qui  
 ante urbem est classem transire. dicitur et Eudamus Rhodius 10  
 vitium alterius portus ostendisse, cum forte duae naves in arto  
 30 ostio implicitos remos fregissent. et inter alia id quoque movit 11  
 praetorem, ut traduceret classem, quod ab terra periculum  
 erat, haud procul inde Antiocho stativa habente. XXIX. tra-  
 ducta classe ad urbem, ignaris omnibus egressi milites nau-  
 35 taeque sunt ad conmeatus et vinum maxime dividendum in 2  
 adductus nuntiat alterum iam diem classem stare ad insulam  
 Macrin, et paulo ante visas quasdam moveri tamquam ad pro-  
 fectionem naves. re subita percussus praetor tubicines canere 3

Gegensatz zu einem andern Hafen  
 im Osten der Stadt.

15. *Macrin*] Wahrscheinlich eine  
 kleine Insel bei Myonnesus. Be-  
 achte den Ausdruck *nautici vo-*  
*cant!* — 28. *ante urbem*] Bisher  
 lagen die Römer in dem Hafen,  
*qui ab tergo urbis est*, jetzt wenden

sie sich nach Osten in den Hafen  
*ante urbem*. — 29. *vitium*, die ge-  
 fährliche Lage.

33. *ignaris omnibus*, während  
 Alle, auch die Führer, nichts abn-  
 ten von der Nähe des Feindes. —  
 38. *tubicines*] Wie sonst bei dem

iubet, ut si qui per agros palati essent redirent; tribunos in  
 4 urbem mittit ad cogendos milites nautasque in naves. haud  
 secus quam in repentino incendio aut capta urbe trepidatur,  
 aliis in urbem currentibus ad suos revocandos, aliis ex urbe  
 naves cursu repetentibus; incertisque clamoribus, quibus ipsis 5  
 tubae obstreperent, turbatis inperiis tandem concursum ad  
 5 naves est. vix suas quisque noscere aut adire prae tumultu  
 poterat; trepidatumque cum periculo et in mari et in terra  
 foret, ni partibus divisis Aemilius cum praetoria nave primus  
 6 e portu in altum evectus excipiens insequentis, suo quamque 10  
 ordine in frontem instruxisset, Eudamus Rhodiaque classis  
 substitissent ad terram, ut et sine trepidatione conscenderent,  
 7 et ut quaeque parata esset, exiret navis. ita et explicuere  
 ordinem primae in conspectu praetoris, et coactum agmen ab  
 Rhodiis est; instructaque acies, velut cernerent regiones, in altum 15  
 processit. inter Myonnesum et Corycum promunturium erant,  
 8 cum hostem conspexere. et regia classis, binis in ordinem  
 navibus longo agmine veniens, et ipsa aciem adversam expli-  
 cuit laevo tantum evecta cornu, ut amplecti et circuire dextrum  
 9 cornu Romanorum posset. quod ubi Eudamus, qui coge- 20  
 bat agmen, vidit, non posse aequare ordinem Romanos et tantum  
 non iam circui ab dextro cornu, concitat naves — et erant  
 Rhodiae longe omnium celerrimae tota classe —, aequatoque  
 cornu praetoriae navi, in qua Polyxenidas erat, suam obiecit.  
 XXX. iam totis simul classibus ab omni parte pugna conserta 25  
 erat. ab Romanis octoginta naves pugnabant, ex quibus  
 Rhodiae duae et viginti erant, hostium classis undenonaginta  
 2 navium fuit; maximae formae naves tres hexeres habebat,  
 duas hepteres. robore navium et virtute militum Romani longe  
 praestabant, Rhodiae naves agilitate et arte gubernatorum et 30  
 3 scientia remigum. maximo tamen terrori hostibus fuere quae  
 ignes prae se portabant; et quod unum eis ad Panhormum  
 circumventis saluti fuerat, id tum maximum momentum ad  
 4 victoriam fuit. nam metu ignis adversi regiae naves, ne pro-  
 rae concurrerent, cum declinassent, neque ipsae ferire rostro 35

Landheere. — 5. *incertisque clamoribus*] *incertus* ist neutral, daher wird es bald activ gebraucht = *ignarus*, bald passiv = *ignotus*. Der Abl. ist der des äusseren Umstandes (= unter). — 9. *partibus divisus*, unter Theilung der Aufgabe. — 11. *in frontem*, zu einer Linie. — 17. *binis in ordinem*] immer zwei neben einander. — 21. *non posse aequare ordinem*] dass sie nicht eine gleich ausgedehnte Linie

bilden können. — 22. *ab dextro cornu*] auf dem rechten Flügel.

31. *quae* — *portabant*, Rhodische Brander. — 32. *unum*, einzig und allein. — *ad Panhormum*] *Samiae terrae*. Ueber die *ignes* vgl. Liv. c. 11: *contis enim binis a prora prominentibus trullis ferreis* (in eisernen Pechpfannen) *multum conceptum ignem prae se portabant*. Dadurch war es einem Theil der Rhodischen Schiffe bei Panhormus gelungen,



hostem poterant, et obliquas se ipsae ad ictus praebebant, et 5  
 si qua concurrerat, obruebatur infuso igni, magisque ad incen-  
 dium quam ad proelium trepidabant. plurimum tamen, quae 6  
 solet, militum virtus in bello valuit. mediam namque aciem  
 5 hostium Romani cum rupissent, circumvecti ab tergo pugnan-  
 tibus adversus Rhodios regiis sese obiecerunt; momentoque  
 temporis et media acies Antiochi et laevo cornu circumventae  
 naves mergebantur. dextera pars integra sociorum magis clade 7  
 quam suo periculo terrebatur. ceterum postquam alias circum-  
 ventas, praetoriam navem Polyxenidae relictis sociis vela dan-  
 tem videre, sublatis raptim dolonibus — et erat secundus 8  
 petentibus Ephesum ventus — capessunt fugam quadraginta  
 duabus navibus in ea pugna amissis, quarum tredecim captae  
 in potestatem hostium venerunt, ceterae incensae aut demersae.  
 15 Romanorum duae naves fractae sunt, vulneratae aliquot: Rho-  
 dia una capta memorabili casu. nam cum rostro percussisset  
 Sidoniam navem, ancora ictu ipso excussa e nave sua unco  
 dente, velut ferrea manu iniecta, adligavit alterius proram;  
 inde tumultu iniecto cum divellere se ab hoste cupientes in- 10  
 20 hiberent Rhodii, tractum ancorale et implicitum remis latus  
 alterum detersit; debilitatam ea ipsa, quae icta cohaeserat,  
 navis cepit. hoc maxime modo ad Myonnesum navali proelio  
 pugnatum est.

XXXI. Quo territus Antiochus, quia possessione maris  
 25 pulsus longinqua tueri diffidebat se posse, praesidium ab Lysi-  
 machia, ne opprimeretur ibi ab Romanis, deduci pravo, ut res  
 ipsa postea docuit, consilio iussit. non enim tueri solum Ly- 2  
 simachiam a primo impetu Romanorum facile erat, sed obsi-  
 dionem etiam per totam hiemem tolerare, et obsidentis quoque  
 30 ad ultimam inopiam adducere extrahendo tempus, et interim  
 spem pacis per occasionem temptare. nec Lysimachiam tan- 3  
 tum hostibus tradidit post adversam navalem pugnam, sed  
 etiam Colophonis obsidione abscessit et Sardis recepit se;  
 atque inde in Cappadociam ad Ariarathen, qui auxilia arces- 4

durch die feindliche Linie hindurch  
 zu brechen. — 3. *trepidare ad* wie  
*fortis ad arma*, cf. I p. 41, 688. —  
 5. *ab tergo* gehört zu *sese obiece-  
 runt*. — 8. *sociorum*, Gefährten,  
 Kampfgenossen. — 17. *ancora*] der  
 Anker war also, wie auch in unse-  
 rer Zeit, auf dem Vordertheil des  
 Schiffes. — 20. *inhiberent*, sc. *na-  
 vem*. — 21. Nach Appian kommen  
 dem Sidonischen Schiffe viele an-  
 dere aus der Linie zu Hülfe u. er-  
 leichtern dadurch den Römern das

Durchbrechen des feindlichen Cen-  
 trums.

26. *pravo consilio*] Appian: Ἀν-  
 τίοχος Χερρόννησον ἐξέλιπεν ἀλο-  
 γίστως, οὔτε μετενεγκών, ὅσος ἦν ἐν  
 αὐτῇ σῖτος σεσωρευμένος πολὺς ἢ  
 ὄπλα ἢ χρήματα ἢ μηχαναί, οὔτε  
 ἐμπρήσας, ἀλλ' ὑγιεῖς ἀφορμὰς το-  
 σάσδε τοῖς πολεμίοις καταλιπών. —  
 29. *et obsidentis quoque*] die Römer,  
 wenn sie die Belagerung unter-  
 nahmen. — 34. *ad Ariarathen*]   
 Schwiegersohn des Antiochus. —

serent, et quocumque alio poterat ad copias contrahendas, in unum iam consilium, ut acie dimicaret, intentus misit.

C) Die Schlacht bei Magnesia (Liv. XXXVII, 37—44).

XXXVII. Consul omnibus praeparatis ad proposita exsequenda cum ex stativis movisset, Dardanum primum, deinde  
 2 Rhoeteum, utraque civitate obviam effusa, venit. inde Ilium  
 processit, castrisque in campo, qui est subiectus moenibus,  
 3 positis in urbem arcemque cum escendisset, sacrificavit Miner-  
 vae praesidi arcis, et Iliensibus tum omni rerum verborumque  
 honore ab se oriundos Romanos praeferebantibus et Romanis  
 4 laetis origine sua. inde profecti sextis castris ad caput Caici  
 amnis pervenerunt. eo et Eumenes rex, primo conatus ab  
 Hellesponto reducere classem in hiberna Elaeam, adversis  
 deinde ventis cum aliquot diebus superare Lecton promun-  
 turium non potuisset, in terram egressus, ne deesset prin-  
 5 cipiis rerum, qua proximum fuit, in castra Romana cum parva  
 manu contendit. ex castris Pergamum remissus ad conmeatus  
 expediendos, tradito frumento quibus iusserat consul in eadem  
 stativa rediit. inde plurium dierum praeparatis cibariis con-  
 silium erat ire ad hostem, priusquam hiems opprimeret.  
 6 Regia castra circa Thyatiram erant. ubi cum audisset  
 Antiochus P. Scipionem aegrum Elaeam delatum, legatos, qui

Der König ist also immer noch nicht vollständig gerüstet. Es scheint fast, als wünschte er eine Niederlage, um mit Rom Frieden zu schliessen und seine Besitzungen in Europa sowie die griechischen Städte Kleinasiens mit Ehren abtreten zu können.

5. *ex stativis*] Nach dem ungehinderten Uebergange des Römischen Heeres über den Hellespont bewerkstelligt durch die Schiffe des Eumenes, blieb dieses eine Zeit lang am Hellespont (bei Abydos?) in Standquartieren (April 190). — 9. *omni rerum verborumque honore*] unter jeder Art von Ehrenbezeugungen. — 11. *origine sua*] Der Glaube an die Troische Abstammung der Römer war schon zur Zeit des ersten punischen Krieges in Rom allgemein. Bereits 205 v. Chr. wurde die Idäische Mutter von

Pessinus geholt, wobei die Römer ihr Begehren durch Hinweisung auf ihre Abstammung vom Phryger Aeneas begründeten. Flamininus bezeichnete auf Weihgeschenken die Römer als Aeneaden. Vollends populär wurde die Sage durch die Dichtungen des Naevius u. Ennius. Vgl. Schwegler I, 306. — 14. *Lecton*] Vorgebirge des Ida, am Eingang in den adramyttischen Meerbusen. — 20. *hiems*] Es war etwa April (189); dieser Monat fiel aber damals in die Zeit des December (190). — 21. *Thyatira* (*Θυάτειρα*) lag etwa auf der Mitte des Weges von Pergamum nach Sardes, nordöstlich von Magnesia am Sipylus. — 22. Antiochus hatte bereits vorher Friedensanerbietungen gemacht u. sich zur Abtretung der Ionischen u. Aeolischen Städte bereit erklärt, aber die Römer forderten bereits die Räumung des ganzen Gebiets

filium ad eum reducerent, misit. non animo solum patrio 7  
 gratum munus, sed corpori quoque salubre gaudium fuit;  
 satiatumque tandem complexu filii „renuntiate“ inquit „gratias 8  
 regi me agere: referre aliam gratiam nunc non posse, quam  
 5 ut suadeam, ne ante in aciem descendat, quam in castra me  
 redisse audierit.“ quamquam sexaginta duo milia peditum, 9  
 plus duodecim milia equitum animos interdum ad spem certa-  
 minis faciebant, motus tamen Antiochus tanti auctoritate viri,  
 in quo ad incertos belli eventus omnis fortunae posuerat  
 10 subsidia, recepit se, et transgressus Phrygium amnem circa  
 Magnesium quae ad Sipylum est posuit castra; et ne, si extra 10  
 here tempus vellet, munimenta Romani temptarent, fossam  
 sex cubita altam, duodecim latam cum duxisset, extra duplex 11  
 vallum fossae circumdedit, interiore labro murum cum turribus  
 15 crebris obiecit, unde facile arceri transitu fossae hostis posset.

XXXVIII. Consul circa Thyatiram esse regem ratus, con-  
 tinuis itineribus quinto die ad Hyrcanum campum descendit.  
 inde cum profectum audisset, secutus vestigia citra Phrygium 2  
 amnem, quattuor milia ab hoste, posuit castra. eo mille 3  
C. 11. *initiari*] sich einweihen lassen. — *excetrae*] = Schlinge, als Schimpfwort für ein listiges, böses Weib. — *delenimentis*] = *δελκῆρια* Zärtlichkeiten, dann = *venena*, Zaubermittel und Zaubetränke. — *iurgantes*] Unter heftigen Schmähungen. — *rem detulit*] Er macht nur eine Anzeige, denn eine Anklage kann er als Unmündiger nicht erheben. — *opus ea conventa*] Vgl. Sall.: *priusquam incipias, consulto, ubi consulueris, mature facto opus*

venit; et consul paulo post, velut forte intervenisset, sermonem de Aebutio fratris eius filio infert. lacrimae mulieri obortae, et miserari casum adolescentis coepit, qui spoliatus fortunis a quibus minime oporteret, apud se tunc esset, eiectus a matre, quod probus adolescens — dii propitii essent — obscenis, ut fama esset, sacris initiari nolle. XII. satis exploratum de Aebutio ratus consul non vanum auctorem esse, Aebutia dimissa socrum rogat, ut Hispalam indidem ex Aventino libertinam, non ignotam vicinia, arcesseret ad sese: eam quoque esse quae percunctari vellet. ad cuius nuntium perturbata Hispala, quod ad tam nobilem et gravem feminam ignara causae arcesseretur, postquam lictores in vestibulo turbamque consularem et consulem ipsum conspexit, prope exanimata est. in interiorem partem aedium abductam socru adhibita consul, si vera dicere inducere in animum posset, negat perturbari debere, fidem vel a Sulpicia, tali femina, vel ab se acciperet: expromeret sibi quae in luco Stimulae a Bacchanalibus in sacro nocturno solerent fieri. hoc ubi audivit, tantus pavor tremorque omnium membrorum mulierem cepit, ut diu hiscere non posset. tandem confirmata puellam admodum se ancillam initiatam cum domina ait: aliquot annis, ex quo manumissa sit, nihil quid ibi fiat scire. iam id ipsum consul laudare, quod initiatam se non infitiaretur: sed et cetera eadem fide expromeret. neganti ultra quicquam scire, non eandem dicere, si coarguatur ab alio, ac per se fatenti veniam aut gratiam fore; eum sibi omnia exposuisse, qui ab illa audisset. XIII. mulier haud dubie, id quod erat, Aebutium indicem arcani rata esse ad pedes Sulpiciae procidit, et eam primo orare coepit, ne mulieris libertinae cum amatore sermonem in rem non seriam modo sed capitalem etiam verti vellet: se terrendi eius causa, non quod sciret quicquam, ea locutam esse. hic Postumius accensus ira tum quoque ait eam cum Aebutio se amatore cavillari credere, non in domo gravissimae feminae et cum consule loqui. et Sulpicia attollere paventem, simul illam adhortari, simul iram generi lenire. tandem confirmata, multum incusata perfidia Aebutii, qui optime in eo ipso merita talem gratiam

*est.* — *velut forte intervenisset*] weil er die Frau nicht erschrecken will. — *sermonem infert*] wendet das Gespräch (Unterhaltung) auf. — *tunc*] in or. obl. = *nunc*. — *obsce- nis*] unsittlich.

C. 12. *auctorem*] = *indicem*. — *non ignotam*] c. 9, 5 *nobile scortum*. — *examinata*] von der Ohnmacht. — *Stimulae*] identifiziert mit *Semelae*, cf. Ovid. Fast. VI, 503 *lucus erat, dubium Semelae Stimulae vocetur*. Der Hain lag am Tiber in der Nähe des Aventinus. — *a Bacchanalibus*]

Von den Mitgliedern der Bacchos-Mysterien. — *dicere*] Inf. histor. Subjekt ist *consul*. — *ab alio*] der Consul deutet damit auf *Aebutius*.

C. 13. *mulieris libertinae*] die in ihrer Unterhaltung nicht immer den Ernst und die Wahrhaftigkeit zu beobachten pflegen wie die römischen Matronen. — *tum quoque*] sie glaube wohl, sie habe auch jetzt einen Liebhaber vor sich, mit dem sie ihren Scherz treiben könne? — *et Sulpicia*] zugleich suchte S. —

rettulisset, magnum sibi metum deorum, quorum occulta initia enuntiaret, maiorem multo dixit hominum esse, qui se indicem manibus suis discerpturi essent. itaque hoc se Sulpiciam, hoc consulem orare, ut se extra Italiam aliquo amandarent, ubi reliquum vitae degere tuto posset. bono animo esse iubere eam consul, et sibi curae fore dicere, ut Romae tuto habitaret. tum Hispala originem sacrorum expromit. primo sacrarium id feminarum fuisse, nec quemquam eo virum admitti solitum. tres in anno statos dies habuisse, quibus interdum Bacchis initiarentur; sacerdotes in vicem matronas creari solitas. Pacullam Anniam Campanam sacerdotem omnia, tamquam deum monitu, inmutasse; nam et viros eam primam suos filios initiasse, Minium et Herennium Cerrinius; et nocturnum sacrum ex diurno, et pro tribus in anno diebus quinos singulis mensibus dies initiorum fecisse. ex quo in promisco sacra sint et permixti viri feminis, et noctis licentia accesserit, nihil ibi facinoris, nihil flagitii praetermissum. plura virorum inter sese quam feminarum esse stupra. si qui minus patientes dedecoris sint et pigriores ad facinus, pro victimis immolari. nihil nefas ducere, hanc summam inter eos religionem esse. viros, velut mente capta, cum iactatione fanatica corporis vaticinari; matronas Baccharum habitu crinibus sparsis cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim, demissasque in aquam faces, quia vivum sulphur cum calce insit, integra flamma efferre. raptos a diis homines dici, quos machinae. inligatos ex conspectu in abditos specus abripiant: eos esse qui aut coniurare aut sociari facinoribus aut stuprum pati noluerint. multitudinem ingentem, alterum iam prope populum esse, in his nobiles quosdam viros feminasque. biennio proximo institutum esse, ne quis maior viginti annis initiaretur: captari aetates et erroris et stupri patientes. XIV. peracto indicio advoluta rursus genibus preces easdem, ut se ablegaret, repetivit. consul rogat socrum, ut aliquam partem aedium vacuum faceret, quo Hispala inmigraret. cenaculum super aedes datum est, scalis ferentibus in publicum obseratis, aditu in aedes verso. res omnes Feceniae extemplo translatae et familia arcessita, et Aebutius migrare ad consulis clientem iussus.

Ita cum indices ambo in potestate essent, rem ad senatum

*statos dies*] festgesetzte Tage. — *tamquam deum monitu*] unter dem Vorwande göttlicher Eingebung. — *cum iactatione fanatica corporis*] unter verzückten Tänzen. — *Baccharum habitu*] in dem phantastischen Aufzuge der Mänaden. — *decurrere ad Tiberim*] tobten berauscht am Tiberufer. — *machinae inligatos*] wie auf dem Theater. — *multitudinem ingentem*] „Es zeigte sich auch hier wie verführerisch, seu-

chenartig das Laster ist, wenn es die Maske der Scheinheiligkeit vorlegt.“ Preller.

C. 14. *cenaculum*] „*cenacula dicuntur, ad quae scalis ascenditur*“ Festus. Es ist also das oberste Stockwerk, welches öfter an Ärmere vermietet wurde. Die Treppe ging in der Regel von der StraÙe hinauf, daneben hatte man einen Ausgang von dem Inneren des Hauses. — *familia*] Sklavinnen. — *ad se-*



Postumius defert, omnibus ordine expositis quae delata primo, quae deinde ab se inquisita forent. patres pavor ingens cepit, cum publico nomine, ne quid eae coniurationes coetusque nocturni fraudis occultae aut periculi inportarent, tum privatim timere suorum quisque vicem, ne quis adfinis ei noxae esset. censuit autem senatus gratias consuli agendas, quod eam rem et cum singulari cura et sine ullo tumultu investigasset. quaestionem deinde de Bacchanalibus sacrisque nocturnis extra ordinem consulibus mandant; indicibus Aebutio ac Feceniae ne fraudi ea res sit, curare et alios indices praemiis invitare iubent; sacerdotes eorum sacrorum, seu viri seu feminae essent, non Romae modo sed per omnia fora et conciliabula conquiri, ut in consulum potestate essent; edici praeterea in urbe Roma et per totam Italiam edicta mitti, ne quis, qui Bacchis initiatus esset, coisse aut convenisse sacrorum causa velit, neu quid talis rei divinae fecisse; ante omnia ut quaestio de eis habeatur, qui coierint coniuraverintve, quo stuprum flagitiumve inferretur. haec senatus decrevit. consules aedilibus curulibus imperarunt, ut sacerdotes eius sacri omnes conquirent, comprehensosque libero conclavi ad quaestionem servarent; aediles plebis viderent, ne qua sacra in operto fierent. triumviris capitalibus mandatum est, ut vigilias disponerent per urbem servarentque, ne qui nocturni coetus fierent, utque ab incendiis caveretur; adiutores triumviris quinqueviri uls cis Tiberim suae quisque regionis aedificiis praessent.

XV. Ad haec officia dimissis magistratibus consules in Rostra escenderunt, et contione advocata cum sollemne carmen preca-

*natum defert*] Warum nicht *refert*? — *publico nomine*] gegenüber dem folgenden *privatim*. — *de Bacchanalibus*] cf. zu c. 12, 5. — *quaestionem extra ordinem*] das richterliche *imperium* oder *summum iudicium* haben die Consuln sonst nicht, sie erhalten es nur durch den Auftrag: *videant consules ne quid resp. detrimenti capiat*, cf. Sall. Cat. 29 und zu Plut. C. Gracch. c. 14. Zu jeder *quaestio extra ordinem* war ein Plebiscit nötig, cf. Liv. 38, 54 (zu 39, 6 angeführt). Da ein Plebiscit hier nicht erwähnt wird, so ist anzunehmen, daß man ein solches vermied, um die Sache geheim zu halten, so lange nicht ausreichende Schutzmaßregeln getroffen waren, und daß die Tribunen gegen dieses Verfahren keinen Widerspruch erhoben. — *quo*] zu dem Zweck, um. — *aedilibus curulibus*] denn sie hatten Polizeiaufsicht in der Stadt neben

den Consuln. — *libero conclavi*] in einem (für die Ädilen) beliebigen Gemach; verschieden ist die *libera custodia*, cf. Sall. Cat. 47 g. Ende und Cic. Cat. I § 19. — *triumviris capitalibus*] die Direktoren des Gefängnisses waren zugleich Aufseher der öffentlichen Sicherheit und Ruhe, darum heißen sie auch *triumviri nocturni*. — *uls cis Tiberim*] cf. Digest. I, 2, 31 *quia magistratibus vespertinis temporibus in publico esse inconveniens erat, quinqueviri constituti sunt cis Tiberim et ultis Tiberim, qui possint pro magistratibus fungi. uls (ultis) die altertümliche Form = ultra.*

C. 15. *consules*] Wenn auch nur ein Consul spricht, so stehen doch beide auf den *rostra*, weil sie gleiches *imperium* haben. Vgl. zu Liv. 45, 36. — *sollemne carmen*] die Formel ist nicht bekannt; vgl. indessen Cic. p. Mur. § 1: *Quod precatus a*

tionis, quod praefari, priusquam populum adloquantur, magistratus solent, peregisset consul, ita coepit. „nulli umquam contioni, Quirites, tam non solum apta, sed etiam necessaria haec sollemnis deorum conprecatio fuit, quae vos admoneret, hos esse deos, quos colere venerari precarique maiores vestri instituissent, non illos qui pravis et externis religionibus captas mentes velut furialibus stimulis ad omne scelus et ad omnem libidinem agerent. equidem nec quid taceam nec quatenus proloquar invenio. si aliquid ignorabitis, ne locum neglegentiae dem, si omnia nudavero, ne nimium terroris offundam vobis, vereor. quidquid dixerō, minus quam pro atrocitate et magnitudine rei dictum scitote esse: ut ad cavendum satis sit, dabitur opera a nobis. Bacchanalia tota iam pridem Italia et nunc per urbem etiam multis locis esse, non fama modo accepisse vos sed crepitibus etiam ululatusque nocturnis, qui personant tota urbe, certum habeo, ceterum quae ea res sit, ignorare: alios deorum aliquem cultum, alios concessum ludum et lasciviam credere esse, et quaecumque sit, ad paucos pertinere. quod ad multitudinem eorum attinet, si dixerō multa milia hominum esse, ilico necesse est exterreamini, nisi adiunxero qui qualesque sint. primum igitur mulierum magna pars est, et is fons mali huiusce fuit; deinde simillimi feminis mares, stuprati et constupratores, fanatici vigiliis, vino, strepitibus clamoribusque nocturnis attoniti. nullas adhuc vires coniuratio, ceterum incrementum ingens virium habet, quod in dies plures fiunt. maiores vestri ne vos quidem, nisi cum aut vexillo in arce posito comitiorum causa exercitus eductus esset, aut plebi concilium tribuni edixissent, aut aliquis ex magistratibus ad contionem vocasset, forte temere coire voluerunt; et ubicumque multitudo esset, ibi et legitimum rectorem multitudinis censebant debere esse. quales primum nocturnos coetus deinde promiscos mulierum ac virorum esse creditis? si quibus aetatibus initientur mares sciatis, non misereat vos eorum solum, sed etiam pudeat. hoc sacramento initiatos iuvenes milites facien-

*dis immortalibus sum, iudices, more institutoque maiorum illo die, quo auspicato comitiis centuriatis L. Murenam consulem renuntiavi, ut ea res mihi fidei magistratuique meo populo plebique Romanae bene atque feliciter eveniret, idem precor ab isdem dis immortalibus etc.* Die Eröffnungsfeierlichkeit mit Opfer und Gebet hieß *precatio* oder *conprecatio*. — *Bacchanalia*] der wilde, orgiastische Dionysoskult ist nicht zu verwechseln mit den in Rom gefeierten einfachen und nationalen Liberalien. — *quae ea res sit*] Umfang und Bedeutung dieses Kul-

tus. — *qui qualesque sint*] Vgl. die ähnliche Stelle bei Cic. Cat. II § 5, 10. — *attoniti*] verstört, des Verstandes beraubt. — *vexillo*] In den *comitia centuriata* heißt das Volk *exercitus*, cf. I. Tl. p. 35. Weil nun in älterer Zeit leicht ein feindlicher Einfall zu befürchten war, so blieb während der Comitien immer eine militärische Bedeckung mit dem *vexillum* (rote Fahne) auf dem Janiculus (*in arce*): diese Sitte wurde festgehalten, als auch eine solche Gefahr nicht mehr zu befürchten war. Vgl. den Prozeß des Rabirius. — *mares*] Personen männlichen Geschlechtes. — *hoc sacramento*] ein

dos censetis, Quirites? eis ex obsceno sacrario eductis arma committenda? hi cooperti stupris suis alienisque pro pudicitia coniugum ac liberorum vestrorum ferro decernent“? XVI. „minus tamen esset, si flagitiis tantum effeminati forent — ipsorum id magna ex parte dedecus erat —, a facinoribus manus, mentem a fraudibus abstinuissent: numquam tantum malum in re publica fuit, nec ad plures nec ad plura pertinens. quidquid his annis libidine, quidquid fraude, quidquid scelere peccatum est, ex illo uno sacrario scitote ortum esse. necdum omnia, in quae coniuraverunt, edita facinora habent. adhuc privatis noxiis, quia nondum ad rem publicam opprimendam satis virium est, coniuratio sese impia tenet. crescit et serpit cotidie malum. iam maius est, quam ut capere id privata fortuna possit: ad summam rem publicam spectat. nisi praecavetis, Quirites, iam huic diurnae, legitime ab consule vocatae par nocturna contio esse poterit. nunc illi vos singuli universos contionantes timent: iam ubi vos dilapsi domos et in rura vestra eritis, illi coierint, consultabunt de sua salute simul ac vestra pernicie: tum singulis vobis universi timendi erunt. optare igitur unusquisque vestrum debet, ut bona mens suis omnibus fuerit. si quem libido, si furor in illum gurgitem abripuit, illorum eum cum quibus in omne flagitium et facinus coniuravit, non suum iudicet esse. ne quis etiam errore labatur vestrum quoque, non sum securus. nihil enim in speciem fallacius est quam prava religio. ubi deorum numen praetenditur sceleribus, subit animum timor, ne fraudibus humanis vindicandis divini iuris aliquid inmixtum violemus. hac vos religione innumerabilia decreta pontificum, senatus consulta, haruspicum denique responsa liberant. quotiens hoc patrum avorumque aetate negotium est magistratibus datum, uti sacra

Eid, durch welchen sie sich zu jeder Schändlichkeit verpflichten.

C. 16. *numquam tantum* = Nun aber ist es die größte Veründigung, welche je vorgekommen, so lange der Staat besteht. — *quidquid his annis etc.*] Vgl. Cic. Cat. I § 18; II § 7. — *edita habent*] haben zur Ausführung bringen können. Diese Stelle veranlafste viele zu der Annahme, daß in den Bacchanalien kommunistische Bestrebungen sich geltend machen, welche sich zunächst in der Auflösung der Ehe, der Weibergemeinschaft etc. zeigen. Da indessen nur die Jugend Aufnahme fand, so scheint doch die Befriedigung der sinnlichen Lust der letzte Zweck der Bacchanalien gewesen zu sein. — *ad summam remp.*] Es gefährdet die Existenz des

gesamten Staates. — *in rura*] die Bürger vom Lande. — *fuerit*] Coni. fut. exacti. — *etiam errore*] auch durch eine falsche Ansicht von der Sache, abgesehen von der Liebe zu den Seinigen. — *in speciem*] nichts ist so verführerisch (in Bezug auf den äußeren Schein). — *sacra externa*] So weiß Liv. IV, 30 schon im J. 427 v. Chr., als der lange Krieg mit Veii begann und außerordentliche Dürre des Jahres eine schlimme Seuche zur Folge hatte, von einer Invasion ausländischer Sühnungen und Weissagungen zu erzählen, welche in der ganzen Stadt beim gemeinen Mann und zuletzt selbst bei den höheren Ständen Anklang fanden, dann aber vom Senate mit der Weisung unterdrückt wurden, daß keine anderen Götter als die

externa fieri vetarent, sacrificulos vatesque foro circo urbe prohiberent, vaticinos libros conquirent comburerentque, omnem disciplinam sacrificandi praeterquam more Romano abolerent? iudicabant enim prudentissimi viri omnis divini humanique iuris nihil aequae dissolvendae religionis esse, quam ubi non patrio sed externo ritu sacrificaretur. haec vobis praedicenda ratus sum, ne qua superstitione agitare animos vestros, cum demolientes nos Bacchanalia discutientesque nefarios coetus cerneretis. omnia diis propitiis volentibusque ea faciemus; qui quia suum numen sceleribus libidibusque contaminari indigne ferebant, ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt, nec patefieri ut impunita essent, sed ut vindicarentur et opprimerentur, voluerunt. senatus quaestionem extra ordinem de ea re mihi collegaeque meo mandavit. nos, quae ipsis nobis agenda sunt, impigre exsequemur; vigiliarum nocturnarum curam per urbem minoribus magistratibus mandavimus. vos quoque aequom est, quae vestra munia sunt, quo quisque loco positus erit, quod imperabitur, impigre praestare, et dare operam, ne quid fraude noxiorum periculi aut tumultus oriatur.“

XVII. Recitari deinde senatus consulta iusserunt, indicique praemium proposuerunt, si quis quem ad se deduxisset nomenve absentis detulisset. qui nominatus profugisset, diem certam se finituros, ad quam nisi citatus respondisset, absens damnaretur. si quis eorum, qui tum extra terram Italiam essent nominaretur, ei laxiorem diem daturus, si venire ad causam dicendam vellet. edixerunt deinde, ne quis quid fugae causa vendidisse neque emisse vellet; ne quis reciperet, celaret, ope ulla iuvaret fugientes.

Contione dimissa terror magnus urbe tota fuit, nec moenibus se tantum urbis aut finibus Romanis continuit, sed passim per totam Italiam, litteris hospitem de senatus consulto et contione et edicto consulum acceptis, trepidari coeptum est. multi ea nocte, quae diem insecuta est, quo in contione res palam facta est, custodiis circa portas positis fugientes a triumviris comprehensi et reducti sunt; multorum delata nomina. quidam ex iis viri feminaeque mortem sibi consciverunt. coniurasse supra septem milia virorum ac mulierum dicebantur. capita autem coniurationis constabat esse M. et C. Atinios de plebe Romana et Faliscum L. Opiternium et Minium Cerrinium Campanum: ab his omnia facinora et flagitia orta, eos maximos sacerdotes conditoresque eius sacri esse. data opera est, ut primo quoque tempore comprehenderentur. adducti ad consules fassique de se nullam moram indicio fecerunt. XVIII.

römischen verehrt und kein anderer Ritus gebildet werden sollte.  
— *disciplinam sacrificandi*] = *ius caerimoniarum*, Opferritus.

C. 17. *laxiorem diem*] = *longiorem*.

— *fugae causa*] zur Begünstigung der Flucht. — *reciperet celaret*] d. h. der Fehler kann bestraft werden.  
— *terror magnus*] Vgl. Sall. Cat. 30.  
— *nullam moram indicio fecerunt*] weigerten sich nicht zu bekennen.

ceterum tanta fuga ex urbe facta erat, ut quia multis actiones et res peribant, cogere praetores T. Maenius et M. Licinius per senatum res in diem tricesimum differre, donec quaestiones a consulibus perficerentur. eadem solitudo, quia Romae non respondebant nec inveniebantur quorum nomina delata erant, coegit consules circa fora proficisci ibique quaerere et iudicia exercere. qui tantum initiati erant, et ex carmine sacro praeunte verba sacerdote preces fecerant, in quibus nefanda coniuratio in omne facinus ac libidinem continebatur, nec earum rerum ullam, in quas iureiurando obligati erant, in se aut alios admiserant, eos in vinculis relinquebant: qui stupris aut caedibus violati erant, qui falsis testimoniis, signis adulterinis, subiectione testamentorum, fraudibus aliis contaminati, eos capitali poena adiciebant. plures necati quam in vincula coniecti sunt. magna vis in utraque causa virorum mulierumque fuit. mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant, ut ipsi in privato animadverterent in eas: si nemo erat idoneus supplicii exactor, in publico animadvertebatur. datum deinde consulibus negotium est, ut omnia Bacchanalia Romae primum, deinde per totam Italiam diruerent, extraquam si qua ibi vestuta ara aut signum consecratum esset. in reliquum deinde senatus consulto cautum est, ne qua Bacchanalia Romae neve in Italia essent. si quis tale sacrum sollemne et necessarium duceret, nec sine religione et piaculo se id omittere posse, apud praetorem urbanum profiteretur, praetor senatum consuleret. si ei permissum esset, cum in senatu centum non minus essent, ita id sacrum faceret, dum ne plus quinque sacrificio interessent, neu qua pecunia

C. 18. *actiones et res*] Man verlor die *actio*, wenn es nicht möglich war eine Klage zu rechter Zeit anzustellen, z. B. gegen Verjährung, da die Haftpflicht der Bürgen (*vades*) nicht über zwei Jahre dauerte; man verlor die *res*, Rechte und Gegenstände (*corporales et incorporales*), wenn der Beklagte sein Versprechen vor Gericht zu erscheinen nicht erfüllte (*vadimonium deserere*). Da nun die Angst so viele aus der Stadt vertrieb, so liefen viele Flüchtlinge Gefahr, ihre Rechte zu verlieren, weil sie nicht klagen konnten, oder ihr Vermögen, weil sie das Versprechen vor Gericht zu erscheinen (*vadimonium*) nicht erfüllen konnten. — *res differre*] d. h. für die Gerichtsverhandlungen ein dreißigtägiges *iustitium* eintreten zu lassen. — *non respondebant*] d. h. die Beklagten erschienen nicht vor Ge-

richt. — *damnatas*] d. h. es wird dem Familienrat nicht die Verurteilung, sondern nur die Exekution überlassen. — *extra quam*] d. h. mit Ausnahme einzelner Lokalkulte. Das Senatskonsult wurde von den Consuln in Abschrift den einzelnen verbündeten Staaten zugeschickt, wovon sich ein Exemplar erhalten hat. Der Auszug bei Livius berührt alle wichtigen Punkte. — *sine religione et piaculo*] ohne Gewissensbeschwerung. Die einmal vorhandene Tendenz zur Unsittlichkeit und zur politischen Verschwörung lernte indessen sich mit der Zeit auch der einheimischen *Sacra* zu ihren Zwecken bedienen, z. B. des nächtlichen Opfers der *Bona Dea* und der städtischen Kompitalienfeier (cf. Preller p. 354 und 495). Auch von der mystischen Bacchusfeier zeigten sich in den folgenden

communis neu quis magister sacrorum aut sacerdos esset. XIX. aliud deinde huic coniunctum referente Q. Marcio consule senatus consultum factum est, ut de eis, quos pro indicibus consules habuissent, integra res ad senatum referretur, cum Sp. Postumius quaestionibus perfectis Romam redisset. Minium Cerrinium Campanum Ardeam in vincula mittendum censuerunt, magistratibusque Ardeatium praedicendum, ut intentiore eum custodia adservarent, non solum ne effugeret, sed ne mortis consciendae locum haberet. Sp. Postumius aliquanto post Romam venit: eo referente de P. Aebutii et Hispalae Feceniae praemio, quod eorum opera indicata Bacchanalia essent, senatus consultum factum est, uti singulis his centena milia aeris quaestores urbani ex aerario darent; utique consul cum tribunis plebis ageret, uti ad plebem primo quoque tempore ferrent, ut P. Aebutio emerita stipendia essent, ne invitus militaret neve censor ei equum publicum adsignaret; utique Feceniae Hispalae datio deminutio gentis enuptio tutoris optio item esset, quasi ei vir testamento dedisset; utique ei ingenuo nubere liceret, neu quid ei qui eam duxisset ob id fraudi ignominiaeve esset; utique consules praetoresque, qui nunc essent quive postea futuri essent, curarent, ne quid ei mulieri iniuriae fieret, utique tuto esset; id senatum velle et aequom censere, ut ita fieret. ea omnia lata ad plebem factaque sunt ex senatus consulto; et de ceterorum indicum impunitate praemiisque consulibus permissum est.

Jahren immer noch einige Spuren, besonders in der Gegend von Tarent, cf. Liv. 39, 41, 6 und 40, 19, 9.

C. 19 *Minium Cerrinium*] Über die Art der Haft vgl. Sall. Cat. 51, 43. Man wollte das Haupt der Verschwörung wahrscheinlich nicht sofort hinrichten, weil man noch weitere Aussagen erwartete. — *emerita stipendia*] d. h. er soll vom Kriegsdienste frei sein, wenn er nicht freiwillig (*invitus*) dienen will. — *equum publicum*] da schon der Vater denselben hatte, so mußte man erwarten, daß auch der Sohn diesen Kriegsdienst übernehmen werde. Merkwürdig für römische Verhältnisse ist es, daß überhaupt der Kriegsdienst als eine Last bezeichnet wird. — *datio*] das Recht ihr Vermögen zu verschenken, *deminutio* zu veräußern. — *gentis enuptio*] die Erlaubnis aus der *gens* zu heiraten. Nun aber gehörte *Fecenia*

überhaupt keiner *gens* an. Es muß also mit der *enuptio* das Recht verbunden sein, in eine *gens* zu heiraten, d. h. sie erhält das Recht, ein *iustum matrimonium* einzugehen. — *tutoris optio*] Eine Witwe, welche in der Gewalt (*manus*) ihres Mannes gewesen war, konnte durch das Testament des Mannes das Recht erhalten, sich selbst einen Vormund zu wählen, der dann von dem Magistratus bestätigt werden mußte. Dieses Recht erhält *Fecenia* als eine Begünstigung; denn wenn sie auch über ihr Vermögen frei verfügen konnte (*datio deminutio*), so bedurfte sie doch eines *Tutor* zur Vertretung vor Gericht bei Rechtsgeschäften. Die Heirat von Libertinen mit Freigebornen war zwar gesetzlich nicht untersagt, konnte aber von Gentilen und Agnaten des *ingenuus* leicht erschwert oder verhindert werden.

Epistula Consulum ad Teuranos de Bacchanalibus  
a. u. c. DLXVIII.

(Senatus consultum de Bacchanalibus.)

Q. Marcius L. f., S(p.) Postumus L. f. cos. senatum consuluerunt N. Octob. apud aedem Duellonai.

Sc(ribendo) arf(uerunt) M. Claudi(us) M. f., L. Valeri(us) P. f., Q. Minuci(us) C. f. §.

De Bacchanalibus qui foederatei essent ita exdecidendum censuere.

Neiquis eorum Bacchanal habuisse velet. Sei quis essent, qui sibi deciderent necesse esse Bacchanal habere, eis uti ad praetorem urbanum Romam venirent deque eis rebus, ubi eorum verba audita essent, uti senatus noster decerneret, dum ne minus senatoribus C. adessent, quom ea res consoleretur. Bacchanal vir nequis adiesse velet civis Romanus neve nomen Latini neve socium quisquam, nisi praetorem urbanum adiesset isque de senatus sententia, dum ne minus senatoribus C. adessent, quom ea res consoleretur. iousisset. Censuere.

Die eiserne Tafel, welche den Beschluß des Senats uns erhalten hat, dessen Livius und Cicero (de Leg. II, § 37) gedenken, wurde 1640 bei Bari in Unteritalien gefunden und befindet sich jetzt in dem kaiserlichen Museum zu Wien. Die Urkunde ist ein Erlaß der Consuln an die Provinzialgemeinde Tiriolo (*ager Teuranus*) in Bruttien, welcher einfach den Beschluß des Senats enthält.

N. Octob.] die *Nonae* waren der gesetzliche Tag zur Senatsversammlung. Im Tempel der *Bellona* außerhalb des *Pomerium* pflegte der Senat gewöhnlich fremde Gesandte zu empfangen, welche man nicht in die Stadt lassen wollte. — *Scribendo arfuerunt*] = *SC. ARF.* Vgl. Cic. ad Fam. XII, 29, 2. Bei der schriftlichen Abfassung eines Senatsbeschlusses war immer eine Deputation von Senatoren zugegen, welche als Zeugen demselben vorangeschrieben wurden. Über die Form vgl. *meridies* von *medius dies*, ferner *arvorum*, *arvorsarius*, *arvocatus*, *arfinis*, *arvolare* etc. — *qui foederatei*] = *eis qui foederati*. Vgl. *pecuniae qui volet petitio esto*. — *habuisse velet*] Zur Sache Liv. c. 18,

8. Die Verdoppelung der Konsonanten war im 6. Jahrhundert der Stadt noch nicht üblich; es geschah dies erst infolge der Bekanntschaft mit griechischen Schriftwerken. Es war Ennius, der mit dem griech. Hexameter in die römische Dichtkunst die griechische Schreibweise geschärfte Konsonanten doppelt zu schreiben in den latein. Schriftgebrauch einfuhrte. Daher ist *velet* = *vellet*, nicht etwa *velit*, wie in der Folge immer Imperfeka und Plusquamperfeka sich finden, z. B. *adiesent* = *adiissent*. Über den Inf. Perf. nach *volo* bemerkt Madvig: *Antiqui Latini verbo quod est volo saepissime in vetando, in publica legum voce fere constanter, perfectum infinitivi subiciebant. Itaque Livius in exponendo argumento senatus consulti de Bacchanalibus paulo ante id quod nunc exstat facti priscum orationis colorem servavit*, cf. c. 14, 17. Vgl. XXXVIII, 11. — *necessus*] = *necessum* oder richtiger (als Adverb) = *necesse*. — *eis uti*] = *eis edicendum esse uti* etc. — *Censuere*] sc. *patres*, deren Beschluß die Consuln vermitteln. Von *censuere* muß man sich alle Sätze von *Si qui essent*

Sacerdos nequis vir eset.. Magister neque vir neque mulier quisquam eset. § Neve pecuniam quisquam eorum comoinem habuisse velet neve magistratum, neve pro magistratod neque virum neque mulierem quisquam fecisse velet. § Neve post hac inter sed coniorase neve comvovise neve conspondise. neve compromesise velet neve quisquam fidem inter sed dedisse velet. Sacra in oquol-  
tod ne quisquam fecisse velet, § neve in poplicod neve in preivatod neve extrad urbem sacra quisquam fecisse velet, § nisei pr(aetorem) urbanum adieset isque de senatuos sententiad, dum ne minus senatoribus C adesent, quom ea res cosoleretur, iousiset. Censuere. Homines plous V oinvorsei virei atque mulieres sacra ne quisquam fecisse velet, neve inter ibei virei plous duobus mulieribus plous tribus arfuisse velent, nisei de pr(aetoris) urbani senatuosque sententiad, utei suprad scriptum est. §

Haice utei in coventionid exdeicatis ne minus trinum noundinum; senatuosque sententiam utei scientes esetis § — eorum sententia ita fuit: sei ques esent, quei arvorsum ead fecissent, quam supradscriptum est, eis rem capitalem faciendam censuere — § atque utei hoc in tabolain ahenam inceideretis, ita senatus aiquom censuit; uteique eam figier ioubeatis ubei facilumed gnoscier potissit; § atque utei ea Bacanalialia, sei qua sunt, extrad quam sei quid ibei sacri est, ita utei suprad scriptum est, in diebus X, quibus vobeis tabelai datai erunt, faciatis utei dismota sient § in agro **Teurano.**

an, zunächst *Bacchas vir ne quis adisse vellet etc.* abhängig denken. — *Sacerdos ne quis vir esset*] cf. Liv. c. 14 mit 15 u. 17. Zwischen dem *Sacerdos* und *Magister Bacchanalium* ist derselbe Unterschied wie zw. dem *flamen Arvalium* und dem *magister* dieses Kollegiums: *scilicet sacrorum curatio ad illum pertinebat, hic pecuniam et universam rem publicam collegii videtur tractasse* (Mommsen). — *in oquol-  
tod*] = *in occulto*. „Das charakteristische Element des Abl. war der Laut *t*, sowie bei der Genetivbildung das *s*-Zeichen. *t* ward im Italischen, welches sich durch Bewahrung der ältesten Ablativform vor dem Griechischen auszeichnet, zu *d* erweicht: *praidad*, *pucnandod*, *coventionid*. Im Latein verliert sich der schwach auslautende Konsonant seit dem 6. Jahrh., den Anfängen der Litteratur.“ Doch finden sich einzelne Spuren auch noch in Handschriften

des VIII. Jahrh. nach Christus. — *trinum noundinum*] Macrob. Saturn. I, 16, 34: *Rutilius scribit Romanos instituisse nundinas, ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die intermisso rure ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent et ut scita atque consulta frequentiore populo referrentur, quae trinundino die proposita (= per trinas nundinas? oder per trinundinum etc. tempus?) a singulis atque universis facile noscebantur. Unde etiam mos tractus ut leges trinundino die promulgarentur. Ea re etiam candidatis usus fuit in comitium nundinis venire et in colle (i. e. loco superiore) consistere, unde coram possent ab universis videri. Sed haec omnia neglegentius haberi coepta et post abolita, postquam interundino (i. e. tempore quod inter est inter binas nundinas) etiam ob multitudinem plebis frequentes adesse coeperunt.*



b) die apokryphischen Bücher des Numa (Liv. XL, 29).

XXIX. Eodem anno in agro L. Petillii scribae sub Ianiculo, dum cultores agri altius moluntur terram, duae lapideae arcae, octonos ferme pedes longae quaternos latae, inventae sunt, operculis plumbo devinctis. litteris Latinis Graecisque utraque arca inscripta erat, in altera Numam Pompilium Pomponis filium, regem Romanorum, sepultum esse, in altera libros Numae Pompilii inesse. eas arcas cum ex amicorum sententia dominus aperuisset, quae titulum sepulti regis habuerat, inanis inventa, sine ullo vestigio corporis humani aut ullius rei, per tabem tot annorum omnibus absumptis. in altera duo fasces candelis involuti septenos habuere libros, non integros modo sed recentissima specie. septem Latini de iure pontificio erant, septem Graeci de disciplina sapientiae, quae illius aetatis esse potuit. adicit Antias Valerius Pythagoricos fuisse, vulgatae opinioni, qua creditur Pythagorae auditorem fuisse Numam, mendacio probabili adcommodata fide. primo ab amicis, qui in re praesenti fuerunt, libri lecti; mox pluribus legentibus cum vulgarentur, Q. Petillius praetor urbanus studiosus legendi eos libros a L. Petillio sumpsit: et erat familiaris usus, quod scribam eum quaestor Q. Petillius in decuriam legerat. lectis rerum summis cum

C. 29. *Eodem anno*] 181 v. Chr., also 5 Jahre nach der Unterdrückung der Bacchanalien, erfolgt der Betrug, dessen Absicht war die alte Religion durch die allegorische Philosophie der Pythagoreer zu stürzen. In derselben Zeit verbreitete diese Philosophie der Dichter Ennius; zwanzig Jahre darauf (161) wurden die Philosophen zum erstenmal aus Rom ausgewiesen und im Jahre 155 erfolgte die berühmte Gesandtschaft des Karneades aus Kyrene (Akademiker oder Platoniker), Kritolaos aus Phaselis (Peripatetiker oder Aristoteliker), Diogenes d. Babylonier aus Seleukia am Tigris (Stoiker), neben denen sich nun auch die Epikureer bald in Rom geltend machen. Vgl. Kühner Prolegg. zu Cic. Tusc. — *L. Petillii scribae*] das Amt eines scriba (Notar) war das vornehmste im römischen Subalterndienst; und zwar gab es Dekurien von *scribae quaestorii, praetorii, aedilicii, tribunicii, pontificii*. Cic. Verr. III §183 *ordo scribarum honestus est; quis negat? est vero honestus, quod eorum hominum fidei tabulae publi-*

*cae et pericula magistratuum committuntur*. Vgl. Dillenburger *de vita Horatii* p. 5. — *operculis . . devinctis*] deren Deckel mit Blei verschlossen waren. — *ex amicorum sententia*] die zugleich als Zeugen fungieren. — *per tabem . . absumptis*] dies ist nur die Ansicht des Livius. — *candelis*] Harz; cf. Cassius Hemina bei Plin. h. n. XIII, 13, 84: *et libros citratos fuisse, propterea arbitrarier tineas non tetigisse*. Hemina giebt die wichtige Notiz: *hos fuisse e charta*, denn das Papier kam als Schreibmaterial erst von Alexandrien aus in Gebrauch. — *recentissima specie*] Naiv giebt Livius diese wichtige Notiz aus seiner Quelle wieder, obwohl er selbst kurz vorher von der ersten arca bemerkt hatte: *per tabem tot annorum omnibus absumptis*. — *illius aetatis*] Es ist fraglich, ob die Quelle des Livius darunter die Zeit des Numa, oder was wahrscheinlicher ist, die Zeit der Entdeckung der Schriften verstand. — *vulgatae opinioni*] cf. Liv. I, 18. — *vulgarentur*] in weiteren Kreisen besprochen wurden. — *rerum summis*] Vielleicht sind

animadvertisset pleraque dissolvendarum religionum esse, L. Petillio dixit sese libros eos in ignem coniecturum esse; priusquam id faceret, se ei permittere uti, si quod seu ius seu auxilium se habere ad eos libros repetendos existimaret, experiretur: id integra sua gratia eum facturum. scriba tribunos plebis adit, ab tribunis ad senatum res est reiecta. praetor se iusiurandum dare paratum esse aiebat libros eos legi servarique non oportere. senatus censuit satis habendum quod praetor iusiurandum polliceretur, libros primo quoque tempore in comitio cremandos esse; pretium pro libris, quantum Q. Petillio praetori maiorique parti tribunorum plebis videretur, domino solvendum esse. id scriba non accepit. libri in comitio igne a victimariis facto in conspectu populi cremati sunt.

### 3. Die Censur des M. Porcius Cato (Liv. XXXIX, 40—44).

XL. His comitiis prudentia et virtute senatus sublatis, alia maioris certaminis, quo et maiore de re et inter plures potentioresque viros, sunt exorta. censuram summa contentione petebant L. Valerius Flaccus P. et L. Scipiones Cn. Manlius Vulso L. Furius Purpurio patricii, plebeii autem M. Porcius Cato M. Fulvius Nobilior Ti. et M. Sempronii, Longus et Tuditanus. sed omnes patricos plebeiosque nobilissimarum familiarum M. Porcius longe antebat. in hoc viro tanta vis animi ingeniique fuit, ut quocumque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur. nulla ars neque privatae neque publicae rei gerendae ei defuit: urbanas rusticasque res pariter callebat. ad summos honores alios scientia

darunter Inhaltsanzeigen zu verstehen. — *dissolvendarum rel. esse*] sei geeignet die Staatsreligion zu untergraben. — *ius*] Rechtsmittel. — *auxilium*] bei den Tribunen. — *iusiurandum dare*] Von den *pontifices* wird also kein Gutachten gefordert. — *victimariis*] das *collegium victimariorum* hatte den Subalternendienst bei der Ausübung der Opfer, zur Unterstützung der Priester und Magistrate. „Die plumpe Zumutung, sich den alten Numa als Verfasser von 14 Büchern, 7 lateinischen und 7 griechischen, zu denken, was nur in einem Zeitalter wie dem Alexandrinischen möglich, dem Zeitalter der Bibliotheken und Apokryphen.“ Preller R. Myth. p. 722.

C. 40. *His comitiis*] Zur Nachwahl eines Prätors an die Stelle des verstorbenen *praetor urbanus C. Decimus*. Der Senat erklärte, daß Komitien zur Nachwahl eines Prätors nicht gehalten werden soll-

ten, *satis praetorum esse, P. Cornelius utramque in urbe iuris dictionem haberet.* — *maioris certaminis* in Bezug auf *quo* mit Komp. = *eo maioris.* — *P. et L. Scipiones*] P. Scipio Nasica war der Sohn des Cn. Scipio, welcher in Spanien fiel; L. Scipio wie sein Bruder Africanus war der Sohn des P. Scipio, der zugleich in Spanien mit Cn. Sc. umkam. Er bewirbt sich um die Censur (184 v. Chr.) trotz seiner Verurteilung. — *vis animi ingeniique*] Charakter (Energie, Willenskraft) und Talent. — *sibi ipse*] Während bei anderen Geburt und Glück mitwirken müssen. — *rusticas res callebat*] Sein Werk *de re rustica* ist in einer späteren Recension noch erhalten, cf. Scriptorum rei rusticae ed. M. Gesner. In der Vorrede sagt Cato: *Est interdum praestare mercaturis rem quaerere, ni tam periculosum siet, et idem foenerari, si tam honestum*

juris, alios eloquentia, alios gloria militaris provexit: huic versatile ingenium sic pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceres quodcumque ageret: in bello manu fortissimus multisque insignibus clarus pugnans, idem postquam ad magnos honores pervenit summus imperator, idem in pace, si ius consuleres, peritissimus, si causa oranda esset, eloquentissimus, nec is tantum cuius lingua vivo eo vigerit, monumentum eloquentiae nullum exstet: vivit immo vigetque eloquentia eius sacra scriptis omnis generis orationes et pro se multae et pro aliis et in alios: nam non solum accusando sed etiam causam dicendo fatigavit inimicos. simultates nimio plures et exercuerunt eum et ipse exercuit eas; nec facile dixeris, utrum magis presserit eum nobilitas, an ille agitaverit nobilitatem. asperi procul dubio animi et linguae acerbae et immodice liberae fuit, sed invicti a cupiditatibus animi, rigidae innocentiae, contemptor gratiae et divitiarum. in parsimonia, in patientia laboris periculique ferrei prope corporis animique, quem ne senectus quidem, quae solvit omnia, fregerit, qui sextum et octogesimum annum agens causam ipse pro se oraverit scripseritque, nonagesimo anno Ser. Galbam ad populi adduxerit iudicium. XLI. hunc, sicut omni vita, tum prensantem premebat nobilitas; consenserantque praeter L. Flaccum, qui collega in consulatu fuerat, candidati omnes ad deiciendum honore, non solum ut ipsi potius adipiscerentur, nec quia indignabantur novum hominem censorem videre, sed etiam quod tristem censuram periculosamque multorum

siet. . . *Et virum bonum cum laudabant (maiores) ita laudabant: bonum agricolam bonumque colonum. Ex agricolis et viri fortissimi et milites strenuissimi gignuntur maximeque pius quaestus stabilissimusque consequitur minimeque invidiosus, minimeque male cogitantes sunt, qui in eo studio occupati sunt.* — *versatile ingenium*] allseitige Gewandtheit. — *summus imperator*] In Spanien und in den Thermopylen (191), cf. das Urtheil des Centurio bei Liv. 42, 34, 7. — *si ius consuleres*] Er schrieb ein Werk *Commentarii iuris civilis* (cf. Huschke Iurispr. Anteiust. p. 2 n.); über seine responsa vgl. Cic. de Or. II. c. 33. — *eloquentissimus*] Cic. Brut. § 65 *Catonis sunt orationes CI, quas quidem adhuc invenerim et legerim.* Es finden sich noch Fragmente von 90 Reden, vgl. H. Meyer, *Oratorum Romanorum Fragmenta* p. 8—92. — *sacra scriptis*] verewigt, wie das Andenken eines Mannes in Statuen

etc. konsekriert wird. — *causam dicendo*] Plin. h. n. VII, 27, 100: *proprium est Catonis quater et quadragiens causam dixisse nec quemquam saepius postulatam et semper absolutum.* Vgl. in Athen den Redner Lykurgus. — *simultates*] Besonders mit den Flaminiern, Scipionen u. Marcellern. — *contemptor gratiae*] Bei den Mächtigen wie bei dem Volke. — *Ser. Galbam*] Wegen seiner Grausamkeit und Erpressungen in Spanien. Cato wurde geboren 234 und starb 149 v. Chr.

C. 41. *prensantem*] Bei der Bewerbung: *qui magistratum ambibant, civium quibus occurrerent etiam tenuiorum manus prensabant, ut eorum sibi suffragia conciliarent. Et servos nomenclatores secum habebant, qui singulorum civium nomina tenerent suisque auribus insurrarent.* Cf. Hor. Ep. I, 6, 50. — *ad deiciendum*] Zum Zweck der *repulsa*. — *tristem*] peinlich streng

famae et ab laeso a plerisque et laedendi cupido exspectabant. et enim tum quoque minitabundus petebat, refragari sibi qui liberam et fortem censuram timerent criminando. et simul L. Valerio suffragabatur: illo uno collega castigare se nova flagitia et priscos revocare mores posse. his accensi homines, adversa nobilitate, non M. Porcium modo censorem fecerunt, sed collegam ei L. Valerium Flaccum adiecerunt.

XLII. Censores M. Porcius et L. Valerius metu mixta exspectatione senatum legerunt; septem moverunt senatu, ex quibus unum insignem et nobilitate et honoribus, L. Quinctium Flaminium consularem. patrum memoria institutum fertur, ut censores motis senatu adscriberent notas. Catonis et aliae quidem acerbae orationes exstant in eos, quos aut senatorio loco movit aut quibus equos ademit: longe gravissima in L. Quinctium oratio est, qua si accusator ante notam, non censor post notam usus esset, retinere L. Quinctium in senatu ne frater quidem T. Quinctius, si tum censor esset, potuisset. inter cetera obiecit ei Philippum Poenum, carum ac nobile scortum, ab Roma in Galliam provinciam spe ingentium donorum perductum. eum puerum, per lasciviam cum cavillaretur, exprobrare consuli persaepe solitum, quod sub ipsum spectaculum gladiatorium abductus ab Roma esset, ut obsequium amatori iactaret. forte epulantibus eis, cum iam vino incaluisset, nuntiatum in convivio esse nobilem Boium cum coniuge et liberis transfugam venisse; convenire consulem velle, ut ab eo fidem praesens acciperet. introductum in tabernaculum per interpretem adloqui consulem coepisse. inter cuius sermonem Quinctius scorto „vis tu“, inquit „quoniam gladiatorium spectaculum reliquisti, iam hunc Gallum morientem videre?“ et cum is vixdum serio ad-

(rigoros), rücksichtslos. — *priscos revocare mores*] cf. Seneca ep. 87, 9 *M. Catonem Censorium tam reip. fuit nasci quam Scipionem. alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit.* Treffend ist die *vox Catoniana* (Sen. ep. 94, 27): *Emas non quod opus est, sed quod necesse est; quod non opus est, asse carum est.*

C. 42. *senatum legerunt*] die *lectio senatus* und die *recognitio equitum* war die einflussreichste Thätigkeit der Censores. — *moverunt*] Von der Ausweisung aus dem *ordo equester equum adimere*. — *adscriberent notas*] d. h. die Ausstoßung unwürdiger Mitglieder aus dem Senat erfolgte unter Angabe des Grundes (auch *subscriptio* genannt). Im J. 70 v. Chr. wiesen die Censores Cn. Lentulus u. L. Gellius 64 Senatoren aus. — *orationes ex-*

*stant*] Es sind noch Fragmente von 19 Reden vorhanden, welche in die Zeit der Censur Catos fallen. — *accusator*] Es war also gestattet als Ankläger gegen jemand vor den Censoren aufzutreten, cf. Val. Max. 1, 10: *centurias equitum recognoscens dixit se scire illum verbis conceptis peierasse. proinde si quis eum accusare vellet, usurum testimonio suo.* — *in Galliam provinciam*] *cum esset C. Flaminius consul in Gallia.* Cic. Cat. M. § 42. — *cavillaretur*] cf. zu 39, 13. — *sub ipsum spectaculum*] so daß er die Gelegenheit, einem Gladiatorenkampf zuzusehen, habe aufgeben müssen. — *nobilem Boium*] Flaminius führte als Consul (192 v. Chr.) einen Plünderungskrieg gegen die Boier (*Boiorum agros vastavit*). — *morientem videre*] Cic. l. l. *exoratus a scorto, ut securi feriret aliquem etc.*

nisset, ad nutum scorti consulem stricto gladio, qui super caput pendebat, loquenti Gallo caput primum percussisse, deinde fugienti fidemque populi Romani atque eorum qui aderant imploranti latus transfodisse. XLIII. Valerius Antias, ut qui nec orationem Catonis legisset et fabulae tantum sine auctore editae credidisset, aliud argumentum, simile tamen et libidine et crudelitate peragit. Placentiae famosam mulierem, cuius amore deperiret, in convivium arcessitam scribit. ibi iactantem sese scorto inter cetera rettulisse, quam acriter quaestiones exercuisset, et quam multos capitis damnatos in vinculis haberet, quos securi percussurus esset. tum illam infra eum accubantem negasse umquam vidisse quemquam securi ferientem, et pervelle id videre. hic indulgentem amatorem unum ex illis miseris attrahi iussum securi percussisse. facinus, sive eo modo, quo censor obiecit, sive ut Valerius tradit commissum est, saevum atque atrox: inter pocula atque epulas, ubi libare diis dapes, ubi bene precari mos esset, ad spectaculum scorti procacis, in sinu consulis recubantis, mactatam humanam victimam esse et cruore mensam respersam! in extrema oratione Catonis condicio Quinctio fertur, ut si id factum negaret ceteraque quae obiecisset, sponsione defenderet sese: sin fateretur, ignominiane sua quemquam doliturum censeret, cum ipse vino et Venere amens sanguine hominis in convivio lusisset?

XLIV. In equitatu recognoscendo L. Scipioni Asiageni adeptus equus. in censibus quoque accipiendis tristis et aspera in omnes ordines censura fuit. ornamenta et vestem muliebrem et vehicula, quae pluris quam quindecim milium aeris essent, deciens pluris in censum referre iuratores iussit; item mancipia minora annis viginti, quae post proximum lustrum decem milibus aeris aut pluris eo

C. 43. *aliud argumentum*] Eine andere Geschichte, oder: er erzählt den Vorfall anders, der Inhalt der gleichen Sache ist bei ihm verschieden. — *deperiret*] cf. Verg. Ecl. 8, 41 *ut vidi, ut perii! ut me malus abstulit error!* — *infra eum accubantem*] Vgl. Hor. Serm. II, 8, 20 u. Beckers Gallus III, 268. — *ferientem*] den Quinctius; sie will sagen: das habe ich von dir noch nicht gesehen, daß du jemand hättest hinrichten lassen.

*sponsione*] d. h. Cato erklärt sich bereit, sich mit Quinctius in ein prozessualisches Verfahren einzulassen. In diesem Falle behauptet Q. die Unwahrheit des Vorwurfs u. setzt zugleich eine bestimmte Geldsumme ein; wird nun die Wahrheit gerichtlich erwiesen, so hat er zugleich die Geldsumme verloren.

Vgl. Walter, Gesch. des röm. Rechts II, p. 322.

C. 44. *Scipioni Asiageni*] = Asiatico. Einige meinen, Asiagenes sei ein Sohn des Asiaticus gewesen. Indessen ist so viel sicher, daß L. Scipio auch Asiagenes oder Asiagenus neben Asiaticus genannt wurde. — *accipiendis*] die Bürger erschienen einzeln vor den Censoren, gaben ihr Vermögen an u. ließen sich in die Censurliste eintragen, d. h. *censor a singulis civibus accipit censum*. — *decies pluris*] Vgl. unsere Steuern für Luxusgegenstände. — *iuratores*] vereidigte Taxatoren, Gehülfen der Censoren (= *scribae censorii*?). — *mancipia etc.*] Polyb. 31, 24 *Κάτων ἐδυσχέρανε ὅτι τινὲς τὰς ξενικὰς τροφὰς εἰσήγαγον εἰς τὴν Πάμην ὠνησάμενοι μετράκια εὐμορφα ὑπερ-*

venissent, uti ea quoque deciens tanto pluris quam quanti essent aestimarentur, et his rebus omnibus terni in milia aeris adtribuerentur. aquam publicam omnem in privatum aedificium aut agrum fluentem ademerunt; et quae in loca publica inaedificata immolitate privati habebant, intra dies triginta demoliti sunt. opera deinde facienda ex decreta in eam rem pecunia, lacus sternendos lapide, detergendasque qua opus esset cloacas, in Aventino et in aliis partibus, qua nondum erant, faciendas locaverunt. et separatim Flaccus molem ad Neptunias aquas, ut iter populo esset, et viam per Formianum montem, Cato atria duo Maenium et Titium in lautumiis, et quattuor tabernas in publicum emit, basilicamque ibi fecit, quae Porcia appellata est. et vectigalia summis pretiis, ultro tributa infimis locaverunt. quas locationes cum senatus precibus et lacrimis publicanorum victus induci et de integro locari iussisset, censores, edicto summotis ab hasta qui ludificati priorem locationem erant, omnia eadem paulum imminutis pretiis locaverunt. nobilis censura fuit simultatumque plena, quae M. Porcium, cui acerbitas ea assignabatur, per omnem vitam exercuerunt.

4. Folgen der Zerstörung Karthagos (Sall. Hist. I, 11—12).

XI. Optumis autem moribus et maxuma concordia egit populus Romanus inter secundum atque postremum bellum Carthaginense. At discordia et avaritia atque ambitio et cetera secundis rebus oriri

